UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

urn:nbn:de:hbz:466:1-67868

Visual Library

Th. 5178.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLAUDII FLEURII
ABBATIS
HISTORIA ECCLESIASTICA
A
R. P. ALEXANDRO
A S. JOANNE DE CRUCE EX PROVINCIA BAVARICA CARMELITA DISCALCEATO, OLIM S. THEOLOGIÆ AC SS. CANONUM LECTORE CONTINUATA.

CONTINUATIONIS
TOMUS
SEXAGESIMUS,
SEU IN ORDINE
TOMUS LXXV.
Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737.

Collegii Universitäts Paderborn 1788



Cum Approbatione Rmi Ordinariatus Augustani.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS OFFICINÆ LIBRARIÆ JOSEPHI WOLFF.
MDCCLXXXVI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSPECTUS LIBRORUM.

LIBER CCXXIX.

§. 1. *Quidam libellus circa Jurisdictionem Confessariis necessariam ad S. Facultatem Theologicam Parisiensem delatus.* Pag. 1

§. 2. *Ejusdem S. Facultatis declamatio contra hunc libellum.* 3

§. 3. *Censura in propositiones ex præfato libello extractas.* 10

Articulus I. *de neceſſitate Jurisdictionis ad valide abſolvendum in foro Pœnitentiæ.* 12

Articulus II. *De auctoritate Eccleſiæ circa Sacramentnm Pœnitentiæ.* 14

Articulus III. *De approbatione ab Ordinario obtinenda.* 15

Articulus IV. *De Epiſcoporum auctoritate negandi approbationem & conceſſam revocandi.* 18

Articulus V. *De jure Epiſcoporum per ſe, vel per alios adminiſtrandi Sacramenta in Eccleſiis Parochialibus.* 19

Articulus VI. *De neceſſariâ Parochis approbatione Epiſcopi ad alienos Parochianos abſolvendos.* 21

§. 4. *Pariſini Parlamenti decretum contra Cameracenſis Archiepiſcopi Inſtructionem Paſtoralem.* ibid

§. 5. *Cameracenſis Archiepiſcopi querelæ ad Ludovicum XV. Franciæ Regem.* 26

§. 6.

§. 6. *Parlamenti decretum Regio edicto damnatum.* 27

§. 7. *Ejusdem oppositio adversus hoc Regis edictum.* 28

§. 8. *Perfida revocatio San-Papulienſis Epiſcopi.* 32

§. 9. *Cautelæ adverſus pravum hujus Epiſcopi exemplum adhibitæ.* 47

§. 10. *Gravis quorumdam Franciæ Præſulum vexatio.* 51

§. 11. *Laudanenſis Epiſcopi vindiciæ.* 54

§. 12. *Denuntiationis ab eodem hoc Præſule factæ ſucceſſus.* 63.

§. 13. *Laudanenſis Epiſcopi recurſus ad Clementem ſummum Pontificem.* 65

§. 14. *Refractariorum Præſulum errores a Laudanenſi hoc Epiſcopo damnati.* 67

§. 15. *Regiæ Cancellariæ edictum contra præfati Epiſcopi inſtructionem.* 69

§. 16. *Convulſioniſtæ promeritis pœnis multati, & varii eventus in Francia.* 72

§. 17. *Provida ſeveritas in malæ notæ libros.* 78

§. 18. *Clementis XII. Papæ epiſtola ad Fœderati Belgii Catholicos.* 81

§. 19. *Rituum Sinenſium prohibitorum Vindices a Papa repreſſi.* 87

§. 20. *Sinenſis Imperatoris obitus, ac Religionis ſtatus ſub ejus ſucceſſore.* 96

§. 21. *Wormatienſis contentio de quadam diruta Catholicorum Eccleſia.* 101

§. 22. *Auguſtus III. Saxoniæ Elector a Clemente XII. Papa in Poloniæ Regem agnitus.* 107

§. 23. *Hoſii Epiſcopi Poſnanienſis epiſtola Paſtoralis ad omnes ſuæ Diœceſis Confeſſarios.* 113

§. 24. *Auguſti III. Poloniæ Regis decretum contra duos Regulares.* 120

§. 25. *Clemens Papa multiplici faſtidio affectus.* 124

§. 26. *Præclara ejusdem ſummi Pontificis geſta.* 138

§. 27. *Wetzlarienſium Calviniſtarum diſſidium cum Catholicis* 142

§. 28.

§. 28. *Emigrantium Auſtriacorum querelæ.* 161

§. 29. *Prætenſæ eorum vexationes falſitatis convictæ.* 165

§. 30. *Auſtriæ Superioris Emigrantium calumniæ pariter confutatæ.* 177

§. 31. *Continuati Corſorum tumultus.* 180

§. 32. *Theodori ſcenici Regis Corſicani effigies a Genuenſibus adumbrata.* 189

§. 33. *Ejusdem Theodori fata.* 192

§. 34. *Diverſæ Clementis XII. Papæ Conſtitutiones & decreta.* 197

§. 35. *Pontificis conatus pro Palatinatu & Ducatu Neoburgenſi ad fidem Catholicam revocando.* 204

§. 36. *Duo Cardinales ab eodem Pontifice Romana Purpura decorati.* 208

§. 37. *Nicolai Spinulæ Cardinalis obitus & elogium.* 209

§. 38. *Principes atque Illuſtres hoc anno fatis functi.* 212

§. 39. *Scriptorum Religione Catholicorum deceſſus & opera.* 220

§. 40. *Scriptores Acatholici hoc anno defuncti, eorumque Lucubrationes.* 227

§. 41. *Chriſtiani ex Barborum captivitate liberati.* 230

§. 42. *Grave Religionis diſſidium inter Calvinianos Prædicantes in Tranſylvania.* 232

§. 43. *Covetus Abbas a Janſeniſta trucidatus.* 242

§. 44. *Alia Janſeniſtarum molimina.* 246

§. 45. *Nova concertatio ob emendatum Breviarium Pariſienſis Archiepiſcopi.* 253

§. 46. *Pariſini hujus Archiepiſcopi mandatum pro recipiendo novo Breviario.* 254

§. 47. *Quorumdam oppoſitiones contra præfatum Breviarium.* 257

§. 48. *Plures libelli contra Conſtitutionem* Unigenitus *editi, & ad rogum damnati.* 261

§. 49. *Fleurii Cardinalis ſolicitudo in tollendis Gallicanæ Eccleſiæ diſſidiis.* 266

§. 50. *Ludovici XV. Galliarum Regis monitum ad P. Generalem Congregationis S. Mauri.* 268

§. 51. *Iterati Proteſtantium motus pro abroganda Rysvicenſi clauſula.* 279

§. 52.

§. 52. *Angliæ & Sueciæ Regum reſponſa ad Ratisbonenſes Legatos Proteſtantes.* 288

§. 53. *Epiſtola Clementis XII. Papæ hac in cauſſa ad Archiepiſcopum atque Electorem Moguntinum data.* 292

§. 54. *Ejusdem Archiepiſcopi ac Electoris reſponſum ad præfatas Clementis XII. Papæ literas.* 295

§. 55. *Viennenſis Archiepiſcopi querelæ contra auctum Proteſtantium numerum.* 298

§. 56. *Tumultus ab Hiſpanis Romæ concitatus.* 305

§. 57. *Hæ turbæ ſummi Pontificis prudentia ſedatæ.* 313

§. 58. *Periculoſi motus ex hoc tumultu poſtea enati.* 315

§. 59. *Gravis moleſtia ſummo Pontifici ab Hiſpanis irrogata.* 319

§. 60. *Difficultates ob petitam ſatisfactionem motæ.* 321

§. 61. *Hiſpaniæ & Neapolis Regum indignatio contra ſummum Pontificem.* 325

§. 62. *Paterna Clementis Papæ ſolicitudo pro reparandis damnis ditioni Pontificiæ illatis.* 329

§. 63. *Clemens Pontifex nova moleſtia affectus.* 331

§. 64. *Diſſidium Papam inter & Luſitaniæ Regem.* 334

§. 65. *Alia controverſia a Gallis ſuſcitata.* 335

§. 66. *Clementis Papæ oppoſitio contra Neapolitani Regis poſtulata.* 337

§. 67. *Caroli Cæſaris oppoſitio adverſus decimarum exactionem a Papa conceſſam.* 339

§. 68. *Connubium ſolemne inter Mariam Thereſiam Auſtriæ Archiduciſſam, & Franciſcum Stephanum Lotharingiæ Ducem.* 340

§. 69. *Fleuryus Cardinalis ob pacis ſtudium de Eccleſia & Francia optime meritus.* 344

§. 70. *Hiſtoria de Concilii Tridentini verſione a P. Courayero concinnata.* 348

§. 71. *Diverſæ ſummi Pontificis Conſtitutiones & decreta.* 353

§. 72.

§. 72. *Lutheranorum querelæ contra demandatum Baptiſmum parvulorum non ex integro natorum.* 364

§. 73. *Religionis Catholicæ ſtatus in Japoniæ Regno.* 372

§. 74. *Statuta Nationalis Synodi Maronitarum.* 373

§. 75. *Principes atque Illuſtres hoc anno denati.* 393

§. 76. *Scriptorum Religione Catholicorum opera & deceſſus.* 405

§. 77. *Scriptores Acatholici hoc anno denati, eorumque lucubrationes.* 411

§. 78. *Varii libri & ſcripta a S. Romana Indicis Congregatione proſcripta.* 415

LIBER

LIBER CCXXX.

§. 1. *Bellum Caroli VI. Cæsaris contra Turcas.* 418

§. 2. *De reddenda pace irrito conatu actum.* 421

§. 3. *Cæsarei Præsidis responsum ad Vezirii cavillationes.* 436

§. 4. *Altera Vezirii epistola ad eundem Cæsareum Præsidem.* 440

§. 5. *Controversia de pacis conditionibus.* 443

§. 6. *Causæ hujus belli a Cæsare in Imperii comitiis expositæ.* 450

§. 7. *Clementis Pontificis literæ hortatoriæ ad omnes Principes Catholicos.* 453

§. 8. *Summi Pontificis solicitudo in procurandis belli suppetiis.* 456

§. 9. *Infaustus Turcici hujus belli exitus.* 459

§. 10. *Dissidia Papam inter & Hispaniæ Regem feliciter composita.* 463

§. 11. *Nova dissensionis ansa Papam inter & Neapolitanum Regem.* 473

§. 12.

§. 12. *Concordia inter ſummum Pontificem & Luſitaniæ Regem reſtituta.* 475

§. 13. *Diſſidium cum Joanne Gaſtone Magno Etruriæ Duce ſublatum.* 476

§. 14. *Variæ lites eodem anno terminatæ.* 478.

§. 15. *Clemens Papa in facinoroſos ſeverus juſtitiæ vindex.* 479

§. 16. *Plures Beati Sanctorum Albo a Clemente XII. Papa inſerti.* 482

§. 17. *Pontificia Conſtitutio contra homicidas ad Hiſpaniæ Regnum extenſa.* 490

§ 18. *Aliæ ejusdem ſummi Pontificis Conſtitutiones & decreta.* 493

§. 19. *Feſtiva ſolemnitas ob elevatum S. Agilolfi Corpus.* 511

§. 20. *Res Gallicæ.* 513

§. 21. *Literarum incrementa tam in Galliis quam alibi procurata.* 524

§. 22. *Clementis XII. Pontificis Maximi magnificentia in exornandis Urbis Romanæ Eccleſiis.* 531

§. 23.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 23. *Josephus Renatus Cardinalis Imperialis mortuus.* 533

§. 24. *Curtii Origi Cardinalis obitus.* 547

§. 25. *Henrici de Bissy Cardinalis decessus.* 553

§. 26. *Antonii Felicis Zondadarii Cardinalis extrema.* 565

§. 27. *Septem Præsules a Clemente XII. Papa Cardinalium Collegio adscripti.* 572

§. 28. *Actum de tollendo dissidio Papam inter & Polonos.* 574

§. 29. *Protestantium querelæ ad Cæsarem.* 576

§. 30. *Gravamina Religionis Catholicæ contra Protestantes ab Archiepiscopo Viennensi Carolo Imperatori proposita.* 579

§. 31. *Caussa de decimis Weveldensibus ad Rotæ Romanæ Tribunal devoluta.* 610

§. 32.

§. 32. *Hiſtoria de Wertheimenſi Bibliorum verſione.* 628

§. 33. *Wertheimenſis hujus verſionis fata.* 645

§. 34. *Eadem a variis Principibus proſcripta.* 656

§. 35. *Wertheimenſis interpretis apologia.* 663

§. 36. *Hujus cauſſæ exitus.* 684

§. 37. *Ridicula Comitis de Zinzendorff in Epiſcopum conſecratio.* 685

§. 38. *Cæſaris vigilantia in libros Catholicæ Religioni injurios.* 690

§. 39. *Judicialis citatio præfati Prædicantis.* 706

§. 40. *Francofordienſis Magiſtratus libellus ſupplex ad Cæſarem.* 708

§. 41. *Libellus ſupplex ab ipſo hoc Prædicante ad Cæſarem transmiſſus.* 725

§. 42. *Principes atque Illuſtres hoc anno denati.* 732

§. 43.

§. 43. *Scriptorum Religione Catholicorum obitus, eorumque lucubrationes posteris relictæ.* 753

§. 44. *Infausta Alberti Radicati Comitis de Passeran fata.* 764

§. 45. *Scriptorum Acatholicorum scripta & decessus.* 768

§. 46. *Decreta Synodi Namurcensis.* 770

§. 47. *Wirtenbergense pactum circa Religionem.* 773



HISTO-



Turcicum Consilium de Bello christianis inferendo.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXIX.

CLEMENS XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Quidam libellus circa Jurisdictionem Confessariis necessariam ad S. Facultatem Theologicam Parisiensem delatus.

Postquam Sorbona veteris pertinaciæ ac erroris fermentum penitus ex- Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735. purgaverat, vigilantiſſimo oculo ſemper in id intenta erat, ne Janſeniſtæ alias in excogitandis novis artibus & dolis inexhauſti, vel neo-converſos, vel in debita ſubjectione titubantes ſparſis in vulgus pernicioſis libellis ſeducerent & venenata ſua dogmata purioris doctrinæ fuco illita incautorum animis inſtillarent. Hujus ſolertiæ ſpecimen ineunte anno hujus ſæculi trigeſimo quinto præclare exhibuit Sacra Facultas Pariſienſis, dum quidam Janſenianæ factionis Aſſecla anno priori libellum edebat, ſub hoc titulo: *Conſultatio circa Jurisdictionem, & approbationem ad confeſſiones excipiendas neceſſariam, ſeptem quæſtionibus comprehenſa, quæ ad normam juris canonum Conciliorum, Synodorum, Ritualium, Inſtructionum, & literarum Paſtoralium plurium Epiſcoporum, Canoniſtarum, Jure conſultorum, Theologorum, decretorum, Conſtitutionum & Brevium plurimorum Pontificum & decretorum Facultatis Theologicæ Pariſinæ &c. exacte diſcutiuntur. Per Ven. Sacerdotem Diœceſis.* Quamprimum hic libellus ad Leonorii Romignii celeberrimi Sorbonæ Syndici cognitionem pervenerat, hic perpenſa illius pravitate inauſpicatum hunc fœtum die quarta Januarii apud S. Theologiæ Facultatem denuntiavit, doctrinamque in eo contentam

ſuc-

Sæc.XVIII. A.C.1735.

ſuccincte expoſuit. Ad tam effrænem Auctoris temeritatem ac malitiam obſtupuere Magiſtri ac Doctores, cumque probe intelligerent, nemini magis quam Sorbonæ Doctoribus incumbere, ut præ ceteris ſuum erga S. Religionem & Chriſti Eccleſiam ſtudium atque obſervantiam teſtarentur, hinc ad tam horrendas hujus libri doctrinas haud ſilendum eſſe unanimi ſuffragio cenſebant, ne jura Epiſcoporum per Novatorum ſuperbiam indies auctam impune impeterentur, & antiqua Eccleſiæ dogmata, & ſanctiſſimæ ejus ſanctiones proterve ſubverterentur. Eo nomine Facultas, ut doctrinale ſuum judicium ferre poſſet, quosdam nominavit Deputatos, qui hunc libellum ſolerter expenderent, indeque perverſas magis aſſertiones extraherent, promeritis ſubinde cenſuris ſigillatim notandas.

§. II.

Sacræ Facultatis declamatio contra hunc libellum.

Interea hunc libellum Deputati Magiſtri ſedulo examinabant, ac in proximis comitiis ſuum deſuper judicium ad S. Facultatem referebant. Hæc ergo, uti rei gravitas poſcebat, duodecim omnino

Sæc. XVIII A. C. 1735. nino generales habuit Congregationes, in quibus octoginta sex Magistri ac Doctores suam quivis sententiam hac super re edixit. His auditis Sacra Facultas orationem habuit, hoc tenore: „Ea fuit semper Novatorum consuetudo, „qui docentem Ecclesiam non audiunt, sed ejus autoritatem spernunt ac „lacessunt, ut curent parum in iisdem „suis principiis consistere; mutant pro „conditione temporum, & dogmata „sua ad rem præsentem accommodant. „*Transeunt*, ut loquitur sanctus Hieronymus, *de falsitate ad aliam falsitatem, „quia solida non sunt eorum vestigia, quæ „contra veritatem sunt.* In hac tamen „eorum diversa prorsus dicendi ratione „unus idemque est scopus, idem consilium. Volunt scilicet, qua omni valent industria, assectas suos, quorum „animas duces cæci quasi captivas ducunt in perditionem, ne a castris suis „deficiant, sibi semper addictos conti„nere, &, ne ad obsequium Ecclesiæ „revertantur, studeant eorum semper „rebellionem confovere. Quapropter „prout fert diversa partium suarum homi„num indoles, prout exigit rei ne„cessitas, docent, loquuntur, nec par„centes mendaciis, arte sibi nota edunt, „sparguntque libellos novos sectæ heu! „nimium fæcundæ partus uberes ni-

„mis.

„mis. Clanculum quidem & tacito „scriptorum nomine, *volant libri* illi „noxii, *Urbibus & Castellis ingeruntur*, „iis scriptis *pro melle venenum*, pro veri„tate error *propinatur*". Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Testis cæteros inter nefandus ille liber, quem anno proxime elapso solemni Censura sacra Facultas Parisiensis proscriptum voluit. „Testis & iste non exi„tialis minus, in quem merita pariter „animadversione insurgendum arbitra„mur. Author prioris libelli, cum ni„hil vereretur magis quam ut pœniten„tes in illos inciderent Sacerdotes Con„fessarios, qui, ut decet filios obedien„tiæ, Constit onibus Apostolicis in Ec„clesia & Regno vim legis habentibus „corde & animo debitum obsequium „præstent, sequaces suos a frequenti „& salutari Confessionis usu liberos & „immunes efficiebat; Author vero Con„sultationis ut aliqua ratione consulat „nondum assuetis, qui excutiant impor„tunum (ut ipse censet) Confessionis „jugum, plenam potestatem facit sim„plicibus Fidelibus adeundi quoscum„que sibi seligere voluerint Sacerdotes, „a quibus nulla licet Episcoporum au„ctoritate delegatis, absolutionis bene„ficium asserit obtineri.

Orthodoxa doctrina huc usque in tuto esse videbatur duobus hisce fulta

Sæc. XVIII. A. C. 1735. præsidiis, nimirum & aperta Concilii Tridentini declaratione de necessitate jurisdictionis ad absolvendum valide, & lege ab eadem sacra Synodo lata de obtinenda a Presbytero approbatione Episcopi, ad excipiendas Fidelium Confessiones. „Quod utrumque caput „quoniam non audet libelli Author „aperta fronte impetere, videtur quasi „bona fide fateri & admittere dogma, „quod tamen, vir duplex animo, ha„bet in mente prorsus subvertere; non „recurrit tamen ad dolos, non quærit „latebras & diverticula; nam se totum „statim manifestum prodit, & illico de„serit, quod secum ipse pugnans con„cessisse videbatur. Modo asserit absolven„di potestatem a jurisdictionis necessitate „non dependere, modo ac si tamen juris„dictionis necessitatem agnosceret, con„tendit eam conferri cuilibet Sacerdoti in „sua ordinatione, & ita firmiter adhæres„cere, ut nulla Ecclesiæ lege subtrahi „possit, aut limitari".

„Ubi autem idem Author dogma de „necessitate jurisdictionis attentavit „proscindere, vir utique confidentissimus „a sancita solemni lege approbationis „obtinendæ Sacerdotes propria sua au„ctoritate eximit, atque ut vim Decre„ti, quo premitur elevet, falsas hacte„nus, atque inauditas interpretationes „adhibet. Debuisset profecto, præ pu„dore

„dore & ex conſcientia, abſtinere ab „impugnandis veritatibus, quas a ne- „mine Catholico huc usque fuiſſe impe- „titas ipſe confitetur: at rei novitate „minime perterritus, pudorem omnem „abiicit, novumque figmentum com- „miniſcitur afferendo videlicet, Decre- „tum illud Concilii non ad omnes ex „æquo Sacerdotes pertinere, ſed ad „eos ſolos, qui tunc erant dignitatis, „ut plurimum immemores ſuæ, aut il- „lud idem decretum eſſe de ſolis Re- „gularibus intelligendum; eodem deni- „que Decreto labefacta fuiſſe & everſa „Parochorum jura, quos prius audiri „oportuerat; & penes quos eſt, ubi tem- „pus opportunum nanciſci poterunt, „eadem collapſa jura ſibi vindicare.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Jam vero quænam ſunt iſta, quæ „Parochis jura tribuit? Ut nempe renu- „entibus Epiſcopis ſeligant ſibi, etiam „ex non approbatis ſuccenturiatos Sa- „cerdotes, quos tanquam operarios „bonos mittant in vineam ſuam. Ne- „que tantum non approbatos in ſuis Pa- „rochiis conſtituant, ſed etiam revo- „catos ab officio & interdictione mulcta- „tos ab Epiſcopo; quod certe nihil „aliud eſt quam Eccleſiaſticam Hierar- „chiam ſubvertere, ut jam regimen „animarum ad Epiſcopum non perti- „neat in ſua propria Dioœceſi.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Nec mirum certe si hucusque pro-
„cesserit, cum non tantum ratione Sa-
„cramentorum administrationis, potesta-
„te pares Præsulibus Parochos efficiat,
„sed illos etiam hac in parte erigere vi-
„deatur supra ipsos Episcopos, quos
„utpote positos a Spiritu Sancto regere
„Ecclesiam Dei, tenemur revereri ut
„nostros in fide Patres, in quibus Sa-
„cerdotalis jurisdictio tamquam in ipso
„fonte residet, ex quo fonte in alios
„secundi Ordinis Ministros rivuli fluunt
„& emanant.

„Placet insuper eidem Authori,
„dum supra modum extendit Paroche-
„rum jura, ipsis eandem tribuere in
„sua Parochia potestatem exercendam,
„quam ipse summus Pontifex habet in
„universa Ecclesia, & quilibet Episco-
„pus in sua Diæcesi; & dum secundum
„ipsius sententiam non potest Episco-
„pus in Parochiis sibi subditis adminis-
„trare Sacramenta, ea est Parochi au-
„toritas, ut sine consensu Episcopi ex-
„presso vel tacito Parochianos etiam ex-
„traneos, sive ex propria sive ex aliena
„Diœcesi indiscriminatim excipiat, eo-
„rum confessiones audiat; & sic Epis-
„copus, quem S. Petrus Apostolorum
„Princeps esse institutum dicit, *ut gre-*
„*gem Dei pascat*, non erit ulterius in
„sua propria Diæcesi Fidelium Pastor,
„siqui-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„ſiquidem cum Parochis diviſum Im-
„perium vix obtinebit.

„Neque vero eſt, quod Parochi ſibi „gloriari poſſint de conceſſis, aut vin-„dicatis dignitatis ſuæ juribus ab Au-„thore Conſultationis; ſiquidem mox „tranſit ad alia principia quibus uno eo-„demque ictu & Parochorum & Epiſ-„coporum poteſtates, & jura convel-„lit, ſubvertendo penitus ordinem il-„lum rectum, quem ipſe Chriſtus Do-„minus ad regendos Fideles ſapientis-„ſimus Legislator inſtituit, eo fine vi-„delicet, ut regnet & vigeat, quæ ſerva-„ri debet in optimo regimine concor-„dia tum populos inter & Parochos „ſuos, tum & viciſſim Parochos inter „& Epiſcopos, ut quisque in ordine „ſuo *præpoſitis ſuis* ſubditus ſit *& illis „ſubjaceat.*

„Cum autem plurimum interſit Au-„thoris perfidi ad fucum faciendum, „ut vera non falſa, antiqua & non no-„va cenſeatur docuiſſe, Doctores Theo-„logos & juris peritos ſingulis paginis „laudat, eorumque teſtimonia, vana „eruditionis oſtentatione colligit, ut „ſic *videatur de ſingulis, quæ aſſerit, præſti-„tiſſe rationem, quia ſingulis aſſertioni-„bus ſuis quædam teſtimonia ſubdidit; ſed „quæ, ſecundum pravitatem* falſa ſæpiſſi-„me *referentis ſolis* non attendentibus

Sæc. XVIII. A. C. 1735. „*blandiuntur & ſpeciem veritatis exhibent;* „dum viri ſagaciores & rem diligenti „examine perpendentes, ferme in om„nibus ſummam hominis improbitatem „& audaciam detegunt.

„Cæterum ubi per S. M. N. Leono„rium de Romigny Syndicum, pridie „nonas Januarii præſentis anni liber „delatus eſt ad ſacram noſtram Facultа„tem & doctrinam in eo contentam idem „D. Syndicus hæc expoſuit: horruimus „intelleximusque noſtræ eſſe erga Reli„gionem ſanctam obſervantiæ & ſtudii, „quo Pariſienſes Magiſtri flagrare de„bent præ cæteris, ut Ordo noſter non „ſileret; tum maxime operam noſtram „repoſci, cum Novatorum, quæ aſcen„dit ſemper, ſuperbia jura Epiſcoporum „audacter impetit & antiqua Eccleſiæ „dogmata, ſanctiſſimasque ejus ſan„ctiones conatur ſubvertere. Itaque „expendendum cenſuimus Libellum, „ad ferendum noſtrum doctrinale ju„dicium; atque idcirco more ſolito no„minavimus Deputatos, qui perverſas „Propoſitiones extraherent, quibus „ſubinde ſua nota ſingillatim figeretur".

§. III.

Cenſura propoſitionum ex hoc libro extractarum.

Abſolu-

Sæc.XVIII. A. C. 1735.

Absoluta hac oratione Parisiensis Facultas non quidem omnes pravas & damnandas assertiones ex hoc libello decerptas, sed duntaxat illas, quas deputati ad sex capita revocarunt, censuris perstrinxit, ut cuilibet pronum esset inde agnoscere, quam sit perversum hoc opus, quamque alienum a fide Catholica, & quantum animabus fidelium nocere posset, nisi Auctor publica animadversione plecteretur, & pernicioſus hic libellus fidelium oculis subduceretur. „Censuit insuper eadem „sacra Facultas, abstinendum a quibusdam aliis Propositionibus hic re„censendis & notandis, quæ alios Au„thoris errores continent contra Episco„porum potestatem, ad quos pertinet „concedere Presbyteris jurisdictionem; „quia cum Clerus Gallicanus in suis „Comitiis annis 1656. & 1657. habitis „adversus hosce eosdem errores forti„ter insurrexerit, arbitrata est impræ„sentiarum sufficere, ut declaret, sicu„ti facit & declarat, hanc doctrinam „pravam a Clero Gallicano circa præ„fatam materiam tunc temporis impro„batam, a se similiter vehementer im„probari".

Porro hæ erant assertiones ex præfato libello excerptæ, suisque censuris notatæ.

Ar-

Sæc. XVIII.
A. C. 1735.

ARTICULUS I.

De necessitate Jurisdictionis ad valide absolvendum in foro Pœnitentiæ.

Propositio. I. Sacramenti Pœnitentiæ valor non dependet a Jurisdictione. *Censura.* „Hæc propositio est erronea, „& sapit hæresin a Concilio Tridentino „damnatam.

Propositio II. Jurisdictionem ad valide absolvendum esse necessariam, per traditionem probari nequit; certum est, Ecclesiam non decidisse, quod defectus jurisdictionis, ac Ordinarii approbationis Sacramentum Pœnitentiæ de se irritum reddat, nec etiam certum est, quod Tridentinum deciderit, confessionem Sacerdoti nullam jurisdictionem habenti factam esse de jure nullam: *Censura.* „Hæ propositiones falsæ sunt, „temerariæ, & ad insinuandam hære„sin contra apertam veritatem malig„ne prolatæ".

Propositio III. Omnes Sacerdotes, Pastores & qui tales non sunt, omnes sunt subditi, qui in potestate ligandi & solvendi, & quidem ex institutione Christi, uniuntur. *Censura.* „Hæc propo„sitio, quæ asserit omnibus Sacerdotibus „ex institutione Christi attributos esse „subditos, in quos ligandi & solvendi po„testatem in Ordinatione acceptam ex„erce-

„erceant independenter ab Episcopi „missione, hosque subditos esse Orbem „Christianum, falsa est, Ecclesiasticæ „Hierarchiæ destructiva & erronea. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Propositio IV. Jurisdictio & approbatio sunt duntaxat accessoriæ, & res disciplinæ, & lex jurisdictionis est lex mere politica. *Censura.* „Hæ propo„sitiones, quatenus asserunt jurisdi„ctionem in foro pœnitentiæ ad puram „politicam & disciplinam pertinere „sunt temerariæ & erroneæ.

Propositio V. In primis Ecclesiæ sæculis Sacerdotes sine Episcoporum aut Parochorum permissu confessiones excipiebant & per undecim prima sæcula nil vel parum audiebatur aliud ad earum valorem requiri, quam ut sit Sacerdos. *Censura* „Hæ propositiones fal„sæ sunt, & ex ignorantia constantis „Ecclesiæ praxis temere assertæ.

Propositio VI. Sacerdotes, dum Ordines recipiunt, etiam missionem vel saltem permissionem Episcopi accipiunt, sufficit ergo eos ad suas Parochias tanquam Pastores ordinarios vocari. *Censura* „Hæc propositio falsa est, & qua„tenus asserit præter potestatem in Or„dinatione acceptam nihil aliud requi„ri in Sacerdote ad vere absolvendum, „ quam ut vocetur a Parocho, aut vo„luntarie se subiiciat pœnitens, est er-

„ronea

Sæc. XVIII. A. C. 1735. „ronea & viam invalidis absolutionibus „aperit".

ARTICULUS II.

De auctoritate Ecclesiæ circa Sacramentum Pœnitentiæ.

Propositio I. Si subjectum est rite dispositum, Ecclesia nequit Sacramentum Pœnitentiæ reddere invalidum. *Censura* „Hæc assertio, quatenus sta„tuit Ecclesiæ lege irritam fieri non „posse absolutionem, est hæretica.

Propositio II. Omnis potestas Ecclesiæ & Pontificis se duntaxat ad ritus decentiæ, & ad decreta disciplinæ extendit, quin eorum omissio vitiet Sacramenti essentiam. *Censura* „Hæc „propositio intellecta de Sacramento „Pœnitentiæ est hæretica.

Propositio III. Absolutio casus reservati, an sit valida, non decidit Tridentinum. *Censura* „Hæc assertio fal„sa est & hæresi a S. Tridentina Syno„do damnatæ favens.

Propositio IV. Sacerdos cum sola potestate Ordinis est Minister Dei, & potest in omni casu omnesque absolvere, non tamen est Minister Ecclesiæ, quia non habet ejus institutionem; hinc aptus non est ad reconciliandos inobedientes erga Ecclesiam. *Censura* „Hæc propo„sitio captiosa est, & quatenus innuit Sa-

„Sacerdotem, qui ſolam habet Ordinis „poteſtatem, poſſe in omnibus caſibus „quoscunque peccatores vere abſolve- „re, & Deo perfecte reconciliare, hæ- „reſin ſapit". Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Articulus III.

De approbatione ab Epiſcopo obtinenda.

Propoſitio I. Non adeo certa eſt neceſſitas approbationis, ut ſine illa Sacramentum ſit nullius valoris. *Cenſura* „Hæc propoſitio falſa eſt, temeraria, „& decreto Synodi Tridentinæ contra- „ria".

Propoſitio II. Si Tridentini decretum exacte cum iis, quæ præcedunt & ſequuntur, legatur, pro ſolo illo iniquo tempore ſancitum fuiſſe videtur, & contra Sacerdotes tum viventes, ſublato igitur malo nunc remedium non eſt neceſſarium. Tridentinum ſolos regulares ad obtinendam approbationem adſtringit, & rite intellectum quoad approbationem plus favet curatis quam Epiſcopis. *Cenſura* „Hæ pro- „poſitiones falſæ ſunt, temere aſſertæ, „& Decretum Concilii perverſe interpre- „tantur, & menti ejus manifeſte re- „pugnant".

Propoſitio III. Jus approbandi Confeſſarios non eſt ad Epiſcopos, excluſis Parochis, devolutum. *Cenſura* „Hæc „aſſer-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„assertio falsa est, & de juribus Episco-„porum detrahit.

Propositio IV. Confessariorum approbatio ab Episcopis facta (exclusis Parochis) pro judicio contra Parochos non appellantes lato haberi potest, cum enim hi sint partes litigantes, judices hac in causa esse nequeunt. *Censura* „Hæc propositio est scandalosa, in S. „Synodi Oecumenicæ contumeliam pro-„lata, de auctoritate Ecclesiæ dero-„gans, & in schisma inducens.

Propositio V. Defectuosum omni ex parte est decretum de approbatione Confessariorum per Episcopum. *Censura* „Hæc propositio falsa est, P. P. „Tridentinis injuriosa & Decreti a Sy-„nodo lati everliva.

Propositio VI. Parochi in urgenti suarum Ecclesiarum necessitate Sacerdotes ab Episcopo non approbatos delegare possunt. *Censura* „Hæc propo-„sitio est falsa, Concilio Tridentino „contraria, & ut talis a Sacra Facul-„tate jam damnata.

Propositio VII. Parochi, qui habent jurisdictionem in suas Parochias & Parochianos, possunt ipsis dare Confessarios non approbatos, si Episcopus eos approbare injuste recusaverit. *Censura* „Hæc propositio est falsa, disci-„plinam Ecclesiæ intervertit, & ad

„men

„mentem Auctoris intellecta, in schis- Sæc. XVIII.
„ma inducit. A.C. 1735.

Propositio VIII. Episcopi approbandi potestatem (exclusis Parochis) a Rege obtinent. *Censura* „Hæc assertio „falsa est, scandolosa & quatenus asse„rit a rege concessam esse Episcopis rem „mere spiritualem, in Christianissimum „Principem est summe injuriosa.

Propositio IX. Quando Episcopi approbant Confessarios Parochiarum, id faciunt, quia id a Rege petierunt, & obtinuerunt: id Rex fecit anno 1695. Mense Aprili, ubi Rex ob gravem penuriam & Clericalis subsidii spem Episcopis quidquid petierunt, concessit. *Censura* „ Hæ propositiones in Gallica„nos Episcopos Regemque Religiosissi„mum calumniosæ sunt, impudenter „& maligne contra ipsa Edicti Regii „verba prolatæ.

Propositio X. Poterunt Parochi sine scrupulo ad sæculares Magistratus recurrere, ut in amissum jus redeundi libertatem acquirant, cum lex potius, quam Synodus eis hujus juris usum duntaxat ad Episcoporum instantiam abstulisset. *Censura* „Hæc propositio in „Episcopos per calumniam prolata, „Ecclesiastici status perturbativa est, „& ad schisma provocat.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ARTICULUS IV.

De Episcoporum potestate negandi approbationem & concessam revocandi.

Propositio I. Jure impugnatur, quod si Episcopus approbationem injuste recusat, hoc jus ad Parochum devolvatur; potest Zelosus & verus Pastor in tanta veraque necessitate in vineam suam mittere dignos operarios, quos „Episcopus injuste repellit. *Censura*„Hæ „propositiones falsæ sunt, temerariæ, „animarum saluti noxiæ & Ecclesiasti„cam Hierarchiam perturbant.

Propositio II. Non ausin defendere, in casu necessitatis confessiones digni Ministri, cujus approbatio est injuste revocata, nullas esse: Episcopi approbatio non concedit, sed supponit meritum in Sacerdote approbando: si ergo talem Episcopus urgente necessitate a suo ministerio suspendit, se ipsum condemnat, & Ecclesia laudaret Parochum, qui pro utilitate populi dignum Ministrum seligeret. *Censura* „Doctri„na, quam hæ propositiones menti ex„hibent, falsa est, sedi Apostolicæ, „Conciliis Provincialibus, & præser„tim S. Oecumenico Tridentino con„traria, viamque sternit ad sacrilegas „absolutiones".

AR-

ARTICULUS V.

Sæc.XVIII. A.C. 1735.

De jure Epiſcoporum per ſe, vel per alios adminiſtrandi Sacramenta in Eccleſiis Parochialibus.

Propoſitio I. Parochus eſt proprius Sacerdos & Paſtor, habens jurisdictionem aut poteſtatem immediate & proxime populum ſibi ſubditum regendi, proin eſt Vicarius Chriſti in ſua Parœcia, ſicut Epiſcopus in ſua Diœceſi & Papa in tota Eccleſia. *Cenſura* „Hæc „propoſitio captioſa eſt, & hæreſin „ſapit.

Propoſitio II. Tridentinum non decidit, majorem poteſtatem in adminiſtrandis Sacramentis habere Epiſcopum quam Parochum. *Cenſura* „Hæc „aſſertio falſa eſt, & hæreſi a Concilio „Tridentino damnatæ favet".

Propoſitio III. Probari nequit, Epiſcopos jus habere independenter a Parochis conſtituendi Confeſſarios in Parochiis indeterminatis. *Cenſura* „Hæc „propoſitio falſa eſt, de juribus Epiſco„porum detrahens & intellecta eo ſen„ſu, quod Epiſcopus per ſe non poſſit „Parochorum munia in qualibet Paro„chia ſibi ſubdita exercere, eſt hæ„retica".

Propoſitio IV. Epiſcopus duntaxat *habitu* eſt Rector Parochiarum ſuæ Diœceſis,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

cesis, seu Pastor communis Parochiarum. *Censura* „Hæc propositio, quæ „tollit ab Episcopo immediatum regimen Parochiarum suæ Diœceseos, est „ministerii Episcopalis eversiva & verbo Dei contraria.

Propositio V. Sorbona in seculo XIII. docuit, licitum non esse confiteri ipsimet Pontifici vel Episcopo sine consensu Parochi: moderni quidem Theologi dissentiunt. *Censura* „Hæc propositio falsa est, S. Facultati perperam „affingens doctrinam quam ipsa erroneam expresse & unanimiter reproba„vit anno 1252. & dum negat erroneam „esse hanc doctrinam, errori sæpius „damnato aperte patrocinatur.

Propositio VI. Juxta ordinem a Christo stabilitum Sacerdotes utriusque Cleri ab Episcopo approbati in Parochiis confessiones excipere nequeunt sine Parochi consensu. *Censura* „Hæc propo„sitio falsa est, temeraria, & de juris„dictione, quæ Episcopis jure Divino „competit derogans.

Propositio VII. Quidam Theologi docent, Episcopum de jure & invitis Parochis in Parochiis constituere posse Confessarios, si id absolute affirmant, ab eis recedo, quia tradunt doctrinam antiquitati incognitam, nullo juris textu nixam & Tridentino contrariam.

Cen-

Cenſura „Hæc propoſitio eſt falſa & temere aſſerta". Sæc. XVIII. A.C. 1735.

ARTICULUS VI.

De neceſſaria Parochis approbatione Epiſcopi ad alienos Parochianos abſolvendos.

Propoſitio. Parochi non indigent expreſſa vel tacita Epiſcopi approbatione pro alienis ſubditis, ſufficit conſenſus illius Parochi, cujus ſubditi ſunt. Parochi aliorum Parochianos, imo & etiam alterius Diœceſis abſolvere poſſunt, cum ſolo conſenſu ipſorum Parochi. Id Epiſcopus prohibere nequit. *Cenſura* „Hæ propoſitiones falſæ ſunt, „& juribus Epiſcoporum derogant".

Lectis & approbatis hiſce cenſuris die decima quinta Septembris Sacra Facultas declarabat, *quod nullatenus intendat alias propoſitiones contentas in Libello approbare, cum jam ſupra declararit, non omnes, quæ Cenſuram merentur, a ſe extractas fuiſſe ac damnatas, & re ipſa plurimæ ſuperſint adhuc non exitiales minus & pravæ, quæ pariter notari potuiſſent & damnari.*

§. IV.

Pariſini Parlamenti decretum contra Cameracenſis Archiepiſcopi Inſtructionem Paſtoralem.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Nondum sanari poterat vulnus, quod Franciæ Episcopi per nuperum Regii Senatus decretum suæ auctoritati inflictum existimabant, cum jamjam hoc anno novum afflictionis argumentum eis suppeditaret Parisiense Parlamentum: quæ ut evenerint, paucis expediam: Die decima quarta Augusti anno priori Carolus de S. Albino Cameracensis Archiepiscopus Instructionem Pastoralem *de necessitate omnes nostras actiones ad Deum ex motivo charitatis referendi* publici juris fecit, in qua contra declarationem Cleri Gallicani anno 1720. factam decreta Apostolica pro firmanda Pontificis auctoritate, aliasque Pontificum Constitutiones contra Baium &c. editas velut Ecclesiæ leges allegabat: Ingesserat quoque mentionem decreti, quod S. Romana Inquisitio die septima Decembris anno post Christum natum millesimo sexcentesimo nonagesimo promulgabat. Præterea sub idem semper tempus die trigesimo Octobris Claudius Guilielmus Vinotus Diaconus Rothomagensis in Sorbona Theses publice propugnabat, quarum prima verba erant hæc: *A Fratribus spoliato: quæstio Theologica. Quis creatus est in justitia? Eph. cap. 4. v. 24.* defierat autem hæc Thesis his verbis: *Has Theses Deo duce & auspice Deipara tueri*

tueri conabitur Claudius Guilielmus Vinot, Diaconus Rothomagenſis ſacræ Facultatis Pariſienſis Baccalaureus, Theologus & Socius Sorbonicus die Sabbati trigeſima Octobris 1734. *a ſexta matutina ad ſextam veſpertinam. In Sorbona.* In hac theſi propugnabatur, cunctas Pontificum Bullas etiamſi in Francia non eſſent receptæ, ſervandas tamen eſſe, ſimulque mentio ingerebatur de Bullis S. Pii V. Gregorii XIII. Urbani VIII. & Alexandri VII. contra Baji & Janſenii errores. En duplex indignationis a Parlamento conceptæ incitamentum, quamprimum enim illud Archiepiſcopi inſtructionem publicam lucem aſpexiſſe intellexerat, illam mox Regiis Triumviris diſcutiendam tradidit, quibus ſuum judicium ferentibus die decima octava Februarii comitia habebantur, in quibus omnes Regni Curiæ præfatique Triumviri ad conciliandam rei majorem auctoritatem convenere. Igitur omnibus una congregatis Gilbertus de Voiſins Regius ac Generalis Advocatus habita oratione expoſuit, „Parlamenti „juſſu inſtructionem jam fuiſſe diſcuſ„ſam, nil ergo ſupereſſe, niſi ut Tri„umvirorum ſententia, & obſervatio„num analyſis exciperetur; præprimis „vero in hoc ſcripto ſegregandas eſſe „res Theologicas a politicis Regni legi- Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

„bus ac principiis; illas enim non ſpec„tare ad forum Magiſtratus civilis, ho„rum vero conſervationem eſſe potiſſi„mam Regii Senatus curam, nobiliſſi„mam ſui officii partem". His præmiſſis Gilbertus obſervabat, inſtructionis Auctorem aſſerere, quod ipſe de numero Cleri Gallicani non eſſet, & forte id verum eſſe, quia in rebus profanis conſueta Cleri Gallicani comitia accedere, huic Epiſcopo non competeret, ſaltem ipſe monumentum venerandi dogmatis anno 1720. a Regni Epiſcopis communi ſuffragio ſtabiliti impugnare non debuiſſet; hanc enim eorum declarationem ipſo Regis conſenſu, ejusque Sigillo tanquam ſupremæ poteſtatis fulcimentum fuiſſe firmatam, & ab Auctoris Prædeceſſore unacum ceteris Archiepiſcopis ſubſcriptam: Poſtea querebatur Advocatus, tam in Inſtructione quam in præfata theſi ſine omni circumſpectione Pontificiorum decretorum auctoritatem fuiſſe de prædicatam, & quidem in theſi Conſtitutiones quatuor Pontificum ita proponi, perinde acſi parem cum Eccleſia univerſa auctoritatem haberent; nec etiam ſpeciatim jndicari, quales eſſent hæ Conſtitutiones, proin nil aliud intendi, niſi novas turbas & contentiones concitare: pariter Auctorem Inſtructionis ſtudioſe diverſo-

versorum decretorum auctoritatem elevare, ut fundamentales Regni leges evertere omnesque Gallos ad id adstringere posset, ut & ipsi passim acceptarent, quicquid Romana Curia in extera Regna ad stabitienda sua principia, & prætensa jura invexisset. Eo fine ipsum adduxisse quoddam Inquisitionis decretum, ac si esset statutum in universo Regno receptum, cum tamen fundamentalem Regni legem pessumdaret. Hac declamatione absoluta, Triumviri recessere, & Parlamentum præfato die sequens promulgavit edictum: „Cum in Pastorali In„structione doctrinæ fundamentalibus „Regni legibus adversæ contineantur, „& præter quoddam Inquisitionis dec„retum etiam Bullæ in Regno nullate„nus receptæ, nec Parlamenti literis „approbatæ, nec Ecclesiæ decisionibus „munitæ, minus vero ad fidei Regu„lam ex se spectantes allegentur, & ta„men ad eas tanquam veras Regulas „corde & ore amplectendas fideles adi„gi videantur, hinc præfata Instructio „æque ac Theses in Sorbona propugnatæ „proscribantur, & proscriptæ sint, eo„quod in illis schisma invehi tenta„tur, dum asseritur, nullum esse vere „Catholicum, nisi præfatas Pontificum „Bullas; quæ tamen in Regno accep-

Sæc. XVIII, A.C. 1735

„tatæ non sunt, ad executionem de„ducat: Mandamus igitur, ut Syndi„cus & Vinotus propugnator coram „Parlamento præsentibus omnibus Reg„ni Curiis se sistant, omnia autem „tam Instructionis quam Thesis exem„pla Parlamento tradantur &c.

§. V.

Cameracensis Archiepiscopi querelæ ad Regem Franciæ.

Tanta Parlamenti temeritas non modo Cameracensem Archiepiscopum sed omnes Franciæ Præsules intimo doloris sensu afficiebat: Ingemiscebant præcipue, quod Parlamentum quæstiones, quæ tamen nullatenus sui fori essent, decidendi licentiam sibi arrogaret, imo etiam eas contra ipsas Ecclesiæ decisiones definire præsumeret, & sic luculenter testaretur, quod hac agendi ratione adeo recto ordini contraria nil ardentius desideret, quam Pontificias Constitutiones contra Baium &c. editas penitus ad nihilum redigere. Eapropter Cameracensis Archiepiscopus, & postea Facultas Theologica libellum supplicem Ludovico XV. Galliarum Regi porrexerunt, in quo perversa Parlamenti consilia, &

per

per nefas usurpata jura ad ultimas usque fæces detexerunt, ac demum contra nefarios Parlamenti ausus, ejusque decretum Regiam protectionem implorarunt. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. VI.

Parlamenti decretum Regio edicto damnatum.

Hæc inaudiens Rex commovebatur, eoquod Parlamentum insuperhabito toties iterato Regis interdicto sibi Sacra, & Religionis doctrinas dijudicandi auctoritatem vendicare præsumeret; Eapropter Rex die vigesima Februari & decima Maij sequens Regii sui Senatus decretum promulgari jussit. „Cum Regi nunciatum esset, a „Parisiensi Parlamento die decima octa„va Februarij decretum fuisse promul„gatum, vi cujus Instructio Pastoralis „Archiepiscopi Cameracensis unacum „quadam Thesi in Sorbona propug„nata proscribebatur, hinc Regiæ suæ „Majestati bene visum est, ut ob rei „gravitatem hac super re exactius edo„cta illius cognitionem suo reserva„ret Tribunali, ut hac in caussa id „omne decernere posset, quod Regni „legibus magis consonum, & ad præ„cavendas publicæ pacis perturbatio„nes

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„nes magis idoneum foret: quocirca in „ſuo Senatu præſens, omnium eorum „quæ Parlamentum hac in re egit, ad „ſe evocavit, atque evocat, præcipit„que omnibus ſuis Parlamenti Curiis, „ceterisque omnibus aliis ſubditis, ut, „cum doctrinæ cognitio circa Religio„nem ad Archiepiſcopos & Epiſcopos „pertineat, eandem cognitionem ad „præfatos Præſules referant, & Parla„menti decretum Regi tradant, ut hac „in re quod æquum & juſtum, ſtatui poſ„ſit; illius enim ſententiam Regia ſua „Majeſtas ſibi ſoli reſervat, & omni„bus ſuis Parlamentis, aliisque Judi„cibus illius cognitionem penitus inter„dicit, vultque, ut interim tam Ar„chiepiſcopi Cameracenſis Inſtructio „Paſtoralis, quam Sorbonæ Theſis in „eodem permaneant ſtatu, quo ante „Parlamenti decretum fuiſſent. Datum „Marlii in Regio Senatu præſente Re„ge &c.

§. VII.

Parlamenti oppoſitio adverſus hoc Regis edictum.

Comperto hoc Regis edicto Parlamentum ineunte menſe Martio ſolemnem indixit Conventum, in quo de ſanando lethali vulnere, quod rurſus

sus per Regiam declarationem usurpatæ suæ jurisdictioni illatum existimabat, serio deliberare posset. Præprimis ergo Patres in supremi Præsidis Portailii ædibus convenere, & quid demum Regi scriptotenus esset exponendum, consultarunt. Recens autem nuperæ indignationis Regiæ memoria potissimos absterruit, ne denuo ad duriora prolaberentur consilia; Interea Portaillius vivis eripiebatur; subrogato ergo Pelleterio idea propositionis Regi faciendæ exhibetur; ac die decima septima Julii novæ deliberationi datur initium. Pelleterius tamen utpote de sui Prædecessoris scripto nondum edoctus hanc in se provinciam suscipere renuit. Statuebat tamen, nihil omnino remittendum esse ab imperterrito animi robore ac studio, quo Parlamentum hucusque Regni leges, & Ecclesiæ Gallicanæ libertates conservare ac tueri adlaborasset, de cetero autem primo Parlamenti Præsidi injungendum esse, ut proxima occasione adversus nuperum Regii Senatus decretum æquas Parlamenti querelas Regi perdemisse exponeret, ac luculentis argumentis comprobatum redderet, quam gravia inde mala abs dubio oritura essent. Interim vero hujus consilii executio usque ad Festum S. Martini differebatur: Ceterum Cle-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735. Clemens XII. Papa Parlamenti decretum die decima octava Maij per ſpeciale Breve damnavit, ac librorum prohibitorum albo inſeri juſſit. Eadem quoque die in publicis conſuetisque Urbis Romanæ compitis Pontificium hoc decretum affigebatur ſub hoc titulo *S. D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XII. revocatio & annullatio ordinationum aliorumque contentorum in quibusdam Gallicis foliis gallico idiomate impreſſis ſub titulo: Arret &c. cum prohibitione eorundem foliorum &c.* Jam vero Parlamentum ira moveri, impotenti rabie in ſuos Adverſarios tumultuari, furere. Dolebat ſummopere, edictum ſuum atro ſtigmate non modo Regiæ, ſed & Pontificiæ proſcriptionis notatum, ſimulque uſurpatæ ſuæ auctoritatis iniquitatem Univerſo Orbi patefactam: Ut ergo plagam, quam recens accepit, obduceret, ſuoque dolori qualecunque lenimen afferret, frænum (quod deſperatæ cauſſæ proprium eſt) mordere & ad ſaxum, in quo tam apud Papam, quam apud Regem malo ſuo offenderat, pedem referre cœpit. Pontificis nempe edictum oppoſito ſuo decreto die decima ſeptima Junii refellere, ceu nullum, irritum, & illegitimum declarare, ſupprimere, ac prohibere ſtatuit, hanc agendi rationem rur-

rursus vindicante Gilberto de Voisis, qui hac occasione prolixam, ac felle tinctam declamabat orationem: Hæc tamen nonnisi bruta fore fulmina, prospiciebat Cameracensis Archiepiscopus, nihilominus die decima nona Maij ad suos Diœcesanos epistolam Pastoralem transmisit, in qua Parlamenti ausus solide impugnabat, & nuperam suam Instructionem a Rege Christianissimo strenue defensam fuisse nuntiabat: Verum id ipsum erat novæ indignationis argumentum; Parlamentum igitur, ut suam ultionem in Archiepiscopum exerere posset, ex cavillationibus suppetias quæsivit, cum enim Archiepiscopus se *Franciæ Parem* appellasset, & Regem nominasset *Regem Christianissimum*, inde Parlamentum sibi amplum insectandi campum aperiri lætabatur: quapropter instigantibus Triumviris die decima tertia Junij decretum edidit, in quo epistolam Pastoralem Archiepiscopi supprimi jussit, ac Præsuli inhibuit, ne Regis nomini prærogativam *Christianissimi* adderet, eoquod reverentia Regi debita læderetur, si subditus Regiam Majestatem alio quam solo *Regis* nomine honoraret: Archiepiscopo insuper Parlamentum interdixit, ne se deinceps *Franciæ Parem* nominaret, eoquod in Parlamenti Curia sub hoc nomine

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

mine nunquam agnitus fuisset. Attamen vix verbis exprimi potest, quam acerbis cachinnis hoc Parlamenti decretum a potissimis fuerit explosum, ab aliis vero non sine stomacho acceptum: Rex quoque frivolam hanc cavillationem edoctus, Archiepiscopi honorem vindicabat, eidemque Regia auctoritate omnes illas asserebat prærogativas, quas eidem retinere permissum erat, postquam Laudanensem Episcopatum, qui Parium Franciæ Ecclesiasticorum Ducatus est, ultra dimiserat; aliunde vero ipsemet Archiepiscopus ex Regio Sanguine ortum traxerat, utpote Philippi II. Aurelianensis Ducis Filius anno 1722. legitimis natalibus restitutus, proin inter Franciæ Pares hoc quoque titulo relatus.

§. VIII.

Perfida revocatio San-Papulienſis Epiſcopi.

His omnibus Cleri Gallicani afflictionibus ac molestiis cumulum & extremam acerbitatem addebat spiritualis ruina Joannis Caroli de Segur Papulienſis Episcopi. Hic erat olim Presbyter Oratorii, Vir eruditione clarus, & naturæ ac gratiæ dotibus liberaliter auctus, pravo tamen suorum ex-

exemplo inductus, pertinacia plurium annorum corrobata Constitutioni restitit, atque appellantium factioni immote adhæsit. Verum ea, qua erat prudentia ac sagacitate, brevi malas Quesneliſtarum artes, vafra eorum consilia, fraudes & delirantis fanatismi phantasmata detexit, quocirca relictis illorum castris Sacræ sedi, ejusque Constitutionibus debitum obsequium ore, calamo, & corde profitebatur. Fluxerat annus hujus sæculi vigesimus tertius, quo Joannes Carolus ad Regis nominationem Episcopus Sancti Papuli dictus est. Credebatur Vir velut Divino munere huic Ecclesiæ datus; prævenerat enim ipsum Deus Benedictionibus dulcedinis suæ, deditque ei tam virile pectus, ut spretis factiosorum lenociniis, convitiis ac ludibriis Constitutionem *Unigenitus* editis pluribus decretis Pastoralibus strenue propugnaret, ac sese Sedis Apostolicæ hostibus velut murum æneum opponeret. Verum languente sensim primo fervore clam ac frequentius cum refractariis arctiorem consiliorum societatem inire cæpit; hinc pravarum opinionum, quibus in juventute imbutus erat, vulnera paulatim, ubi consenuisse videbantur, recruduere, & noxia, quæ olim in Scholis hauserat,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

venenatæ doctrinæ semina repullulaverunt. Tantum nempe in animis hac tabe semel aspersis vim roburque habet pravi Magistri disciplina ad corruptelam multorum potentissima. Accessit insuper ad mali incrementum, importuna veterum Sodalium sollicitatio. Hi enim, cum titubantem cernerent, ad labefactandam ejus constantiam animique firmitatem omnes admovent arietes, assidue aures ejus obsident, peracriter ei vecordiam exprobrant & ne sibi soli desiperet, ut plurimorum, & quidem doctrina & auctoritate ceteris prævalentium partes sequeretur, tandem suadent: disertius quoque ac multo copiosius eversam Scholarum libertatem, præcipuas Ecclesiæ veritates, Traditiones Apostolicas, purioris doctrinæ regulas, SS. Patrum dogmata, Ecclesiæ leges per Bullam damnatas &c. exaggerant, & quicquid demum ad fluctuantis animi virtutem penitus enervandam aptum promptumque habebant, facundia ad fallendum nata exponunt: cum autem his argumentorum momentis parum adhuc proficerent, tandem precibus, & veteris amicitiæ sacrosanctis fœderibus, quæ crebro commemorarunt, improvidum aggrediuntur. Ita illum olim firmum atque inflexibilem, carnalis affectus lenociniis, at-

atque obteſtationum improbitate ſuas in leges ac vota pertrahunt. Igitur ad extremum fractus ac proſtratus Præſul demum adverſus Eccleſiæ & rationis evidentiſſimam lucem manus factioni ſimulque errori dedit, & cauſſam optimam & cum cauſſa Religionem, & Eccleſiam deſeruit, ſuumque honorem & nominis famam æterni opprobrii macula deturpavit, & quod indignius eſt, hic veritatis transfuga velut publicam defectionis ſuæ teſſeram propudioſas adverſus Conſtitutionem literas vulgare non erubuit, hujus tenoris. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Joannes Carolus de Segur Dei vo„luntate Epiſcopus, & Dominus San„Papulienſis Clero ſæculari & Regula„ri ſalutem dicit & Benedictionem in eo, „qui pro ſalute Peccatorum in mundum „venit.

„*Fratres Chariſſimi!*

„Haud vobis celare poſſumus ani„mi noſtri propoſitum, quo onus noſtri „Epiſcopatus deponere decrevimus; „Hunc Epiſcopatum aucupati ſumus „per media, quibus diu nos metipſos „decepimus; aſt Deo ita diſponente „falſa noſtra quiete non diu frui potui„mus. Jam per integros duos annos „Deus ad cor noſtrum locutus, nos im-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„pulit, & vox ejus, quam mortalium „nemo impedire poteſt, interiora noſtra „penetravit: Nil reliquum quidem feci„mus, ut mentis noſtræ angores, & „tacita conſcientiæ convitia coram vo„bis occultaremus, abs dubio tamen „advertiſtis, nos non eſſe re ipſa tales „quales nos eſſe ſimulavimus: Nunc „vero myſterium pandendi tempus eſt. „Ita eſt, Fratres mei, larvam detraxi„mus: Hoc opus non eſt noſtrum, ſed „*hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi*: ad pri„mos enim gratiæ radios intelleximus, „quæ Divinæ juſtitiæ deberemus, cui „ſatisfacere haud poſſemus, ſi diutius „in ſublimi gradu, ad quem temerarie „aſcendimus, permanere vellemus: „ut inde deſcendamus, acclamat vox „conſcientiæ noſtræ: priusquam vero „hoc decerneremus, doctiorum, hone„ſtorumque conſilia exploravimus, qui„bus, quæ neceſſaria eſſent, ingenue „manifeſtavimus: cum ergo hi Eccle„ſiæ calamitates cordi haberent, & „Paſtores oppido neceſſarios eſſe cen„ſerent, ſuaſerunt, ne vos, Fratres „Chariſſimos deſereremus ſed potius de„teſtandam vitæ noſtræ rationem in „melius mutaremus: Attamen Deus, „qui nobis Eccleſiæ leges & Canones „exacte obſervandi voluntatem inſpira„vit, nobis quoque virtutem dedit, ut

„nos

„nos eisdem penitus subiiceremus: Ho- Sæc. XVIII.
„rum tamen, quos consuluimus, re- A. C. 1735.
„verentia permoti, eorum consilia, in-
„cassum licet, sequi conati sumus: Ho-
„mines offendendi metus nos adhuc-
„dum retraxit, & falsus timor linguam
„cohibuit; hinc ore multa protulimus,
„cor autem nostrum longe ab eis erat.
„Non raro nobismetipsis nostram igna-
„viam exprobravimus: quoties de no-
„stris Consiliariis eorumque sinistra
„opinione questi sumus? tandem vero
„nostram Sedem relinquere decrevi-
„mus, & ab illo momento anima no-
„stra illam sensit quietem, quam Deus
„æquissimo non minus, ac summe ne-
„cessario proposito nostro contulit.

„Nonne decet, ut de cœpto hoc
„consilio coram vobis, dilectissimi Fra-
„tres, rationem reddam? Ita est, quan-
„tumcunque enim probrosa sit publica
„peccatorum meorum confessio, non
„tamen deest nobis ad id necessaria
„animi fortitudo, nostræ miseriæ cog-
„nitio vos ad Deum pro me deprecan-
„dum incitabit, & si quis nos ab hac
„confessione retrahere conaretur, sem-
„per tamen rationes, quæ nos ad vos
„deferendos moverunt, tantum vale-
„bunt, ne nobis ulterius resistatis.

„Nondum ætate provecti Mundum
„nauseavimus, & gratia Dei præventi

Sæc. XVIII. A. C. 1735

„pericula hujus Sæculi rite perſpexi-
„mus, propterea in Congregatione Pa-
„trum Oratorii Inſtitutionem, & pieta-
„tis exempla quæſivimus atque etiam
„abundanter utrumque invenimus.
„Chriſtum Dominum, Sacerdotii ſubli-
„mitatem, & neceſſarias ad id conſe-
„quendum diſpoſitiones agnoſcere, pro-
„be ibidem edocti fuimus. Sacro hor-
„rore repleti hunc ſtatum vel ideo con-
„templati ſumus, ut cordi noſtro per-
„ſuadeamus, ne ad hunc ſtatum perve-
Paſt. l. part. cap. 9. „nire ambiret: Crebro ponderavimus
„verba S. Gregorii, qui dixit, *virtuti-*
„*bus pollens, coactus ad regimen veniat,*
„*virtutibus vacuus, nec coactus accedat.*
„Eapropter in infimo Clericorum gradu
„ſubſtitimus, ſed beati, ſi per totum vi-
„tæ tempus in hoc ſtatu, qui olim
„Chriſti confeſſorum præmium erat,
„permanere potuiſſemus; aſt omnibus
„nota rerum viciſſitudo inimico hominis
„januam ad cor noſtrum aperuit, reſti-
„timus primis ejusdem aſſultibus, in-
„ſtitit fortius, & tandem ceſſimus: non
„modo mundi Regna nobis oſtendit Sa-
„thanas, ſed omnia etiam, quæ car-
„nales hominis oculos externo ſuo ſplen-
„dore in Regno Chriſti faſcinare pote-
„rant: hæc concupiſcere, & ambire
„cæpimus, & denique neglecto ad
„Deum recurſu tentationi ſuccubuimus.

„Ad

„Ad altiora aſcenſui obſtabant duo: I. „Appellationi a Mirapicenſi, Sanitien- „ſi, Montpeſſulano & Bolognienſi Epiſco- „pis contra Conſtitutionem interpoſitæ „accedendi gratiam habuimus, II. Con- „gregationi, quæ mundi poteſtatibus ob „rejectam hanc Bullam exoſa, aggregati „eramus. Alterum hoc obſtaculum re- „movimus deferendo Congregationem „Oratorii; igitur Sacerdotio initiati in „Laudanenſis Diœceſis, in qua ferme „omnes præfatæ Bullæ reſtiterant, Vi- „carium nominati ſumus: Ut ergo ex „fautorum animis ſiniſtram de nobis „opinionem deleremus, non modo ap- „pellationi renuntiavimus, ſed & alios „ad id inducere, ſollicite curavimus: „Illecebras, promiſſa & minas adhi- „buimus, & nil eorum præterniſimus, „quæ apta cenſuimus: Proh! quos „ruinas promovimus! quot animarum „cædes perpetravimus! Fratrum no- „ſtrorum Sanguine ſatiari cupivimus, „& periculoſa, quam inceſſimus, via „eo ſecurior nobis videbatur, quo plu- „res ejusmodi proditores ad noſtra ſig- „na pertraximus. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„His malis alia addidimus: Tres „equidem Eccleſiaſtici optime meriti „ſeſe nobis opponere audebant; ſuis „beneficiis quiete fruebantur; nos vero „illos, quia appellationi nuntium mitte-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„re renuebant, caſtigaturi, illos ad„ſtrinximus, ut Alexandri VII. formu„læ pure ac ſimpliciter ſubſcriberent: „Nec id recuſarunt, ſed eo modo, „quo olim quatuor hi Epiſcopi, appro„bante etiam Clemente XI. ſubſcripſe„re. Hæc ipſa ſubſcriptio, cui no„vendecim alii Præſules in Eccleſia „longe celeberrimi acceſſerunt, nobis „eos vexandi prætextum præbuit, ac „ideo eos, quamvis illorum fides pu„ra, & irreprehenſibilis eſſet, ac „ipſi Eccleſiam diligerent, & viciſſim „ab ea diligerentur, tanquam Eccleſiæ „rebelles damnavimus, ſuis beneficiis „ſpoliavimus, & inſuper a duabus ur„bis Parochiis duos Sacerdotes digniſ„ſimos, & ab Eccleſia Cathedrali Theo„logiæ Doctorem abegimus: Hæccine, „Fratres mei chariſſimi, eſt recta via, „qua ad Epiſcopatum acceſſimus? Inge„miſcite mecum cum Oſea: *Ipſi regna„verunt, & non ex me.*

cap. 8. v. 8.

„Inde Paſtorale Officium, quod no„bis arrogavimus, ſterile in nobis eva„ſit: inde nova populi offenſio, quam „denuo propter Bullam *Unigenitus* cauſ„ſavimus. In prima noſtra inſtructio„ne eam velut Eccleſiæ legem, cui „obedire neceſſe eſſet, propoſuimus, „in ſecunda parem a Vobis obedientiam „exegimus. Anno autem ſuper mileſi„mum

„mum ſeptingenteſimo vigeſimo octavo Sæc. XVIII.
„eo usque proceſſimus, ut cognita li- A.C. 1735.
„cet Sanitienſis Epiſcopi virtute, inno-
„centia ac integritate celeberrimos Ad-
„vocatos ejus Vindices damnaremus,
„demum vero eos ob conſtantiam,
„quam præſtare ipſimet fuiſſemus ob-
„ſtricti, mulctavimus ea pœna, quam
„nos promeriti fuiſſemus.

„Nunquam ſatis, Chariſſimi Fratres,
„deplorare poterimus, quod iniquæ ſen-
„tentiæ, quæ ejus Auctoribus adeo prob-
„roſa, acceſſerimus: Utinam ſaltem in
„ſpiritu ad montem ſanctum nos eleva-
„re, & ad pedes illorum, qui amore
„Chriſti captivi detinentur, procumbere
„nobis liceret: ex Sancti hujus Epiſco-
„pi manibus Deum tanquam hæredita-
„tem noſtram accepimus Clericorum
„Ordini mancipati, nunc ergo in ejus
„quoque manibus magna & multa ni-
„mis peccata in noſtro munere perpet-
„rata per Epiſcopatus noſtri ceſſionem
„delere volumus: Utinam nos tanquam
„Filium & ſuorum vinculorum ſocium
„recipiat, ante pedes ejus proſtrato cor
„ſuum aperiet: quinimo in libro cor-
„dis ſui jam legimus remiſſionem nobis
„datam: Utinam Sancti hujus Epiſco-
„pi imitator fidelis in hac noſtra ſolitu-
„dine ad dies vitæ noſtræ adoptata ef-
„ficiar! nobis quidem in ſuo amaro

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„fidei certamine illum imitari datum „non est, saltem eidem in via pœni„tentiæ, qua in exilii sui monasterio „omnibus exemplo prælucet, & Ec„lesiam lætificat, pares fieri studeamus.

„In nostris debitis apud Deum con„tractis nos unice solatur spes pro„ximæ eorum solutionis: Adveniat „tandem optata illa dies, qua a gravi „onere soluti rursus ad semitam, a qua „recessimus, reverti valeamus: Quam „bonus est Deus, qui derelinquentem „se ipsus quærit: audivimus vocem „ejus, sed obturavimus aures nostras. „Tandem vero veritatis splendor nos „illustravit, & a nobis prius obfuscata „nunc comparuit amore digniſſima: „Quanta veritatis vis, & hostium suo„rum assultu superior! Vix ab Appel„lantibus defecimus, cum illico inte„rius terrores, metus & confusiones „exterius vero dulcedinem, pacem & „solatium sentiremus, nunc autem eo „magis pax animam nostram replet, „quo firmius veritatem profiteri decer„nimus, & si quid timoris supereſt, „ab extra venit, & a vexatione, quæ „nobis ob conversionem fors impendet, „procedit. Quantum vero veritas er„rori præponderat, si rationes, quibus „nunc movemur, comparamus cum ra„tio-

„tionibus, quæ nos prius attraxerant? Sæc. XVIII.
„Dum ideo appellationem rejecimus, A. C. 1735.
„ut Episcopatum obtineremus, movit
„nos rei concupitæ dignitas, jam vero
„ad appellationem revertentes, homa-
„gium veritati debitum reddimus.

„Exemplo meo, Fratres dilectissi-
„mi, sapite, & contra omnes motus
„veritatem oppugnantes armamini: Ex
„manifesta mea conversione, quam
„Deus operatus est in nobis, cognosci-
„tis, quod Deus, si velit, triumphare
„possit; ex lupis facit oves, ex perse-
„quentibus Apostolos: dicit, & facit,
„jubet, & obeditur ei. Tempestatem
„per nostra peccata exortam ideo se-
„dat, quia scit vanos esse hominum co-
„natus, & portas inferni adversus Ec-
„clesiam non prævalituras. Junctis er-
„go mecum precibus Deum exorate,
„ne me tempestas demergat. id unice
„in tempore tribulationis nostræ, in
„diebus tenebrarum facere possumus.
„Manibus ad certamen magis assuetis
„relinquamus veritatis defensionem,
„quæ fit per arma intellectus, quibus
„sese hostibus suis terribilem reddidit.
„Veritatem calamo propugnare, illo-
„rum præstantissimorum Præsulum est,
„qui in veritatis stadio constanter cucur-
„rerunt. Nobis sufficiat residuam au-
„ctoritatem eo impendere, ut scanda-
„lum

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„lum durante noſtro officio datum tol-
„lamus. Dum ergo vobis vale dici-
„mus, certi eſtote, me ſemper in mea
„ſolitudine Fratrum memorem fore;
„ſperamus, Deum nobis placatum etiam
„preces noſtras pro veſtra ſalute exau-
„diturum. Lex charitatis, quæ a ſe-
„metipſo incipit, impellit, ut nos a
„vobis ſeparemus, eadem tamen chari-
„tas nos tam arcto vobis vinculo con-
„ſtringit, ut nil vos a corde noſtro ſe-
„parare poterit. Quid enim vobis pro-
„deſſe poſſumus, niſi Deus ædificave-
„rit? liniremus muros absque tempe-
„ramento: non pigeat vos perdere ob-
„ſequium noſtrum: non eget Deus ad
„ſalutem veſtram auxilio noſtro. Non-
„ne Deus eſt, *qui prope & qui longe*
„*eſt*, dicit Dominus. Quinimo vobis
„(ut ſperamus) magis prodeſſe poteri-
„mus, ſi in ſolitudine pro vobis & pro
„me oravero, quam ſi in eo ſtatu per-
„manerem, a quo nos Deus identidem
„avocat. Juſtus eſt Dominus, & dum
„ita nobiscum diſponit, juſtitiam ſuam
„temperat immenſa bonitate ſua: in
„ejus ſinum nos committimus, & totos
„relinquimus, quia Pater noſter eſt;
„diu nimis obſecuti ſumus noſtræ vo-
Pſal. 54. *v.* 8. „luntati, jam Dei voluntatem ſequi
„parati ſimus. *Ecce elongavi fugiens, &*
„*manſi in ſolitudine.*

„Poſt-

„Postquam igitur coram læsa veri- Sæc. XVIII.
„tate humiliatus, ab Ecclesia propter A. C. 1735.
„propugnatam Constitutionem *Unige-*
„*nitus* veniam petiero, & quantum in
„me est, scandalum inde datum repa-
„ravero, tandem ob allegatas rationes
„præprimis, invocato sanctissimo Dei
„nomine, retractamus instructiones,
„in quantum præfatæ Bullæ favere
„possunt, Mense Augusto anno 1724.
„& Februario anno 1727. publicatas:
„revocamus etiam penitus omnia, quæ
„anno 1728. contra Advocatorum con-
„sultationem scripsimus & egimus: pa-
„riter adhæremus Appellationi a Mi-
„rapicensi, Sanitiensi, Montpessulano
„& Bolognensi Episcopis ad futurum
„concilium factæ, omnibusque hanc
„in rem actitatis. Tam æquæ, tam-
„que sanctæ caussæ adstipulantes, dam-
„namus omnia, quæ præsenti decla-
„rationi nostræ contraria sunt, aut ad
„quæ fors vi compellendi essemus. Con-
„fidimus tamen in Dei misericordia, ta-
„lia nobis non fore timenda. Decla-
„ramus autem in conspectu illius, qui
„scrutatur corda & renes Deus, nos
„a nostro proposito nisi re prius matu-
„re ponderata nunquam recessuros, si-
„cut & mentem nostram non ex ullius
„hominis suggestione, sed ex plena li-
„bertate mutavimus. Precamur Deum,

„ut

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„ut qui bonum velle dedit, etiam per„ſeverantiam in bono usque ad extre„mum halitum vitæ noſtræ dare velit. „Hæc noſtra voluntas omnibus nota ſit, „& noſtræ literæ prælegantur, ac in „locis debitis affigantur. Datum S. „Papuli in Epiſcopali noſtro Palatio die „vigeſima ſexta Februarii anno 1735.

JOANN. CAROLUS
Epiſcopus San - Papulienſis.

Porro infelix hic Præſul ſuum Epiſcopatum, quo ſe per ſuam perfidiam indignum reddidit, eoque privari meruit, ultro abdicavit, atque in gloria poſuit, quod ſemetipſum æterna noaverit ignominia, in merito, quod de bono opere ipſum piguerit, & in virtute heroica, quod pœnitentiam egerit, quæ ipſo peccato magis impia eſſet, in hoc ſolo laudandus, quod dimiſſo Paſtoris officio gregem ſuum præſervarit a peſte, qua illum venenatis ſuis ſermonibus, & ſcandaloſo apoſtaſiæ exemplo inficere potuiſſet: de cetero autem ſua defectione omnibus Eccleſiaſticis tremendum reliquit Divinæ juſtitiæ monumentum, præbuit ſingularis fanatiſmi & turpis inconſtantiæ ſpectaculum, evaſit populi ludibrium, proborum abominatio, abortivum Eccleſiæ mem-

membrum, & Episcopalis Ordinis decus. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. IX.

Cautelæ adversus pravum hujus Episcopi exemplum adhibitæ.

Ad propudiosum hujus Episcopi lapsum soli tripudiabant Sectarii, tristabantur autem Catholici, & Franciæ Rex primas eo curas intendit, ne hujus exempli pravitas fideles suos subditos, præsertim Papulienses corrumperet: quocirca præprimis Abbatem de Charensii Meldensis Ecclesiæ Cathedralis Canonicum, & Bisii Cardinalis supremum Vicarium, ad hanc Ecclesiam Episcopum Mense Aprili nominavit, eoquod hic acerrimus Constitutionis propugnator ac vindex esset. Insuper Rex Papulienſis Episcopi mandatum per Regii Senatus edictum suppressit, proscripsit, damnavit, eoquod esset *Ecclesiæ injuriosum, ejus auctoritati contrarium, Regiæ auctoritatis læsivum & contra utramque potestatem rebellionem inspirans.* Haud segnius Franciæ Præsules maculam Episcopali dignitati inustam populique offensionem aucto Zelo Apostolico reparare certabant; non pauci enim editis pastoralibus instructioni-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ctionibus, literisque encyclicis gregem ſuum a ſeductionis periculo præmuniebant, atque in obſequio Sedi Apoſtolicæ, ejusque Decretis debito firmabant: Præcipue vero Stephanus Joſephus de la Farre Laudanenſis Epiſcopus, necnon Carolus Franciſcus de Hallencourt Droſmenil Virodunenſis & Catalaunenſis Antiſtites frivolas Epiſcopi transfugæ rationes ſolide confutarunt, & Conſtitutionis æquitatem, auctoritatemque ſtrenue defenderunt. Cæteri vero Epiſcopi unanimi ſuffragio decrevere, ſe injuriam ab hoc Epiſcopo Eccleſiæ illatam in proximis Cleri Gallicani comitiis pro viribus vindicaturos: Ut vero ſic tanto validius conjunctis operis Apoſtolicæ ſedis honorem, & populorum ſalutem tutarentur, iniquiſſimo hoc tempore eo magis neceſſarium videbatur, quo proximius eſſet perverſionis periculum, quibusdam etiam Epiſcopis ad hoſtium partes inclinantibus; quippe Paulus de Chaulnes Gratianopolitanus, & Philibertus Carolus Pas de Feuquiers Agathenſis Epiſcopi peſſimum Apoſtatæ exemplum imitati, revocabant omnia, quæ in Embrodunenſi Concilio contra Sanitienſem Epiſcopum antea decreverant. Contra hos Catalaunenſis Epiſcopus, ut ſuum Clerum ab hujus exempli pravitate præmuniret,

muniret, inſtructionem edidit, in qua hæc præcipue notanda ſunt verba: „Conſtitutio *unigenitus*, quam Papuli„enſis tam indigne proſcindit, eſt de„cretum dogmaticum & irreformabile „univerſalis Eccleſiæ, cui proin fidei „noſtræ obſequium debemus. Quilibet „fidelis ſeſe eidem corde & animo „ſubmittere tenetur, ſi in gremio ſpon„ſæ Chriſti, extra quam nulla ſalus, „vivere & mori deſiderat. Fruſtra „Papulienſis, omnesque Novatores „contra hanc Bullam inſurgunt, cujus „auctoritatis pondus ſemper illos conte„ret, & ni eidem debitam reddunt „obedientiam, ſemper erunt rebelles „Eccleſiæ filii omni anathemate digni.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Quem non moveant tot temerarii „auſus, quibus Eccleſiæ deciſiones, „quas tamdiu ceu fidei ſuæ regulas ve„nerabatur, impetiit. Abyſſus abyſſum „invocat: arcana cordis ſui publice fa„tetur, propudioſas ſuas artes & inclina„tiones, quibus omnes vitæ ſuæ actiones „fuerant animatæ, detegere non eru„beſcit: fatetur, omnia in ipſo fuiſſe „conficta, meramque hypocriſin: ſua „juramenta fuiſſe perjuria, cor ſuum „repletum mendaciis, dum os ſuum „veritatem verbis eructabat, ſuum Ze„lum nil niſi larvatam fuiſſe ambitio„nem

Sæc. XVIII. A. C. 1735. „nem, ſuum ingreſſum in Sanctuarium „exſtitiſſe fructum ſuæ cupiditatis, ſuam „ad Epiſcopatum vocationem fuiſſe ſu„perborum deſideriorum complemen„tum. Verbo: ut homines deciperet, „& Orbi imponeret, nihil prætermiſit, „propriumque ſuum honorem & con„ſcientiam ſacrificavit: Quis unquam „ſemetipſum tantopere diffamare potuit „aut debuit? Fors Papulienſis funeſtos „tam abominandæ actionis effectus „non prævidit? Libertini tamen inde „tripudiant, & in iniqua ſua opinio„ne, qua nimis firmiter credunt, in „Eccleſiaſticis nec ſinceram virtutem, „nec cordis rectitudinem eſſe, adhuc „magis firmantur. Novatores ex alte„ra parte in vulgus ſpargunt, quod „maxima pars Regni Præſulum eadem „cum Papulienſi in corde ſentiant, & „quamvis hypocriſis convitium in ſemet„ipſos regerant, & licet de ſuo hono„re magis quam Papulienſis, ſolliciti „ſint, nunquam tamen adeo magnani„mi ſunt, ut remordentis conſcien„tiæ ſuæ dictamen ſequentes a ſua ſede „recedant, & in cordis ſui ſecreto pec„cata pœnitentiæ lacrimis deleant. „Hæc ſunt illa judicia, illi ſermones, „quos Papulienſis epiſtola, præter ip„ſius, ut pie credimus, intentionem, „hodie in corrupto ſæculo produxit.

„Uti-

„Utinam Papulienſis, ut in pace Sæc. XVIII.
„vivere poſſet, ſui Epiſcopatus ceſſio- A.C. 1735.
„nem ad Regem transmiſiſſet, eidem-
„que duntaxat expoſuiſſet, ſe credere,
„quod Deus ab ipſo depoſceret, ut ab-
„dicato Sacri Miniſterii onere, ſeſe a
„mundi ſtrepitu ſubduceret, ſuæque vi-
„tæ dies in ſolitudine compleret! Non
„deſunt Epiſcoporum non pauci, qui
„hanc ſemitam calcarunt: inde Eccle-
„ſiæ glorioſum reliquere exemplum, &
„adhucdum ipſorum memoria in bene-
„dictione & honore eſt. Aſt a Dei Spi-
„ritu in ſolitudinem ducti erant, & ip-
„ſorum ſæculi fuga exſtitit ſine ſcanda-
„loſa confeſſione, ſine ſtrepitu, ſine re-
„bellione contra Eccleſiam Matrem
„ſuam &c".

§. X.

Gravis quorumdam Franciæ Præſulum vexatio.

Eo tempore pro affectuum diverſitate diverſa fervebant ſtudia; non pauci enim Papulienſis Epiſcopi apoſtaſiam editis ſcriptis acriter inſectabantur, alii in ejus defenſionem ſuos exercebant calamos: Verum Franciæ Rex omnia ſcripta ultro citroque edita per ſanctioris Senatus decretum ſuppreſſit, inhibuitque, ne deinceps Epiſcoporum ul-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

lus epiſtolam Paſtoralem hac in cauſſa ſine prævio Regis conſenſu publici juris faceret. Qui confuſionem ejus temporis, & turbulentiſſimum Franciæ ſtatum meminerit, perfacile intelliget, quam acerbo dolore Præſules interdictam juris ſui defenſionem tulerint, quantaque vigilantia ac prudentia eis enitendum fuerit, ne graviorem Regis indignationem incurrerent, & ne quid eorum Eccleſiæ detrimenti caperent. Eo fine Cleri Gallicani comitia celebrare conſtituunt; ac die ſecunda Junii ſimul congregati ſuos Deputatos ad Regem Verſallias decernunt, pro more neceſſariam petituros licentiam. Et demum obtenta die quinta ejusdem menſis ſolemnibus comitiis datur initium ac præprimis Fleuryus Cardinalis nomine Regis tanquam conſuetum, quod vocant, *donum gratuitum* viginti librarum milliones poſtulat. Poſtea Toloſanus Epiſcopus perelegantem habuit orationem, qua abſoluta Rex Clero pollicitus eſt, quod præſentes Eccleſiaſticas controverſias componere intentus, Parlamenti jurisdictionem in Religionis res præter fas extenſam coercere, eamque Epiſcopali Ordini aſſerere velit: Regia hac pollicitatione excitati novem illi Præſules, qui nuper literas a ſe ſubſcriptas Regi porrexerant, que-

querelas suas contra impositam silentii legem, & Papulienſe mandatum innovare parabant. Attamen Fleuryus Cardinalis veritus, ne intempestivus horum ardor novas concitaret turbas, in Provinciarum comitiis rem ita secreto instruxit, ut hi novem Præsules ad Cleri Gallicani comitia non deputarentur. Hos inter præcipue erat Petrus Lasiteau Sistaricensis Episcopus, quem, ut Fleuryus sine strepitu excludere posset, potissimos Provinciæ Episcopos rogabat, ut rem adeo circumspecte agerent, ne ulla hujus exclusionis notitia aut suspicio Sistaricensi suboleret. Attamen brevi patuit res tota, & Sistaricensem Episcopum cum aliis octo exclusum fuisse, communis vulgavit fama: Cum vero hic idem Præsul ejusmodi exclusionibus Episcopatus jura graviter læsa arbitraretur, ut Cardinalis voto cederet, simul tamen Episcopalis dignitatis honorem sartum servaret, duo proposuit temperamenta, ac conditiones, quibus admissis se a generalibus Cleri comitiis abfuturum spopondit: Harum prima erat, ut ipse quidem ad Comitia deputaretur, se tamen hanc deputationem recusaturum promitteret. Altera, ut Muyus Comes, qui Regis nomine tum in Provincia rerum summam moderabatur,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ex his Episcopis cuidam significaret, declararetque, Regem, ejusque Curiam ipsis liberum ac integrum relinquere, ut quemcunque vellent, deputare possent, quo in casu Sistaricensis sui designationem non acceptaret. Verum Præsules illi, qui Fleurio Cardinali adulabantur, neutrum ex his temperamentis ratum habebant: quo comperto Sistaricensis contra sui exclusionem, & apertam libertatis oppressionem palam reclamabat, suæque protestationis instrumentum ad Curiæ acta reponi, illudque tabulis inseri petebat, quo facto ex conventu discessit, quin hucusque in comitiis actitata suo firmaret chirographo.

§. XI.

Laudanensis Episcopi vindiciæ.

Inter duodecim Præsules a comitiis exclusos recensebatur etiam Episcopus Laudanensis, qui tamen insuperhabito nuperi Regis decreto Episcopatus jura, honoremque edita epistola Pastorali strenue propugnavit, non alio tamen sui Zeli successu, nisi quod novo Senatus Regii edicto e sua Diœcesi pedem efferre prohiberetur, tandem ad Seminarium S. Nicolai Chartoneretum relegatus: Cum igitur hoc exilio Regisque

que Decreto ipsus Rhemos accedere, ac solito Provinciæ conventui intereſſe prohiberetur, ne ejus orthodoxia ob toties iterata ſanctioris Senatus decreta in ejus inſtructiones vibrata in ſuſpicionem traheretur, voluit, ut Comprovinciales Epiſcopi de ejus doctrina pronuntiarent. Eo fine jam anno priori die prima Octobris, hujus autem anni die prima Februarii literas perſcripſit, in quibus cunctas adverſitates, vexationes, & injurias, quas ob ſuas lucubrationes perpeſſus eſſet, exacte recenſebat. Demum vero die decima quinta Martii rurſus tertiam ad illos dedit epiſtolam, in qua quamplurimas propoſitiones ad octo præcipuos articulos, qui totam doctrinæ ſuæ in ejus ſcriptis contentæ ſubſtantiam continebant, redegit, ac Præſules rogavit, ut deſuper ſuum ferrent judicium. Verum quatuor ſuæ Provinciæ Epiſcopi ob privatas cauſſas Rhemos ad Conventum venire renuebant, quapropter duos ex ſuis Vicariis Generalibus eo decrevit, qui libellum ſupplicem, necnon ſcriptam eorum omnium, quæ in ſuis epiſtolis docuiſſet, defenſionem porrigerent. Prælegebantur hæc Laudanenſis ſcripta, atque ex quinque Epiſcopis in hoc Conventu præſentibus Apamienſis & Noviodunenſis pronuntiabant,

Sæc.XVIII. A.C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

tiabant. Laudanenſis Epiſcopi petitioni omnino eſſe deferendum. Alius vero opponebat, hac ratione novam cum Regio Senatu colliſionem eſſe pertimeſcendam. Denique tota hæc conſultatio in id ſolum recidit, ut ejus doctrina vano elogio celebraretur, & cuncti adverſam Epiſcopi vicem, & toleratas vexationes deplorarent, de ejus tamen lucubrationibus nihil decernerent: Horum indolentia Laudanenſem compulit, ut ad generalia Cleri comitia ſuam cauſſam devolveret; datis ergo die primo Junii ad congregatos Præſules literis, inter alia ſic effatus eſt: „Tam gravem moleſtiam ad„verſa factio mihi faceſſit, ut ad ve„ſtrum patrocinium, Reverendiſſimi „Præſules, confugere cogar. Agitur de „Collegio hujus Urbis, ad quod Regia „ſua Majeſtas Jeſuitas ad preces meas „induxit: Horum laboribus irritati „Janſeniſtæ nil intentatum inauſumque „reliquere, ut eos inde expellerent, „eisque Profeſſores ad innovandum er„rorem natos ſubrogarent. Ex quadra„ginta Advocatis celebrior huc adve„nit, ac per quindecim dies in hac „Diæceſi eo ſolo fine moratus eſt, ut „ſuum conſilium juncta ceterorum ope„ra ad effectum deduceret; cum enim „factioſi in hac urbe cernerent, Miſſio„nes

„nes Apoſtolico Zelo fieri, ſanam do- Sæc.XVIII.
„ctrinam non minus prudenter, quam A.C. 1735.
„docte ſtabiliri, innumeros, eosque
„pernicioſiſſimos libros fidelium mani-
„bus eripi &c. inde ſat probe proſpicie-
„bant, tam rapidos Catholicæ Religio-
„nis progreſſus ipſis præſagire proxi-
„mum ſuæ factionis excidium, quod
„ut prævenirent, præfatus Advocatus
„ideam excogitavit, ad cujus normam
„ſibi optatum perverſi ſui conſilii ſuc-
„ceſſum pollicebatur, ipſius quoque
„potenti protectione fretus, quicquid
„hanc in rem agendum eſſet, dirige-
„bat: & altera poſt ejus diſceſſum die,
„poſtquam Miſſioni finis erat impoſitus,
„tumultus incepit, & Urbis hujus Ma-
„giſtratui datum eſt claſſicum, ut jun-
„ctis viribus Collegium evacuaretur.
„Porro Magiſtratus pluresque Canoni-
„ci Cathedrales nominabant ſex depu-
„tatos, qui proprio arbitrio ad Curiam
„venere, ibidemque reclamante ſanio-
„re Capituli parte ſe totius Capituli De-
„putatos eſſe jactitarunt, ac unacum
„Præſidiali Curia & Univerſitate Pari-
„ſina Regem acceſſerunt, ſupplices,
„ut Regia ſua Majeſtas ſuum edictum,
„quo collegium in hac urbe ſtabilivit,
„revocaret. Enimvero, Reverendiſ-
„ſimi Patres, horum molimina parum
„pertimeſcerem, niſi mihi conſtaret,

Sæc. XVIII. A. C. 1735. „quod omnes Parisienses Jansenistæ fi„bi persuasissimum habeant, se princi„pali suo defuturos officio, nisi toto au„ctoritatis suæ pondere horum motus „& ausus fulcirent, & eo facilius cer„tam victoriam sibi spondent, quo cer„tius sibi cognitum habent, quod eo „veniendi, & me coram defendendi „allegatasque eorum falsitates, quibus „regimen meum exosum reddere, & „plenam pacem per plures annos in „mea Diæcesi conservatam turbare mo„liebantur, evertendi libertate spolia„tus sim.

„Ubi ergo Ecclesiæ hostes ad im„pugnandam Religionem tam aperte „conjurant, haud immerito sperare li„cet, Reverendissimum Clerum eo con„spiraturum, ut Episcopum, qui Reli„gionem tuetur, potenter adjuvent ac „protegant. Si enim ex Confratribus „vestris quispiam reus suam caussam „vestro subiiceret judicio, eidem mise„ricorditer subveniretis; num ergo „Episcopum derelinquere poteritis, qui „nil aliud desiderat, quam fidei puri„tatem, & Episcopalis dignitatis jura „pro viribus tueri? Si autem Ecclesiæ „hostes tandem id assequerentur, ut „præconceptam suam in mea Diœcesi „stabiliendi Jansenismum ideam exequi „possent, considerate, Reverendissimi „Patres,

„Patres, quam acerba, eidem aditum „præcludendi remedia opponere adi- „gerer. Veſtro igitur Zelo ac æquitati „confiſus ſpero, ut a me hanc mole- „ſtiam avertere, veſtramque auctorita- „tem apud Regiam ſuam Majeſtatem „eo impendere velitis, ne Ipſa, applau- „dentibus Novatoribus Collegium a ſe „cum tanta prudentia ac ſucceſſu ſta- „bilitum everti permittat". Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Nolite hanc cauſſam conſiderare „tanquam privatum negotium; eſt „enim injuria, quam mihi accerſivit „Religionis defenſio: funeſtus autem „effectus, qui inde timendus foret, nul- „lus eſt alius, quam totalis Catholi- „cæ fidei ruina in mea Diæceſi, & „completus Janſeniſmi triumphus &c". His ita præmiſſis Epiſcopus in eadem epiſtola, ſuæ doctrinæ integritatem expoſuit, & ſimul ſibi Adverſantium errores detexit, perdemiſſe rogans, ut Judices ſui de utraque doctrina ſuam ferrent ſententiam, cui ſe plene ſubjecturum ſpopondit: Ut vero Præſules unico velut obtutu totam ejus doctrinæ ſummam inſpicere poſſent, cuncta, quæ edidit, in ſynopſin redegit, ſuaque dogmata octo hiſce articulis complexus eſt: Expoſuit igitur, ſe I. docuiſſe, quod ex jure Divino exterior, con-

Sæc. XVIII. A. C. 1735

contentiosa, & coactiva jurisdictio Ecclesiæ competat II. quod Ecclesiæ Gallicanæ libertates obstare non possint, quominus dogmatica S. Sedis decreta liberum ingressum in Regnum haberent. III Quod Constitutio *Unigenitus* sit dogmaticum & Universalis Ecclesiæ irreformabile judicium, cui omnes fideles corde & animo sese subiicere tenerentur. IV. Quod ea hoc in sensu sit vera fidei regula. V. Quod jactata Parisii Diaconi miracula nil nisi impostura sint. VI. Quod Rex immediate a solo Deo suam habeat potestatem, eaque nonnisi a Deo dependeat, nec Reges subditos magis fideles habeant, quam illos, qui Ecclesiæ vere subjecti sunt. VII. Quod doctrinæ & fidei quæstiones ad forum Parlamentorum non spectent, sique harum cognitionem sibi arrogant, eorum decreta Ecclesiæ censuris sint obnoxia. VIII Quod Episcopis in materia fidei silentium imponendi jus nullo pacto potestati profanæ competat.

Postquam igitur Laudanensis Episcopus suam doctrinam ita exposuerat, mox e contrario illam suorum Adversariorum ad novem capita reduxit, asseruitque eos propugnasse. I. Quod Christus Dominus in illos, quibus clavium potestatem exercendi jus dedit, nul-

Mem. 40. *Advoc. p.* 2.

nullam vim coactivam, vel ea utendi facultatem transmiserit, sed duntaxat vel persuasionis viam, vel solum metum jacturæ animæ ac pœnarum æternalium timorem adhibendi jus concesserit. II. Quod Ecclesia ex seipsa nec potestatem vere coactivam, nec jurisdictionem externam & proprie dictam habeat. III. Quod dici nequeat, substantiam jurisdictionis externæ & contentiosæ datam esse Ecclesiæ tanquam propriam hæreditatem. IV. Id, quod proprium & publicum jurisdictionis characterem constituit, quoad omnem suum apparatum, omnemque formam exteriorem a Principe derivetur. V. Quod potestas publica nil aliud sit quam potestas sæcularis. VI. Quod jurisdictio externa sit beneficium, quod Ecclesiæ Ministri justitiæ profanæ in acceptis referre tenentur. VII. Quod nil magis Regni Gallici principiis adversetur, quam quod Episcoporum instructionibus quoddam Concilii decretum in materia fidei inferatur, & illud adoptetur, & tanquam lex certa adducatur, nisi ejusmodi decretum sit omni solemnitate apud Gallos usitata vestitum. VIII. Quod asserere non liceat, Constitutionem *Unigenitus* esse dogmaticum judicium, vel certam Regulam, cui ex Christi Domini mandato omnes fideles

Sæc. XVIII. A C. 1735.

Decret. Parl. 5. *Aug.* 1731

Edict. Parl. 20. *Febr.* 1731. *p.* 9. *ibid. p.* 12.

Ibid. p. 10.

Libell. 1752. *Advoc.*

Decret. Parl 20. *Febr.* 1731. *p.* 5.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

les seſe ſubmittere, ac credere teneantur. IX. quod in dubium vocari non poſſit, Parlamento competere jus prohibendi, ne Conſtitutio *Unigenitus* Regulæ fidei characterem utpote quem ex ſua natura habere nequit, habere venditetur.

Decret. Parl 39. *Jan.* 1731. *p.* 6. *&* 19. *Maij* 1733.

His expoſitis Laudanenſis inſuper in ſua epiſtola vehementer expoſtulabat contra duas lucubrationes, quas Trecenſis Epiſcopus nuper publici juris fecerat: Edidit enim hic prima Julii anno ſupra milleſimum ſeptingenteſimo trigeſimo tertio Inſtructionem paſtoralem, & aliam anno priori die prima Februarii: utramque Laudanenſis apud Clerum Gallicanum in comitiis denuntians expoſuit, Trecenſem Epiſcopum ibidem docuiſſe. I. Quod fides non operetur niſi per charitatem. II. Quod qui renuntiat charitati, renuntiet & fidei, Chriſtianam Religionem ejuret, Chriſti Scholam, id eſt, ejus Eccleſiam deſerat. III. Quod certiſſimum ſit, nullum dari medium inter amorem Dei & amorem ſui ipſius, ſeu inter amorem Dei, qui eſt charitas, & inter amorem proprium, qui eſt cupiditas. IV. Quod noſtra corruptio ſit tanta, ut nobis metipſis relicti nullum evitaremus malum, aut non aliter evitaremus, niſi nos voluntarie in aliud

Inſtr. I. pag. 99.

Inſtr. II. p. 183. *&* 182.

Inſt. I. p. 82.

Inſtr. II. p. 88.

pro-

proiiciendo. V. Denique quod ſpecialis voluntas Dei, qua quem vult, ſalvare efficaciter ſalvet, ſit fons & principium omnium, quæ a Deo petimus, ſitque noſtræ ſpei fundamentum. Sæc. XVIII. A.C. 1735.

Poſt hæc Laudanenſis progrediebatur ad Montpeſſulani Epiſcopi inſtructionem Paſtoralem, hoc anno die vigeſima quinta Martij editam, eamque a Clero Gallicano in comitiis generalibus congregato dijudicari petebat. Ex ea autem præcipue annotabat temeritatem Montpeſſulani, qua Pontificis Breve damnare præſumpſit, *perinde ac ſi per illud miraculorum, quæ ad tumulum Sancti Pariſii Diaconi quotidie is operatur, veritas impugnaretur, & principia circa impoſſibilitatem legis Divinæ in certis caſibus a D. Auguſtino ſtabilita refellerentur, ac denique populorum inobedientiam per incuicatam ſubmiſſionem erga Romanas deciſiones foveret.*

§. XII.

Denuntiationis a Laudanenſi factæ exitus.

Apoſtolico Laudanenſis Epiſcopi Zelo optatus plane non reſpondit ſucceſſus; quamvis enim doctrina, quam in ſua epiſtola expoſuit, eſſet ſumme orthodoxa,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

thodoxa, contraria vero a se denuntiata veritati Catholicæ recta opponeretur, nihilominus hæc ipsa ejus epistola rursus sanctioris Senatus Regii edicto fuit suppressa, & omnes Præsules in comitiis congregati, quamvis Laudanensis doctrinam constanti Ecclesiæ doctrinæ consonam uno ore deprædicarent, in ea tamen defendenda, & vindicando Confratris sui honore obmutuere, partim quod mali periculum adeo præsentaneum haud esse crederent, partim quod novo strepitu mala augeri pertimescerent. Ut ut de hoc sit, id certissimum est, quod Laudanensis nihil satis festinatum ratus contra imminentem præ foribus sacri Depositi jacturam, evolutis vix aliquot septimanis rursus die vigesima secundi Julij novam ad Clerum epistolam dederit, in ea Congregatos Præsules per quicquid sanctum sacrumque esset, enixe obtestatus, ut comitia non dissolverent, quin prius læsum honorem justque incorrupta fide reddi curassent. Præterea hujus Episcopi partes tuendas susceperat quidam magnæ authoritatis Vir, qui die vigesima tertia Augusti ad congregatos Præsules literas dedit, in quibus Religionem imminenti periculo exponi ostendebat, nisi illius tuitionem palam in se susciperent. Eo fine hic

Au

Auctor exacte expoſuit, quam amplis progreſſibus error invaluerit, quam iniquis iteratisque aſſultibus Eccleſia a profanis Judicibus fuerit impetita, quam urgentes eſſent rationes, quibus demum ad ſuccollandam oppreſſam Religionem permoverentur. Verum ſurdis canebatur fabula: Epiſcopi enim in piis deſideriis, ac ſterili bona voluntate hæſerunt, perſuaſi, prudentiæ leges dictare, ut in præſenti rerum viciſſitudine tempori cederetur. Eapropter ſua diſſolvebant comitia, quin in Eccleſiæ defenſionem ac favorem vel unicam lineolam publici juris feciſſent, vana pollicitatione eis facta faſcinati, fore, ut Rex, quæ ipſi provida circumſpectione prætermiſiſſent, majori auctoritatis pondere ſuppleturus eſſet. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XIII.

Laudanenſis Epiſcopi recurſus ad ſummum Pontificem.

Cum ergo Laudanenſis Epiſcopus ſe ab omnibus derelictum cerneret, in ſummi Pontificis æquitate paratiſſimum quærebat perfugium: mox igitur datis ad eundem literis totam cauſſæ ſuæ ſeriem non minus exacte, quam fideliter perſcripſit, ſeque in ejus fidem & clientelam totum contulit: Nec

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

sua eum fefellit fiducia; quippe Clemens Pontifex per Firaum Cardinalem, quem a secretis habuit, duas literas paternæ consolationis plenas ad eum dedit, in quibus Præsulem ob animi sui constantiam, Ecclesiasticæ libertatis studium, Zelumque Apostolicum vel maxime commendabat, certioremque reddebat, quod ejus doctrina, quam in suis Instructionibus protulisset, non alia esset, quam ipsius Ecclesiæ. Hoc idem Pontificis judicium in Regis animo tantam obtinuit vim, ut Laudanensis Episcopus ex suo exilio aulam accedere permitteretur: Præprimis ergo Cardinalem Fleuryum adiit, eique utriusque Pontificiæ epistolæ autographum, Roma sibi transmissum exhibuit: Fleuryus cunctos apices sedulo examinans pro sua sagacitate probe prospexit, Pontificem in nudis commiserationis testificationibus haud substiturum, sed tandem ertrema quæque tentaturum, ut doctissimi juxta ac piissimi hujus Præsulis, cujus famam tot iteratæ Laicorum proscriptiones diffamaverant, instructiones ab infamia vindicaret; Ut ergo Fleuryus Pontificis indignationem averteret, Laudanensi Episcopo spem fecerat, fore, ut plenam Regem adeundi copiam haberet, & sua scripta edendi libertas

tas eidem adempta redderetur. Attamen tempus in longius ducebatur, & res in solis, iisque vanis promissis hærebat, non sine maximo rei spiritualis detrimento; postquam enim Episcopus ad suam Diœcesin reversus erat, summo animi mærore deprehendit, plurima scripta maximo numero in vulgus fuisse sparsa, eo periculosiora, quo ex præfixo Antissiodorensis, Sanitiensis & Montpessulani Episcoporum nomine majus auctoritatis momentum habere viderentur: Eapropter Laudanensis Episcopus, cum nullum aliud malo remedium supereſſe cerneret, censuit in præsenti Religionis discrimine oppido necessarium esse, ut refractarios hosce Præsules, eorumque Sectatores una omnes a fidelium suorum communione segregatos declararet, hujusque pœnæ severitate suis Diœcesanis testatum redderet, quam abominanda esset horum doctrina. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XIV.

Refractariorum Præsulum errores a Laudanensi Episcopo damnati.

Eo fine Laudanensis Episcopus die prima Aprilis anni sequentis Pastoralem instructionem promulgavit, in qua sub pœna excommunicationis ipso facto

Sæc. XVIII. A. C. 1735. incurrendæ omnibus ſuis Diæceſanis inhibuit, ne Antiſſiodorenſis, Montpeſſulani & Sanitienſis Præſulum libellos nuper evulgatos legerent, aut retinerent: poſtea declarabat, pro veris Eccleſiæ Filiis non eſſe habendos, qui a Conſtitutione *Unigenitus* vel appellarunt, vel eidem notorie reſtiterunt; hos ergo omnes ceu ſchiſmaticos ac hæreticos, qui ſemetipſos ab Eccleſia ſegregaſſent, eſſe abominandos, ac propterea ſe illos a ſua communione tamdiu excludere, donec reſipuerint. Enimvero in hac agendi ratione nil reprehendi poſſet; Laudanenſis enim quoad rei geſtæ ſubſtantiam nihil egit, niſi antiquiſſimis Canonibus & veteri Eccleſiæ uſui vel maxime conſonum; Univerſalis enim Eccleſia proprio ac recenti exemplo docuit, omnes Appellantes ac refractarios in cunctis Orbis Catholici Provinciis haberi pro membris, quæ ſaltem coram Deo, re ipſa ab Eccleſiæ Corpore reſecta, nec amplius ejus ſpiritu animata eſſent. Nihilominus eadem hæc Laudanenſis Inſtructio idem fatum ſubiit, quod cetera illius ſcripta tulere, nempe die vigeſima ſeptima Maij ſuppreſſa fuit, & quidem edicto acerbiſſimis longe verbis concepto.

§. XV.

§. XV.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Regiæ Cancellariæ edictum contra Laudanenſis Epiſcopi inſtructionem.

Hac in re prorſus ſingulare eſt, quod quamvis Epiſcopus Laudanenſis ſuam inſtructionem publico prelo minime commiſerit, Appellantes tamen, ut huic Præſuli majorem concitarent invidiam, illam publici juris fieri curarint, ac mordaciſſimis annotationibus commaculaverint: Porro in tanto vexationum cumulo nil aliud huic Epiſcopo ſolatii reliquum erat, niſi quod, inæquali tamen prorſus ſorte ac merito, pariter Antiſſiodorenſis Epiſcopi Catechiſmus, necnon Montpeſſulani epiſtola & binæ epiſtolæ Sanitienſis Epiſcopi proſcriptæ fuerint, promulgato ſequenti Regiæ Cancellariæ decreto. „Poſtquam Regi innotuit, quos„dam turbidi genii homines, pacisque „hoſtes ſine typographi nomine, ſine „privilegio & permiſſu quemdam librum „typis impreſſum ſub titulo: *Laudanen„ſis Epiſcopi ac Principis mandatum occa„ſione trium in ſua Diœceſi ſparſorum, im„preſſorumque libellorum editum*, divulga„re præſumpſiſſe, hinc Regia ſua Ma„jeſtas prætenſum hoc mandatum ſibi

Sæc. XVIII. A. C. 1735. „exhiberi voluit, & quamvis illud ſub „ementito cujusdam Epiſcopi nomine „vulgatum fuiſſet, Rex tamen ſibi haud „perſuadere poteſt, illud ex Epiſcopi „cujusdam calamo profluxiſſe, eoquod „in illo multa prorſus aſpera contine„rentur, & Author perruptis debitæ „moderationis limitibus ad extrema „quæque, inviſasque expreſſiones pro„lapſus eſſet: quapropter Regi omnino „incredibile videtur, vel unicum ex „Regni Epiſcopis inveniri poſſe, qui „contra Eccleſiæ cauſſam adeo indignis „armis pugnare, ſchiſmata ex ſolo ſuo „nomine Religionis Cultoribus abomi„nanda, non modo concitare, ſed & „diſſenſionem proponere tanquam „mali remedium, quod tamen om„nium malorum peſſimum eſt, præ„ſumeret. Cum vero ejusmodi ſcripta „ex ipſo ſpeciali Auctoris ſcopo, ac ex ſe „ipſis proſcripta ſint, & ad illos, qui „ea refellere aggrediuntur, ad novos „exceſſus inducant, aliunde vero ti„mendum ſit, ne Rex ejusmodi con„futationes proſcribendo librum ita „confutatum ſaltem indirecte approba„re crederetur, hinc Regia ſua Maje„ſtas neceſſarium fore duxit, ejusmo„di ſcripta ob ſeditionis notam, & do„minantem independentiæ ſpiritum pe„riculoſa proſcribere, ac ſedulo curare,

„ut

„ut quicquid dissensionibus ansam præ- Sæc. XVIII.
„bere possit, e medio tolleretur, cun- A.C. 1735.
„ctisque testatum fieret, quod Rex,
„dum Ecclesiæ auctoritatem constanti
„immotoque studio tuetur, Regiam
„suam potestatem unice ad id impen-
„dat, ut sine ulla Personæ ac status
„habita ratione reprimere valeat tem-
„merarios illorum ausus, qui sub variis
„prætextibus, ac diversis, iisque ini-
„quis viis ac mediis publicam tranquil-
„litatem perturbare moliuntur. Ea de
„caussa Rex in suo secretiori senatu
„præsens, ipsa rei gravitate congruum
„remedium deposcente, præcepit, ac
præcipit, ut præfatum opus sub titulo: *Mandatum Episcopi ac Ducis Laudanensis secundi Paris Franciæ, Comitis de Antsy &c. Occasione trium impressorum libellorum, qui nuper in ejus Diœcesi contra ipsius mandatum de anno* 1733. *die vigesima sexta Octobris circa miraculum in Selimarensi urbe patratum vulgati fuere. II. Epistola Montpessulani Episcopi ad S. D. N. Papam Clementem XII. circa Sanctitatis suæ decretum de anno* 1735. *die vigesima tertia Maij promulgatum, quo prætensum hujus Præsulis mandatum ad rogum fuit damnatum. III. Binæ Epistolæ Episcopi Sanitiensis, & quidem una ad Episcopum Babiloniæ unacum ejusdem Præsulis responso, & altera ad Dominum le Gros &c.*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

supprimantur, & proscribantur, ac proscriptæ remaneant, utpote ad id collimantes, ut subditorum animi exasperentur, & publica quies turbetur. Mandamus igitur &c. Datum in sanctiori Regis Senatu præsente ipsa Regia Majestate sua Versaliis die vigesima septima Junii anno supra millesimum septingentesimo trigesimo sexto.

Præterea Catechismus, seu instructio de præcipuis veritatibus Religionis Catholicæ, quam Antissiodorensis Episcopus ad usum suæ Diœcesis imprimi curaverat, a quodam Anonymo fuit confutata, edito tractatu sub titulo: *Dubia quorumdam Parochorum in Diœcesi Antissiodorensis Archiepiscopi circa Doctrinam in ejus Catechismo contentas:* Ast hic ipse tractatus Regii Senatus edicto die decima octava Decembris fuit proscriptus, eoquod ad periculosas contentiones fomitem subministraret.

§. XVI.

Convulsionistæ promeritis pœnis mulctati, & varii eventus in Francia.

Inter hæc contra Quesnellistas & fanaticos Parisii Abbatis Sectatores acrior

rior facta est inquisitio, & quidem non modo Antissiodori sed & Parisiis nonnulli Ecclesiastici jussu Regis ad carceres raptati fuere, eoquod contra Constitutionem *Unigenitus* turpis maledicentiæ virus largiter ac petulanter evomuissent: Majori adhuc severitate Ludovicus XV. Franciæ Rex Convulsionistas, illosque, qui præfatum Parisium colebant, falsaque ejus miracula propugnabant, insequi, ac radicitus extirpare statuit. Eo fine novum erexit Tribunal, cui præcipue incumberet tam de civilibus quam criminalibus causis cognoscere, & contra noxios ac seditiosos horum motus omnem legum Regiorumque edictorum severitatem exercere: Cum ergo ineunte hoc anno ex his fanaticis ferme triginta, vestes albas induti ac cruce signati unacum muliercularum turba nocturno tempore sub pietatis prætextu supplicationes circa S. Medardi cæmeterium expanso vexillo ducerent, & multa prorsus inhonesta, & turpia perpetrarent, a quodam suæ factionis Sacerdote ad præfatum tribunal delati fuere: quocirca mox per quinquaginta satellites plusquam quindecim hujus propudiosæ scenæ Actores ac Coriphæi in ferrum & vincula conjecti fuerunt: Enimvero ad Parisinam Urbem ab hac

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

fæce expurgandam hæc Judicum auste-
ritas haud parum profecit; mox enim
quamplurimi, etiam generis dignitate
clari, ut tempestive promeritam pœ-
nam declinarent, provida fuga sibi con-
sulebant; nihil quippe sagacius juxta ac
timidius est conscientia mala. Hos in-
ter quidam erat Ecclesiasticus hac peste
coinquinatus, qui quinquaginta libra-
rum millia, quæ in Convulsioniſtarum
subsidium collecta apud ipsum erant de-
posita, secum abstulit, non nisi relicta
domi scheda, in qua furtum suum ex-
cusaturus, scripserat, se secutum fuis-
se exemplum Israelitarum, qui in su-
exitu ex Ægypto secum Ægyptiorum
bona asportassent. Nondum tamen
Quesnelliſtæ cessabant, falsa sui Parisi
prodigia pro veris venditare: unde in
commenti sui subsidium advocabant
conjecturas, fraudes, & mendacia
fingebant ergo, jam Noaillium Cardi-
nalem legitime in hæc miracula inqui-
sivisse, ac deprehendisse, quatuor ejus
fuisse conditionis, ut pro veris prodi-
giis haberi possent, id testari viginti
duos Parochos Parisienses, qui suam
insaniam prætensa hac Archiepiscopi
approbatione honestare conati essent:
nec obstare hodierni Parisiensis Archie-
piscopi sententiam, qua commentitia
hæc quatuor miracula, fictamque eo-
rum

rum approbationem ceu nullam irritamque declaraſſet; hanc ipſam enim ſententiam a viginti tribus Parochis fuiſſe confutatam, ac demum innotuiſſe, Cardinalem Noaillium non modo inquiſitione ad juris normam exacte facta hæc miracula approbaſſe, ſed etiam ſuum judicium publico edicto divulgaſſe, horumque prodigiorum veritatem univerſo Orbi comprobatam reddere voluiſſe, ab hoc tamen conſilio fuiſſe præpeditum, ac propterea ſuum edictum cuidam Viro tradidiſſe, adjecto mandato, ut illud tamdiu clam aſſervaret, donec illud promulgandi, neceſſitas urgeret: Verum artificioſi hujus commenti falſitas adeo aperta erat, ut prudentum nullus eidem fidem adhiberet: hinc Parlamentum publico edicto Convulſioniſtarum deliria damnavit & de eorum mendaciis ac dolis triginta doctores conſultationem publici juris fecere. Denique Pariſienſis Archiepiſcopus contra miracula Pariſio adſcripta novum edictum promulgavit. Exeunte etiam Menſe Junio Abbas de Chauſe Regiæ Bibliothecæ-Subpræfectus captus ad Baſtilliæ carceres abducebatur, eoquod cuprea lamina, & picturas æri inciſas ſuffuratus, pretioſiores tabellas a Ludovico XIV. Rege

Sæc.XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

collectas ad diversorum hominum usum concessisset.

Sub idem quoque tempus gravi contentio oriebatur inter Sant-Simonium Metensem Episcopum, illiusqu loci Parlamentum. Res ita se habui Episcopali Palatio annexa erat turri quædam, in qua Parlamentum a tem pore hominum memoriam excedent Archivum suum asservabat, proin si quotiescunque libuerat, eo accedend integrum esse obtendebat. Per id au tem suo in turrim Dominio plurimu derogari existimabat Episcopus, a propterea postulabat, ut Parlamentu quoties Archivum aperire velle prius ab eo facultatem peteret: cui vero Parlamenti oppositionem prob prospiceret, fores catenis, seris f ferreis vectibus occludi jussit. Atti men Parlamenti Præsides ut antiqu um suum jus sartum servarent, uni cum fabro ferrario ad Turrim accesse re, & repagula, ac seram poste excu ti jusserunt. Accurrit Episcopus, & vim vi repulsurus, Præsidem fusti abigit: Jam in eo res erat, ut Parla menti satellites Episcopum ad carcerem raptarent: moderatione tamen utend dum censebant saniores, & re matu riori deliberationi relicta, conclude bant, Episcopum ad Curiam esse vo candum

candum, ut ſuam agendi rationem vindicaret: cum autem Hic exemptionis beneficium opponeret, tota rei ſeries ad Regem delata eſt: Hic vero hanc Præſulis intemperiem indignatus, datis ad eum acerbiſſimis literis præcepit, ut ipſus Pariſiis de ſuo agendi modo rationem redderet: Deprecabatur tamen pro eo Cardinalis Fleuryus, cujus ſuaſu res ita compoſita eſt, ut Epiſcopus dimiſſo ſuo Epiſcopatu ad aliam magis tamen proventibus tenuem Eccleſiam transferretur. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Aliud viciſſim negotium faceſſebatur Pariſienſi Parlamento; cum enim die quinta Auguſti Pariſienſis Archiepiſcopus pro impetranda aeris ſerenitate, & avertenda ob continuas pluvias frugum inopia publicas ubique preces indicere, & præſertim in ſua Cathedrali quadraginta horarum ſupplicationem inſtituere, neceſſarium duceret, Parlamentum re comperta, ne ſuam toties arrogatam in res Sacras poteſtatem extendendi occaſionem negligeret, decretum edidit, quo ejusmodi ſupplicationem ad præfatam diem propria auctoritate indixit: datur jamjam initium præfatæ devotioni, & confluunt ad Eccleſiam pene innumeri omnis conditionis ac ſtatus homines; Aſt eodem

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

dem ferme momento ad Archiepiſcopum Regiæ deferuntur literæ, quibus inhibitum, ne Archiepiſcopus Parlamenti decretum exequeretur, ſed potius ſupplicationem eo die haberi prohiberet, eoquod Parlamento non competeret, in res ſacras, atque ad Dei cultum ſpectantes ſeſe immiſcere: Promulgato igitur Regis mandato præſentes una omnes non ſine interno animi mærore domum re infecta reverti cogebantur, hac ſupplicatione in alium diem juxta Archiepiſcopi mandatum dilata.

§. XVII.

Provida ſeveritas in noxios libros.

Laudabilius hoc anno Zelum ſuum Pariſienſe Parlamentum exeruit in damnandis libris noxiis; cum enim anno priori infamis quidam libellus horrendis blaſphemiis contra Sacratiſſima quæque religionis Myſteria ſcatens, Pariſiis circumferretur ſub hoc titulo: *Princeps Malabarica ſeu Cælibatus Philoſophicus, typis Adrianopoli apud Thomam Franco* 1734. Parlamentum ineunte hoc anno infernalem hunc partum publice carnificis manu dilacerari ac infami igne abſumi juſſit. Haud remiſſior erat ſummi Pontificis vigilantiſſima ſolli-

sollicitudo, qua superstitionum, errorum, ac perversorum dogmatum Zizania, quæ subinde inimicus homo superseminabat, ex agro Dominico eradicare studuit ac præprimis die decima octava Maij per speciale decretum suppressit sententiam, quam Parlamentum contra Instructionem Pastoralem Cameracensis Archiepiscopi, & contra Thesin in Sorbona propugnatam pronuntiaverat. Insuper post festa Pentecostalia Pontifex epistolam Montpessulani Episcopi ante fores Templi S. Mariæ super Minervam erecto infami pegmate per carnificem comburi jussit. Pariter die vigesima tertia Maij atro carbone notabat ejusdem Montpessulani Episcopi mandatum, quo ipse proscripsit Joannis Soanen Sanitiensis Episcopi testamentum. Suppressit etiam die decima septima Augusti Peronti Jani seu Petri Janonij librum singularem *de Consiliis ac dicasteriis, quæ in Urbe Vindobona habentur.* Præterea Clemens omnis falsitatis, præsertim sub pietatis velamento occultatæ, Osor acerrimus die quinta Julii suppressit libellum, cui titulus: *Vera notitia de discrimine inter Indulgentiam plenariam a Papa Innocentio XII. Ecclesiæ ad S. Mariam de Angelis, & inter indulgentiam ab Honorio III. Basilicæ de Assisiis concessam.* Declaravit tamen

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Vid. supra pag.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

tamen Pontifex, quod firma perſiſtat Indulgentia ab Innocentio XII. conceſſa. Die autem duodecima Januarij fidelium manibus ſubtrahi juſſit *Catechiſmum pro illis, qui ætate & ſcientia ſunt maturiores.* Eadem quoque die damnavit Nicolai Hieronymi Ceppo *Scholam Mabillonicam, in qua tractantur ſtudia, quæ Eccleſiaſticis convenire poſſunt.* Denique die ſeptima Septembris S. Inquiſitionis Romanæ decreto liber proſcriptus eſt cui titulus: *Veritas contra Conſtitutionis* Unigenitus *Propugnatores univerſo Orbi pateſacta.* Jamdudum ad eliminando ſeditioſos, pacis publicæ inimicos, au Religioni noxios libros ſuam quoqu operam ac vires impenderat Carolus VI. Imperator, qui etiam an. hujus ſæcu decimo quinto die decima Octava Juli in Imperio promulgavit edictum, cujus omnia Religioni, Principibus, Statibus & Magiſtratibus injurioſa ſcripta tanquam famoſi libelli, calumnioſa & maledica ſchediaſmata fuere damnata, eaque retinere, divulgare ac legere prohibitum; quam grave autem inde negotium Acatholico Magiſtratui Ratisbonenſi hoc anno faceſſerit ejusmodi ſcriptum, referre ad noſtrum non pertinet inſtitutum. Denique Franciæ Rex hoc anno per ſanctioris ſui Sena-

tus

tus decretum supprimi jussit libellum sub titulo: *Epistola Cabilionensis Episcopi ad Laudanensem Episcopum:* vicissim vero Parisiense Parlamentum damnavit aliud scriptum, cui titulus: *Detecti errores Trecensis Episcopi.* Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XVIII.

Clementis XII. Papæ epistola ad Fœderati Belgii Catholicos.

Postquam Ultrajectenses Pseudo-Canonici Theodorum de Croon anno priori sibi in suum Archiepiscopum propria auctoritate elegerant, summus Pontifex primas eo curas intendit, ne Catholici in Fœderato Belgio agentes per schismatici hujus Præsulis sibique adhærentium molimina, fraudes & artes ab obsequio Sacræ Sedi debito averterentur: Recens enim adhuc erat tristis memoria vexationum, quibus Catholici præsertim Sacerdotes a Barchmanno nuper defuncto Pseudo-Archiepiscopo oppressi fuerant; quippe Hic non contentus, quod exclusis orthodoxis Sacerdotibus ac Parochis Jansenistas subrogarit, insuper Calvinianos Belgii Ordines eo inducere moliebatur, ut una omnes Romano-Catholicos Sacerdotes, qui arrogatæ ejus jurisdictioni sese subiicere recusabant, vio- *Vid. supra pag. tom. 74. p. 513.*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

violenter e patria excedere juberent; probe enim ſibi perſpectum habebat Barchmannus, percuſſis Paſtoribus facile oves diſperſum, & a ſupremo ſuo Paſtore avulſum iri: Verum major erat Calviniſtarum æquitas, quam hujus Janſeniſtæ invidia; cum enim Catholici ad Fœderatos Ordines Hagæ Comitum congregatos libellum ſupplicem quam plurimis, iisque nobiliſſimis Viris, imo ab ipſo etiam Simone Barchmanno Pſeudo-Epiſcopi Nepote apprime Catholico ſubſcriptum darent, peterentque, ut ſuam Religionem, ut hactenus, etiamnum ſub cura Romano-Catholicorum Sacerdotum liberè exercere poſſent, nec ſchiſmatici Epiſcopi jurisdictionem agnoſcere cogerentur: Horum preces omnino æquiſſimas reputabant Ordines, quocirca decrevere, ut Barchmannus deinceps ſuam jurisdictionem duntaxat in factionis ſuæ homines exerceret, & Parochiis, quas hucusque Catholicis Sacerdotibus eripuiſſet contentus, in reliquas Catholicorum involare non præſumeret: Ab eo igitur tempore hic Pſeudo-Archiepiſcopus paſſim non jam Catholicorum, ſed Janſeniſtarum Epiſcopus & quidem *parvæ Eccleſiæ* nominabatur; nec id immerito, cum enim hæc extra Ultrajectum, Leovardiam &

& Amphordiam Urbes ſeſe in Belgio Fœderato non extendat, ac in Provinciis Ultrajectenſi & Selandia Geldria, Tranſiſalana, Friſia &c. penitus ignoretur, proin nullatenus Catholica ſeu univerſalis ſit, ejusmodi Epiſcopus Catholici gregis Epiſcopus nominari & eſſe haud poteſt. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Ut igitur ſummus Pontifex fidelem hunc gregem in ſua fide & obſequio firmaret, hoc anno die decima ſeptima Februarij ad Catholicos in his ditionibus agentes paternas dedit literas, in quibus ſe ex Paſtoralis ſui Officii debito ſemper pro æterna animarum ſalute vigilem hujus populi neceſſitatibus commoveri teſtabatur, ac propterea preces & lacrimas coram Deo ſine intermiſſione effunderet, ut ipſi a Sathanæ laqueis præſervati indies magis magisque in puritate fidei, & ſanctæ doctrinæ conſtantia firmarentur: ſe quidem, proſequebatur Pontifex, nullatenus dubitare, quin omnia, quæ a tenebrarum poteſtatibus attentarentur, ad firmandam eorum conſtantiam, & extollendam virtutem conferrent, ne tamen paternæ ſuæ vigilantiæ deeſſet, potius gemitibus, quam verbis eis, quid agere, quid omittere deberent, exponere compulſum eſſe. His præmiſſis refe-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

rebat Papa, „se non sine maximo ani-
„mi mœrore percepisse, quosdam,
„qui Canonicorum nomen jactant Ca-
„pituli Ultrajectini, quod tamen ante
„annos abhinc plures supra centum de-
„letum fuisset, die vigesima secunda
„Julii anno 1733. quemdam Theodo-
„rum de Croon turbulentæ factionis
„suæ Antesignanum in Archiepiscopum
„suum elegisse, & quamquam sat lucu-
„lenter ac palam sciviſſent, temerariam
„hanc non minus ac nullam, æque ac
„omnes præcedentes ejusmodi electio-
„nes, a Sacra sede rejectam esse, eos
„tamen curasse, atque effeciſſe, ut die
„vigesima octava Octobris anno 1734.
„Apostolica auctoritate, Sacrorumque
„Canonum contemptis regulis præfa-
„tus Theodorus consecraretur per dete-
„stabilem, fraudulentam & sacrilegam
„manuum impositionem Dominici Ma-
„riæ Varleti Episcopi Babylonensis,
„qui tamen jam dudum ab Episcopa-
„lis Ordinis exercitio suspensus fuisset,
„ejus suspensione per S. Collegii literas
„publice denuntiata.

„His ita expositis addebat Pontifex;
„ut igitur pro nostra sollicitudine & Pa-
„storalis vigilantiæ officio, rei verita-
„tem nostramque mentem desuper vo-
„bis notam faceremus, necnon ad Præ-
„decef-

„deceſſorum noſtrorum exemplum tan- Sæc. XVIII.
„tis ſcandalis ac periculis opportuna A. C. 1735.
„adhibeamus remedia, auctoritate
„Apoſtolica tenore præſentium delara-
„mus, tam electionem ejusdem Theo-
„dori in Archiepiſcopum ultrajectinum
„fuiſſe irritam, ac prorſus nullam,
„quam ejus conſecrationem fuiſſe om-
„nino illicitam, & execrandam, ac
„proin ipſum Theodorum temere, nul-
„loque jure electum omni Eccleſiaſtica
„& ſpirituali jurisdictione pro anima-
„rum Regimine carere, atque illicite
„conſecratum ab omni exercitio Epi-
„ſcopalis Ordinis eſſe ſuſpenſum. In-
„ſuper auctoritate Dei Omnipotentis
„præfatum Theodorum omnesque qui
„ſub falſo Canonicorum Ultrajecten-
„ſium nomine ipſum elegerunt, nec-
„non eos, qui ad deteſtandam ejus conſe-
„crationem concurrerunt, eidem ad-
„dicti ſunt, & adhærent, aut eis
„opem, favorem, & conſenſum præ-
„ſtiterunt, a communione Eccleſiæ ſe-
„gregatos, & ut tales eſſe vitandos de-
„claramus ac præcipimus. Manda-
„mus propterea, diſtricteque interdici-
„mus memorato Theodoro ſub pœna
„Excommunicationis ipſo facto ſine
„alia declaratione incurrendæ, ne au-
„deat Paſtores, Miſſionarios, Mini-
„ſtros, aut alios quocumque nomine

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„nuncupentur, ad Animarum curam, „& Sacramentorum administrationem „quovis etiam necessitatis prætextu „constituere, ac deputare. Simul „etiam palam edicimus. & declara„mus, omnes, & singulas prædicto„rum officiorum deputationes pro Ani„marum regimine quocumque nomine „factas, aut fortasse faciendas, cum „omnibus inde secutis, prorsus irritas „esse, ac nullius roboris, & momenti. „Rursus eidem Theodoro præcipimus, „& inhibemus, ne sub simili Excom„municationis pœna audeat illicite Sa„cramentum Confirmationis, aut Or„dines conferre, aut quoquo pacto Or„dinem Episcopalem, a quo suspensus „est, exercere.

„Vobis autem, dilecti Filii, gravi„ter injungimus, ac vetamus, ne an„tedictum Theodorum pro vero Archi„episcopo Ultrajectino habeatis, & ag„noscatis, neve cum eodem ullo pacto, „præsertim in Divinis, communicetis; „aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum „perperam, & inaniter deputatis Sa„cramenta aut Ordines accipiatis. No„verit enim, qui Ordinibus initiatus ab „ipsis fuerit, suspensionis se vinculo „constrictum, atque irregularitati præ„terea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit.

„De

„De cetero Deus, coram quo cor „noſtrum inter gemitus effundimus, „teſtis nobis eſt, quam tenero, quamque „paterno amore Vos, Dilecti Filii am- „plectamur, auctoritate Apoſtolica de- „clarantes, & Dei nomine hortantes, ut „eodem corde, parique conſtantia in „communione Eccleſiæ perſeveretis, „& caute ambulantes, adverſus æter- „næ mortis pericula vigiletis, ac dia- „boli laqueis reſiſtere ſtudeatis; nul- „lum enim jucundius dolori noſtro ſo- „latium afferre, noſtramque ſecurita- „tem firmare poteritis, quam ſi im- „motam ſubjectionem & obedientiam „erga decreta Apoſtolica exhibueritis. „Ac Vobis dilecti Filii, Apoſtolicam „benedictionem peramanter impertі- „mur &c. Ceterum Theodorus Pſeudo-Archiepiſcopus & ejus Capitulum, uti antea conſueverant, ab hac Pontificis Conſtitutione, & vibrato in eos anathemate appellarunt. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XIX.

Rituum Sinenſium prohibitorum vindices a Papa repreſſi.

Adhucdum rituum Sinenſium a tot Pontificibus prohibitorum Propugnatores in eludendis horum Conſtitutionibus non minus fœcundi, quam ſagaces *Vid. ſupra tom.* 70. *p.* 659. *Bull. magn. tom.* 16. *p.* 110. *& tom.*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

gaces erant; quamvis enim Clemens Papa XI. per ſuam Conſtitutionem, quæ incipit: *Ex illa die* ſe huic controverſiæ finem dediſſe arbitraretur, non deerant tamen ex illis, qui quamvis *Sanctæ Sedis auctoritatem ſeſe quam maxime revereri, eidemque ceteroquin arctiori vinculo addictos* profiteantur, humili tamen & obſequenti animo illius judicio ſemet ſubiicere renuerent, ſed tanquam inobedientes ac captioſi homines ulterius cavillarentur; ut enim exactam Pontificiæ deciſionis obſervantiam effugerent, præprimis cauſſabantur, hanc non habere vim indiſſolubilis legis, ſed duntaxat præcepti mere Eccleſiaſtici in materia diſciplinæ, quod non obligaret ſi in illius executione grave occurrat incommodum, uti diſcurrebat P. Brandolinus: Proſcripto hoc effugio mox aliud excogitarunt, aſſerentes hanc Pontificis Conſtitutionem eſſe debilitatam per permiſſiones, quas ſuper iisdem ritibus iidem a Carolo Ambroſio Mediobarbo Patriarcha Alexandrino die quarta Novembris anno 1721. extorſerant. Cum autem idem Patriarcha ſatis aperte declaraſſet, mentem ſuam non eſſe, ut quis his permiſſionibus promiſcue ad dirigendos Neophitos uteretur, ac propterea illos non niſi caute, & urgente neceſſitate evulgari

Vid. eſam. & dif. dal decreto da F. Lucino p. 23.

Vid. ſupra tom. 71. p. 77.

gari vellet, eoquod non nisi maxi- Sæc. XVIII.
mis animi angustiis obsessus, duntaxat A. C. 1735.
œconomia quadam ad loci temporisque circumstantias prorsus necessaria usus fuisset, nec unquam ad has permissiones deveniisset, si rem cum Episcopis probisque Viris discutiendi libertatem habuisset, hinc Clemens XII. Pontifex, cum non sine magno animi mœrore intelligeret, quod hæ permissiones non modo contra expressam præfati Patriarchæ voluntatem fuerint evulgatæ, sed etiam nonnulli communi earum abusu venerationem atque observantiam Pontificio decreto debitam eludere, & superstitionem toties damnatam resuscitare adlaborarent, de remedio contra hos refractarios serio cogitare cœpit. Acrius autem excanduit idem summus Pontifex, dum eidem ex Sinis perscriptum erat, quosdam Missionarios harum permissionum obtentu Christiani cultus puritatem antiquis rituum superstitionibus contaminare; indeque maximam inter Missionarios dissensionem exortam fuisse, aliis contendentibus, Constitutionem, *Ex illa die*: omnem vim suam amittere, si permissiones illæ in praxi consistant; alii vero factis palam ostenderent, permissionum colore se ad prædictæ Constitutionis observantiam minime teneri, juxta illa,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

quæ in ipsa Constitutione præscribun-tur. Ut ergo Clemens XII. Chri-stianæ Religionis puritatem, quæ i iis Regionibus per exactam præme moratæ Constitutionis observantiam servanda erat, assereret, & contro versiis istiusmodi finem aliquando im poneret, examini perquam diligen totum permissionum negotium comm sit, ita ut illæ a Theologis, tum etia a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina bus Sacræ Inquisitioni præpositis, m ture serioque discuterentur: hinc ant quam supremam de illis sententia pronuntiaret, ad pleniorem facti not tiam obtinendam, omnes, & singulo quotquot in Urbe existerent, Sinaru Missionarios, tum etiam complures j venes, qui ex iis Regionibus in Eur pam, educationis, & Christianæ r addiscendæ causa, venerant, ad exa men super his, servato juris ord ne, vocari jussit, demum ex horum aliorumque relatione Pontifex com pertum habebat, rituum prohibitorum vindices eo temeritatis fuisse prolapsos ut Franciscum Peckini Episcopum ad gerent, quatenus præfatæ Constitutio nis observantiam ad tenorem dictarum permissionum limitaret. Horum ergo importunitate devictus Episcopus di

sext

sexta Julii epistolam Pastoralem, & aliam die vigesima tertia Decembris anno post Christum natum millesimo septingentesimo trigesimo tertio edidit, mandavitque, ut sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, universi Diœcesis suæ Missionarii Constitutionem: *Ex illa die* juxta permissiones observarent, atque observari præciperent, simulque Christi fideles quater singulis annis in diebus omnium celeberrimis, & maxime solemnibus tam in iis, quæ Constitutione hac Apostolica prohibentur, quam in his, quæ a Patriarcha Alexandrino circa hos ritus permissa fuere, exacte instruerentur, eoquod hæ permissiones ad ea potissimum referantur, quæ in præcitata Constitutione fuissent solemniter interdicta: Igitur tam audax Episcopi Pekinensis facinus, cum Clemens XII. Pontifex æquo animo haud ferre posset, utramque illius jam tum defuncti Episcopi epistolam hoc anno damnavit, ac penitus rejecit, die vigesima sexta Septembris edita hac Constitutione. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Apostolicæ sollicitudinis nobis di„vinitus commissæ ratio nos admonet, „ut ea, quæ Christianæ Religionis, „Catholicæque fidei propagationi, ac „incrementis quacumque ratione obsi-

stere

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„ſtere poſſe dignoſcuntur, quantum
„nobis ex alto conceditur, recidere
„ac e medio tollere ſtudeamus. Cum
„itaque, ſicut ad Apoſtolatus noſtri
„notitiam pervenit, occaſione binarum
„Epiſtolarum, quas Paſtorales vocant
„bon. mem. Franciſci, dum viveret
„Epiſcopi Pekinen. nuper defuncti, di
„ſexta Julij & 23. Decembris anni 173
„circa Ritus Sinenſes editarum, grave
„in imperio Sinarum inter Apoſtolico
„illarum partium Miſſionarios exorti
„fuerint diſſenſiones, quæ uberes fruc
„tus, quos Sancta Mater Eccleſia e
„aſſiduo operariorum in illam agri Do
„minici partem miſſorum labore præ
„ſtolatur, impedire aut morari poſſent
„nos, ut priſtina inter eos Miſſionario
„pax, & animorum concordia, ſubla
„tis quibusvis diſſidiis, reſtituatur, d
„opportuno in præmiſſis remedio pro
„videre volentes, ac Epiſtolarum præ
„dictarum tenores, & alia quæcum
„que etiam ſpecificam, & individuam
„mentionem, & expreſſionem requi
„rentia, præſentibus pro plene, &
„ſufficienter expreſſis, & exacte ſpeci
„ficatis habentes, de nonnullorum ve
„nerabilium Fratrum noſtrorum Sanc
„tæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium
„qui juſſu noſtro Epiſtolas ipſas ſedul
„ac diligenter examinarunt, conſilio
„ac

„ac etiam motu proprio, & ex certa „ſcientia, & matura deliberatione no- „ſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis „plenitudine, binas memorati Franciſ- „ci Epiſcopi Pekinenſis Epiſtolas Paſto- „rales præfatas, ac pœnas, & alia „quæcumque in eis contenta, cum „omnibus & ſingulis inde ſecutis, & „forſan quandocumque ſecuturis, pe- „nitus, & omnino nulla, invalida, & „irrita, nulliusque prorſus roboris, & „momenti eſſe, & perpetuo fore, te- „nore præſentium declaramus: & ni- „hilominus, ad majorem cautelam, „& quatenus opus, illa omnia, & ſin- „gula motu, ſcientia, deliberatione, & „poteſtatis plenitudine paribus, harum „ſerie itidem perpetuo revocamus, „caſſamus, irritamus, annullamus, & „abolemus, viribusque & effectu peni- „tus, & omnino vacuamus, ac pro re- „vocatis, caſſatis, irritis, nullis, in- „validis & abolitis, viribusque, & ef- „fectu penitus, & omnino vacuis ſem- „per haberi volumus: Nobis inſuper, „& Apoſtolicæ ſedi reſervantes facultа- „tem Chriſti fidelibus in eodem Regno „degentibus aperiendi noſtram, & dic- „tæ Sedis mentem, poſt maturam iti- „dem habitam deliberationem, ſuper „aliis rebus, quæ hujusmodi mate- „riam reſpiciunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Decer-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Decernentes ipsas præsentes lit
„ras semper firmas, validas & efficac
„existere, & fore, suosque plenario
„& integros effectus sortiri, & obtin
„re, & ab omnibus, & singulis, q
„quos quomodolibet spectat & pro te
„pore quandocumque spectabit; pr
„sertim vero Archiepiscopis, Episc
„pis, Vicariis, Pro-Vicariis, & M
„sionariis Apostolicis tam sæcularibu
„quam cujusvis Ordinis, Congregat
„nis, Instituti, & Societatis, eti
„Jesu Regularibus in supradicto Si
„rum Regno nunc & pro tempore e
„stentibus, inviolabiliter, & inconc
„se observari".

Hæc cum Romæ circa hos ritus d
cernerentur, funestus plane Nuntius
Missione Indica ad Papam deferebat
res ita accidit; Florebat in Indiis O
entalibus quædam Colonia seu plan
ria *dicta Conceptionis Colonia*, Chuin
nanis, genti non minus numero, qua
morum feritate insigni subjecta. Ej
populi a longo tempore Catholicam
dem amplexati Divinum cultum sum
mo fervore ac pietate celebrarunt; In
micos tamen habebant Ingrorum popu
los, qui densis infidelitatis tenebris ob
fuscati jam dudum Catholicorum C
loniam funditus devastandi consiliu
cepe

cepere: Eo fine die ſexta Maij hujus anni magno numero ad arma conclamant, claſſicum canunt, per montium & jugorum ardua ſenſim propius ad Coloniam procedunt, quin vel obſcura de infeſto eorum accurſu notitia haberetur: Ita hoc ſucceſſu minime improſpero elati, toto impetu in imparatos, nilque mali ſuſpicantes irruunt, & repentino terrore Neophytos pene exanimant, obvios quosque trucidant, ceteros diſpergunt, & omnia uno miſcent interitu; demum vero continuata rabie in Templum velut lymphati involant, precibus intentos nullo ſexus ætatis aut conditionis habito reſpectu promiſcua cæde delent, & Patrem Julianum Lizardium, qui tum in Altari rem Sacram peragebat, indomitis furiis aggrediuntur, ab ara violenter abſtrahunt, ac vinculis ligatum extra Eccleſiam raptant, crudeliori ſupplicio reſervatum. Poſtea in lapides, Eccleſiæ ornatus, Sacrasque imagines fæviunt, & Thaumaturgæ Virginis Mariæ ſtatuam capite truncant, Templum deprædantur, devaſtant, ac denique incendio delent, puerum vero, qui ad altare ſerviebat, Sacriſtiæ includunt, ut vivus combureretur. Nondum tamen ſatiata erat eorum feritas: nobilior enim inhumani furoris victima adhuc Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII A. C. 1735

huc supererat P. Lizardius Vir Apostolicus; hunc ergo manibus pedibusque ligatum per integram leucam extra Coloniam raptant, rupi vicinæ appendunt, sagittis confodiunt, ac demum ejus corpus in frusta conscissum sacrilega ingluvie devorant. Ast horum Martyrum Sanguis, Christianorum erat seminarium; eodem enim adhuc anno P. Fouquei Missionarii Zelo Guyonæ Palicuri incolæ fidem Catholicam magno numero profitebantur.

§. XX.

Sinensis Imperatoris obitus, ac Religionis Status sub ejus Successore.

Præter hasce controversias inter Missionarios agitatas ac Religionis Catholicæ incremento multum nocivas extremum illius excidium promovebatur odio & invidia Mandarinorum; Hi enim sparsis in Catholicos calumniis, falsoque impactis criminibus Imperatoris animum tantopere exasperabant, ut aliunde juratus Christianæ Religionis Hostis, omnibus Viris Apostolicis ex universo Imperio depulsis desertos Christianos vario tormentorum genere exterminare decerneret: pauci erant, qui

qui in fide constantes, cum tormentorum vi succumbere vererentur, ad abstrusissimas alpes & montes confugere poterant, ceteris nullo alio solatio relicto, nisi ut constantiæ suæ præmium per martyrii gloriam in cœlis expectarent, ac a Missionariis clam Macao in Chinam redeuntibus in fide & Sacramentorum usu quandoque corroborarentur. His tot calamitatibus superventuri leniminis spes affulgere videbatur, dum Imperator Juntschin seu ut alii scribunt, Yon Techim nocte, quæ septimam ab octava Octobris diem intersecat, anno ætatis suæ quinquagesimo tertio, & regiminis decimo tertio sævire simul & vivere desiit: Erat quidem Princeps artium gubernandi minime ignarus, totoque Regiminis sui tempore publicæ rei curis assidue, gnaviterque intentus, Religionem tamen Christianam acriter & constanter infectabatur: Successerat defuncto ex ultima Patris sui voluntate Kien-lung quartus ejusdem Filius, qui Patre suo natura mitior, mox sese erga Europæos magis humanum exhibuit; jam dudum enim cum quodam Laico Fratre Josepho Castiglione Pictore familiariter agebat, ab eoque pingendi artem, qua summopere delectabatur, didicerat: sub primis etiam Imperii sui auspiciis Sæc.XVIII. A.C. 1735.

Sæc. XVIII. A.C. 1735. Josephum ex Regia Familia Principe Religioni Catholicæ addictissimum summis Regni negotiis officiisque a movit: pariter a novis Missionariis Europa adventantibus munera rece allata gratanter acceptavit, eisq Sinica reddidit: Hoc singularis ben volentiæ signum brevi excepit ine spectata prorsus gratia, qua Missio riis Domos & Collegia, e quibus pulsi fuerant, restitui jussit, eisque p misit, ut Missionarii Pekinenses Te pla antehac Cantone & alibi posse denuo aperirent, legem Christian palam prædicarent, atque in labo Evangelici subsidium tot Viros Apo licos, quot necessarios fore censere Macao in Regnum advocarent: In per etiam quosdam Regni Proce Tunkingi castigari præcepit, eoqu Christianos regnante Imperatore d functo, tam inhumane vexasse Opportune quoque advenerant d Missionarii in Astronomicis & Math maticis scientiis apprime instructi, qu novus Imperator, utpote scientiaru artiumque cultor & fautor eximi singulari benevolentia excepit. Qu niam vero nondum Patris sui decre contra Catholicos promulgata revoca set, Mandarini, quos Imperator Clementia male habuit, Christian

om

omni injuria atrociter infectari decre- Sæc. XVIII.
vere, ac conjuratione inter se facta, A. C. 1735.
contra Christianam Religionem ejusque sectatores libellum supplicem in Catholicos, eorumque sacra iniquissimum, falsisque accusationibus & calumniis refertissimum obtulere, non sine maximo rei Christianæ damno; Juvenis enim Princeps vix viginti quinque annos natus, cum Mandarinorum violentiæ malisque artibus resistere aut non posset, aut non vellet, eorum susurris faciles nimium aures adhibuit, Patrisque sui vestigiis inhærens, Religionis exercitium denuo inhibuit. Enimvero Missionarii inique sibi impactas calumnias meridiana luce clarius refellebant, nullus tamen erat ad Imperatorem accessus, nec quisquam supplicem illorum libellum eidem offerre audebat: Spes unica eis erat reposita in præfato Pictore, qui solus Imperatorem adire permissus, eidem scriptum hoc obtulit, quo recepto lectoque Princeps respondit, se non Sinensibus, sed Tartaris duntaxat militibus suis Europæorum Religionem interdixisse. Hac spe ac benevolentia freti Missionarii primum Pekini cultum publicum restaurarunt, non nisi tamen cum magna circumspectione, ne id, quod maxime loco gratiæ haberi de-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

buit, aut intempestiva libertate, aut Mandarinorum æmulatione atque invidia denuo penitus amitteretur; dissimulabatur tamen, ut festivis diebus in tribus præcipuis Ecclesiis plusquam novem Catholicorum millia concurrerent; sensim quoque Missionarii, qui de die in naviculis aut latebris hærebant absconditi, nocte mutato tamen habitu caute prodibant, ut captivis Christianis sacræ doctrinæ pabulo succurrerent. Insuper Imperator Principes Sunicos, quos ejus Pater dignitatibus, & opibus spoliatos Furdam in exilium detruserat, ac in carceribus & vinculis dire vexaverat, libertati pristinæ restituit, eorum tamen bonis & dignitatibus exutos reliquit: quapropter omnium rerum inopes miseram Pekini vitam agere coacti, id unicum solatii habebant, quod eis non deessent Sacerdotes, a quibus opportunius Sacramenta recipere, & ad Religionis suæ exercitia incumbere possent. Porro his initiis Religio Catholica saltem Pekini reflorescere videbatur, brevi tamen uberioris incrementi spes concepta evanuit; cum enim Imperator aliunde inconstantis, levisque animi Juvenis, voluptatum illecebris, mollisque vitæ commodis ac vanitatibus liberalius indulgeret, sepositis Imperii curis se

Regni

Regni Primoribus, quos ei Pater commendaverat, totum permisit. Hi autem a Mandarinis stimulati, confirmatis Juntschii decretis in Christianorum excidium latis, eosdem in variis Provinciis crudelem in modum persequebantur. Sæc. XVIII. A.C. 1735.

§. XXI.

Wormatiensis contentio de quadam diruta Catholicorum Ecclesia.

Jam a tempore memoriam hominum excedente Wormatienses Canonici ad S. Andream Parochialem Ecclesiam ad S. Magnum possederant; illam tamen iniquo illo tempore, quo sua Catholicis eripiendi cupiditas erat novi Evangelii tessera, Wormatienses Lutherani ab anno Christi millesimo quingentesimo vigesimo sexto sibi vendicarunt. Reclamabant quidem continuo acriterque Canonici, jusque suum contra apertam vim quantis viribus possent, tuebantur, operam tamen ludebant; quippe Lutherani fautorum potentia elati tunc non justitiæ leges, sed suam duntaxat sequebantur conscientiam, quam tamen juxta proprium arbitrium & commodum plerumque metiri solebant: hanc ergo Ecclesiam sibi solis attribuunt, possident, ibi suæ

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

sectæ cultum invehunt, & usurpant usque ad annum Domini milleſimum ſexcenteſimum octogeſimum nonum, quo potiſſima Urbis pars ſervente Gallorum bello in cineres reſedit: Pari fato involvebatur memoratum quoque Templum, in quo, cum præter nudum ſolum vix quædam mœnia eſſent relicta, haud amplius Lutheranæ Religionis cultus habebatur: nec ſequentibus annis hæc Eccleſia fuit reparata, ſed a Præconibus derelicta ac penitus in profanos uſus deſtinata fuit, quippe a Magiſtratu aſſeribus tecta, demum in fænile convertebatur. Nec tamen propterea Canonici jus ſuum in hunc locum perſequi ceſſarunt, ſed contra ejusmodi innovationem, ac continuatam uſurpationem ſæpius proteſtati ſunt: demum jura ſua in dirutam hanc Eccleſiam Jeſuitis haud itu pridem in Urbem receptis ſolemni pacto ceſſerunt. Hi ergo, quod jam ſuum erat, ſibi aſſeri petunt, & jure experiri tentant, ſed repulſam ferunt: amicam poſtea pactionem, ac denique præſentem pecuniam offerunt: obfirmatos non movent, nihil obtinent, & quid multis? indigne repelluntur, cauſſantibus Lutheranis, hanc Eccleſiam cedi non poſſe, eoquod ex iis, quas ipſi Catholicis in Urbe abſtuliſſent, prima, proin

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

proin nobiliſſimum Evangelicæ violentiæ trophæum eſſet, aliunde vero a Magiſtratu concluſum eſſe, nullam unquam Jeſuitis publicam in Civitate Eccleſiam permittere. Cedendum igitur erat aliquamdiu temporis iniquitati, & ſectariorum pertinaciæ: magis tamen propitia, quod æquum juſtumque erat, impetrandi occaſio offerebatur, dum bellum adverſus Cæſarem ad Rhenum conſtitit; tum enim Gallorum copiæ Wormatiam occupaverant, conſtituto Urbis Gubernatore Mareſcallo ac Comite de la Val-Mommorency, qui hanc Eccleſiam pro frumentatione, ac militari annona deſtinabat: Hunc ergo ſupplices adeunt Jeſuitæ, ut ipſe ſua, qua polleret auctoritate Magiſtratum eo inclinaret, ut hunc locum ipſis debitum Divino cultui ſacrari permitteret. Æquiſſima Gubernatori videbatur horum petitio, quocirca primo apud Magiſtratum civesque precibus inſtat, ut hunc locum antiquo jure Catholicis debitum, nunc vero derelictum, ruinæ proximum, nullique ferme uſui idoneum, oblato ſaltem pretio, Jeſuitis cederent: Verum ſpe ſua fruſtratus, cum neque expoſitis rationibus, neque adhibitis precibus quicquam apud Lutheranos efficeret, die octava Julii Magiſtratui præcepit, ut Eccleſiam ad

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

S. Magnum, dirutam, atque profanatam Jesuitis traderet: Ad hæc reposuit Magistratus, sibi firmum jus in illam ex pace Westphalica esse, proin absque consensu inclyti Corporis Evangelici a se illam alienari non posse, Gubernatorem quidem eam pro suo arbitrio posse eripere, nunquam tamen Magistratum fore consensurum. Accepto hoc responso Gubernator, qui hucusque ex singulari benevolentia suos ab omni militari licentia sedulo coercebat, jam milites pabulatum ad Urbis agros emisit, hortos asseribus nudari, & nequidem vineis parci jussit: Sic tandem, quod clementia ac precibus non poterat, id per illatam calamitatem extorquere nitebatur: Annuit ergo Magistratus, locumque pacti pretio Jesuitis relinquere pollicetur: at vero quæsito prætextu fidem datam falleret, Gubernator scriptam renuntiationis Jesuitis factæ formulam præbet, quam altero mane a Magistratu & civibus subscribi, ac solemniter fidem obstringi jussit, se prætenso in hanc Ecclesiam juri in perpetuum renuntiaturos, nec eandem apud Cæsaream Majestatem, vel Imperii comitia repetituros, sed palam professuros, quod nullo unquam tempore illam jure possedissent: Ast hanc conditionem in-

ire

ire conſtanter detrectabant ſeptendecim civium tribus, ſeque potius mortis ſupplicium perpeſſuras quam in Eccleſiæ ceſſionem conſenſuras ajebant. Harum repulſa Gubernator, ceteroquin in cive oppido benevolus, tam impotenti ira commovebatur, ut in illos non una occaſione indignationis ſuæ vehementiam effunderet: Porro Magiſtratus iteratis literis pro more ſuo *Corporis*, ut vocant, *Evangelici* aliorumque Principum Proteſtantium opem implorabat; unde Jeſuitæ in turbido hoc rerum ſtatu ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem inire, haud conſultum cenſebant; urgente autem Gubernatoris mandato Eccleſiæ fores ſera penſili claudunt, ac demum die ſecunda Auguſti Magiſtratui denuntiant, ſe altera die hora decima matutina Eccleſiæ ad S. Magnum poſſeſſionem recuperaturos, proin Magiſtratus vel per ſe, vel per deputatos adeſſet: Intercedit protinus Magiſtratus, nec unquam, etſi rogatus, comparet: nihilominus præſtituta hora Jeſuitæ Eccleſiam ingrediuntur, illiusque poſſeſſionem conſueta ſolemnitate capiunt, præſente Notario publico, & Canonicis ad S. Andream, qui ceſſionem factam confirmarunt. Re comperta Magiſtratus altera die apud Franciæ Mareſcallum Coygnium de Gubernatore vehemen-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ter queritur, atque adversus gesta per Notarium & testes scriptotenus interpositam intercessionem Jesuitis tradit, qui tamen in responsis dederunt, Gubernatorem desuper rationem redditurum. Interim vero Ratisbonenses Legati nullum non movebant lapidem, ut illos Principes Protestantes, qui suos Oratores in Franciæ Regis Aula habent, eo adigerent, quatenus Regem ad revocanda Gubernatoris mandata inducerent. Præprimis vero rem urgebant Hollandi & Borussiæ Rex, cujus Minister Comes de Chambrier apud Regii Sigilli Custodem nomine sui Regis præsentem Wormatiensis Urbis statum, Religionis Lutheranæ pace Westphalica stabilitæ oppressionem, immodicasque exactiones civibus impositas flebili facundia exposuit, tantumque effecit, ut Regius Sigillifer ei responderet, Franciæ Regem sese Religionis controversiis, & Urbium in præsenti bello Gallicis armis subactarum juribus nullatenus ingerere, sed omnino velle, ut omnia in pristino statu sine cujuscunque Religionis præjudicio relinquerentur, circa exactionum autem moderationem, expectandam Regii Senatus sententiam, interim vero necesse esse, ut Regis copiæ impensis eorum, in quorum ditionibus agunt, ale-

alerentur. Hæc Boruſſiæ Legatus die vigeſima nona Auguſti ad Regem ſuum perſcripſit, ac ipſemet Franciæ Regis Orator Marchio de la Chetardie Boruſſiæ Regi ſignificavit, Coignyum Mareſcallum re maturius perpenſa Gubernatori injunxiſſe, ne huic negotio ulterius ſeſe immiſceret, hocque Mareſcalli mandatum a Rege ratum fuiſſe habitum, hanc ergo cauſſam in Civitatis favorem plene confectam eſſe. Hoc reſponſo freti Ratisbonenſes Principum Proteſtantium Oratores Wormatienſi Magiſtratui præceperunt, ut priſtinam Eccleſiæ poſſeſſionem ſibi vendicare niterentur; eapropter Jeſuitæ, poſtquam die undecima Octobris Gallorum copiæ Urbe exceſſerant, altera die ſeram poſte clam excuſſerunt, atque Eccleſiam denuo apertam reliquere: quo facto Magiſtratus eandem appoſita fera denuo occluſam ſibi vendicavit. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XXII.

Auguſtus III. Saxoniæ Elector a Clemente Papa Rex agnitus.

Interim Dantiſcum, quo Stanislaus Leszinſckius confugerat, a Ruſſis, & Saxonibus arcta obſidione cingebatur, fuſis autem Gallis, qui laboranti urbi ſuppetias ibant, Gubernator die vige-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

vigesima sexta Junii anni prioris de tionem facere compulsus est. In co ditionibus erat, ut Stanislaus Rus rum manibus traderetur: cum aute hic pridie sub rustici habitu clam Urbe Marioverdam aufugisset, Dan cani suæ Civitatis deprædationem cidiumque copioso ære redimere, & secunda Augusti in manibus Joan Lypsky Cracovienſis Episcopi ac C cellarii fidelitatis Homagium Augu III. tanquam Poloniæ Regi exsolv cogebantur: Ab eo temporis artic illi Magnates, qui in Stanislai fa rem nonnunquam tumultuario mil Cracoviam aliasque Urbes intercip moliebantur, semper non sine mag suorum clade repressi, atque e Polo propulsati fuere: inde vero Augus Rex plenam nactus solii sui firmitate die vigesima prima Novembris Var viæ cum ingenti Nobilium, civiumq applausu ac festiva acclamatione ex piebatur: Paulo post Kiovskyus, Cze schienſis Palatinus, Josephus Potoky Kiovienſis Palatinus, imo ipse Prim septuagenarius, deprecante pro Russorum Imperatrice, & summo Po tifice, qui hunc Præsulem a Rus captum detineri ægerrime ferebat, ferme omnes Poloniæ Magnates in Au gusti Regis partes discesserunt. Quam

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

vis autem Stanislai vires ubique plurimum acciſæ eſſent, pauci tamen Nobiles adhuc extremos adhibuere conatus, nullique nec periculo nec labori pepercerunt, ut quovis modo perditam Stanislai fortunam reſtituere poſſent. eo fine frequentes habent conſultationes, in quibus deliberatum, quid hanc in rem magis expeditum, magisque efficax eſſet: in hanc demum ſententiam abiere omnes, ut literis ad omnes Principes miſſis, eorum ſtudia, deprecationes, arma & auxilia implorarentur: Præprimis ergo Pariſios Comitem Ozarovskyum, & Romam Comitem ac Abbatem Zaluskyum ablegant, & præ ceteris Clementem Papam, quem Stanislao minime adverſum noverant, precibus, rationibus, & copioſa obteſtationum improbitate ſuas in leges ac vota pertrahere nituntur: Aſt hic, cum in tanta ſeditione nihil negotii habere, ſed medium ſe præſtare vellet, nil aliud egit, niſi ut eos ad pacem, obſequiumque magis magisque hortaretur, eisque palam declararet, ſe communem omnium Patrem eſſe, proin nullatenus decere, ut ad unius potius quam alterius rationes ſeſe temere adjungeret, ſed potius ſequendam eſſe ſecuram æquitatis cynoſuram: Hoc conſilio factum,

ut

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ut Pontifex ſupplicantium non m
dignitati & tempori, ſed & patriæ
quillitati plurimum conſuleret, pac
que tot votis exoptatam Poloniæ
gno reſtitueret: Enim vero ad tam
lubre opus ipſemet Auguſtus Rex
nem ſuam auctoritatem, viresque
junxit; præprimis enim plenam
teritorum oblivionem, veniamque
mulgari juſſit, & regni comitia, in
bus de firmis reddendæ pacis m
ageretur, indixit, ac denique di
Romanam inter & Polonam Aulam
dum ſuborta penitus tolli voluit.
propenſam Regis voluntatem,
Pontifex intelligeret, & Auguſt
ceteris omnibus ferme Principibus
gem Poloniæ ſalutari noſſet, ad
lutium jam antea in hac Aula Nun
Apoſtolicum literas dedit, inju
que, ut Varſoviam, unde a prin
turbarum diſceſſerat, protinus red
& Auguſtum de paterna Pontificis
nevolentia certiorem redderet.
rim de pace inter Cæſarem & G
ineunda ſerio cœptum erat; ver
tur tota difficultas in vindicando
niſlai honore. Eo fine Franciæ Rex
erotum & Baunium Legatos Vien
decrevit, ut cum Miniſtris Cæſ
rem ita tractarent, ut Stanislao
honor, & Franciæ emolumentum
ſta

ſtaret. Præprimis igitur ſanciuntur armorum induciæ, & proponuntur Viennæ pacis articuli, quos *prælimi-nares* ſeu fundamentum pacis vocant: tandem utrinque in has leges, quatenus Poloniam & Stanislaum concernunt, convenitur I. Stanislaus Regis Galliæ ſocer tanquam Rex Poloniæ & Dux Lithuaniæ agnoſcatur, titulumque gerat, coronæ tamen renuntiet. II. Eidem cedatur ducatus Barrenſis, prout a Ducibus Lotharingiæ fuit poſſeſſus. III. Viciſſim Domus Lotharingica obtineat magnum Ducatum Florentiæ poſt obitum Magni Ducis, & tunc Stanislao ad dies vitæ relinquatur uterque Ducatus Barri & Lotharingiæ, qui eo defuncto in perpetuum uniatur Regno Gallico, quin tamen vel Rex vel Stanislaus *Seſſionem & votum* in comitiis Imperii habeant. IV. Auguſtus III. Saxoniæ Elector ab omnibus, qui huic transactioni ſunt acceſſuri, agnoſcatur Rex Poloniæ & Dux Lithuaniæ. His articulis probe firmatis, Auguſtus Rex ſui electionem Comiti de Lagnaſco ſuo apud Pontificem Oratori, necnon Cardinali Hannibali Albano Poloniæ Protectori ſignificavit, adjectis literis, quas ambo Clementi Papæ tradere jubebantur: Accepto hoc nuntio, Clemens Pontifex ſine ulla mora Auguſtum

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII A. C. 1735.

gustum tanquam legitimum Poloniæ Regem venerabatur; ac propterea die decima septima Januarii ad eundem literas gratulatorias paterni amoris testes perscripsit, ad quas vicissim Rex datis ad eundem literis filiale obsequium ac venerationem palam profitebatur: Porro mutuæ hujus amicitiæ auspicia faustum erant firmæ reconciliationis augurium; præprimis Pontifex Nuntio suo in mandatis dedit, ut constanter apud Regem permaneret, & quæ sui muneris essent, solerter transigere curaret, demum vero a Rege enixe peteret, ut hic Catholicæ Religionis caussam ac patrociniam in se susciperet, & dolosos hæreticorum conatus fortiter propulsaret, & potenter everteret. Nec plane suis partibus defuit Paulutius; ejus enim prudentiæ ac dexteritati debetur, quod Rex fidei Catholicæ incrementum sollicite promoverit, ac veterem molestamque controversiam, quæ Poloniæ Reges ob prætensum plurium Abbatiarum Juris patronatum a sede Apostolica segregaverat, prudentissime diremerit: Rex enim ex communi Procerum sententia Sendomirienſem Palatinum nominabat, ut hic unacum Pontificis Nuntio omnes lites Apostolicæ Sedi hucusque motas penitus tollere niteretur. Horum igitur

tur consilio res ita composita est, ut ex controversis Abbatiis duntaxat tredecim cum plena ad eas nominandi facultate Regi, ut loquimur, commendarentur, cum aliunde maxima earum pars jamjam in commendam fuisset attributa. Sæc.XVIII. A.C. 1735.

§. XXIII.

Hosii Episcopi Posnaniensis epistola Pastoralis ad Confessarios.

Cum in Poloniæ Regno politica tranquillitas tam secundis Augusti bellis quam publica inter Belligerantes pace feliciter fuisset reddita, pariter Poloni Præsules conscientiæ quietem inter subditos suos firmare adlaborabant; non levis enim contentio adhuc fervebat inter Ecclesiasticos. Ea oriebatur ex juramento, quod Potokius Regni Primas ante Regis electionem de eligendo in Regem eo, qui ab utroque Parente Catholico in Polonia natus esset, ab Electoribus exigebat. Illos enim, qui in Augustum Saxonem sua contulerunt suffragia, vel postmodum electo fidei homagium præstitere, quidam Confessarii adversæ factioni adhucdum adhærentes tanquam perjurii reos habebant, eisque absolutionis gratiam denegabant, eoquod Princi-

Sæc. XVIII. A. C. 1735

pem (uti obtendebant) contra jur
tam fidem nec in Polonia natum, ne
natione Polonum elegiſſent: Inde ver
non infrequens inter Eccleſiaſticos a
tercatio, animorum averſio, atque e
gentium conſcientia commiſſi perjur
timore plurimum turbata: cum aute
in Polonia ab illis, qui Auguſto Re
favebant, maximo applauſu recep
fuiſſet conſultatio Romana quorumd
Theologorum, qui hoc juramento
omnino invalidum, irritumque eſſe
monſtrabant, hinc præ ceteris Hol
Poſnanienſis Epiſcopus ad Diæceſis ſu
Confeſſarios & ad univerſum Cleru
hac ſuper re epiſtolam Paſtoralem e
dit hujus tenoris: *Stanislaus Joſeph*
de Bezdam Hoſius, Dei Sedisque Apo
licæ gratia Epiſcopus Poſnanienſis &
Univerſo tam ſæculari quam Regulari Cl
noſtræ Diœceſis necnon R. R. Patribus So
cietatis, noſtris in Chriſto dilectis Gr
tiam in Domino.

„Cum ſacra Exomologeſis a Chri
„Domino in ſacrum animarum prove
„tum, & ad fidelium utilitatem ac b
„num, ut a ſuis peccatis ſoluti, ac De
„reconciliati dona & gratias ad æte
„nam vitam proficuas conſequantur
„inſtituta ſit, ita nil magis neceſſarium
„eſt, niſi ut Confeſſiarii atque ad ac
„mini

„miniſtrandum Pœnitentiæ Sacramen- Sæc. XVIII.
„tum ordinati illud pro ſalutari inſti- A. C. 1735.
„tutione illorum, qui debita devotione
„accedunt, cum omni diligentia, &
„requiſita attentione ſecluſa omni paſ-
„ſione præpoſtera ex ſiniſtro privatoque
„judicio exorta adminiſtrent, non au-
„tem temporale lucrum reſpiciant, mi-
„nus vero pœnitentes perturbent, vel
„infamiæ (quod aliunde S. Canonibus
„ſat luculenter prohibitum eſt) nota
„perſtringant. Eapropter ad ſacrum
„conſcientiæ tribunal vocati Judices
„diligenter attendant, ut ſuos pœniten-
„tes duntaxat de peccatis venialibus
„ac mortalibus examinent, & pro gra-
„vitate ac conditione culpæ eis abſolu-
„tionem vel impertiantur, vel ad tem-
„pus differant, vel exigente caſu de-
„negent, nullatenus autem ſuis pœni-
„tentibus ſcrupulos ingerant, quibus
„timoratæ conſcientiæ irretiantur ac
„perturbentur, ſimulque publica pax
„evertatur. Cum autem nobis nun-
„tiatum eſſet, quod quidam Confeſſa-
„rii, ſui ſtatus ac vocationis immemo-
„res, ſuisque paſſionibus abrepti Judi-
„ces, dum Pœnitentiæ ſacramentum
„præcipue militibus ac Nobilibus ad-
„miniſtrant, eisdem inculcare præſu-
„mant, quod præſtito ſuo juramento
„teneantur, proin illius, quem ſe electu-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„ros juraſſent, parti adhærere ad
„ſtringantur, ac propterea illis, qu
„Sereniſſimum Auguſtum III. pro legi
„timo Rege habuerunt, ab ejus ſtudi
„abſterrere, eisque utpote perjuris ab
„ſolutionem denegare teneantur. Ve
„rum ejusmodi Confeſſarii non perpe
„dunt, hoc juramentum per ſpeciale
„decretum Curiæ Romanæ juxta The
„logorum ſententiam declaratum fuiſ
„tanquam nullum & irritum, qu
„ſententia, quamvis aliunde jam
„notuerit, haud abs re tamen erit,
„lam huic noſtræ epiſtolæ inſerere: T
„nor illius eſt ſequens".

Nuperrime Varſoviæ habebantur co vocationis comitia, in quibus ſtabilitum actum eſt, quicquid in proxima Reg electione neceſſarium ac utile videretur, hæc ad normam legum unanimiter & pac fice peragatur: Hanc in rem Primas Reg propoſuit formulam juramenti ab Epiſco pis, Senatoribus, & Nuntiis ad hæc co mitia vocatis præſtandi: Ea juratum fuit ut non alius in Regem eligeretur, niſi P Polonia, & quidem ab utroque Paren Catholico natus fuerit. Adverſus hoc ju ramentum non pauci ex præfatis Epiſcopi Senatoribus & Nuntiis reclamabant, partim quod illud adverſaretur Reipublicæ legibu vi quarum exteri a Competitorum numer

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non excluduntur, minus vero Regius Princeps, qui tamen per hanc clausulam, quamvis tacite, satis tamen aperte & indecenter excludebatur, partim quod per ejusmodi juramentum ipsa eligendi libertas Electoribus, nempe tribus Reipublicæ Ordinibus ex legum præscripto illimitate & tuto competens, imminueretur, ac restringeretur; eis enim alium hac prærogativa destitutum eligendi facultas demeretur: partim quod ipsimet satis probe prospexerint, quam horrida belli flamma, quotque tumultus non sine luculento Regni periculo (uti rei eventus nunc manifeste docet) ex ejusmodi orituri essent jurejurando, quod ad principalem scopum nil omnino conferre potuit.

Verum insuperhabitis omnibus eorum oppositionibus, vi & armis, imo interminata etiam capitis pœna hoc juramentum præstare cogebantur, ubi nonnulli quidem ad præscriptæ formulæ verba jurarunt, alii tamen nonnisi addita clausula, reservata electionis libertate, aut alia ejusmodi limitatione, quam in præsenti rerum perturbatione ad declinandum vitæ periculum, & conscientiæ securitatem addere necessarium fore visum erat.

Inde vero duæ oppido graves oriuntur quæstiones & quidem I. an ejusmodi juramentum valeat? II. si id valet, & dispensatione opus sit, a quonam hæc dispensatio

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

concedi queat? Ad primam respondetur, illud ob rationes in relatione facti allegatas non valere, propter has enim materia juramenti, si ex se indifferens, & licita est, redditur illicita, & quidem primo, quia cedit in præjudicium tertii; Regius enim Princeps defuncti Filius præter alia damna jure passivo sibi ex legibus competente ad electionem sine ulla legitima caussa privatur. Suarez tom. 2. de Relig. tract de Juram. l. 7. c. 23. n. 5 Sanchez. tom. 1. de præcept Decal. l. 3. c. 10. n. 38. *Secundo Cum enim Reipublicæ leges electoribus illimitatam, quemcunque idoneum judicaverint, eligendi libertatem tribuant, ejusmodi autem juramentum hanc libertatem ad unum duntaxat restringat, sequitur, hoc juramentum contra leges fuisse præstitum, proin omnium Doctorum judicio nullum. Tertio, quia plurima mala, quæ ex tali exclusione per juramentum firmata Reipublicæ imminent, facile prospici poterant, & sine ejusmodi periculo exclusio, si Reipublicæ utilis foret, adhuc rata haberi posset, quin juramentum imponeretur; nunc vero illa, quia ad omnes hasce calamitates ansam præbet, ideo juramentum quoque invalidum reddit.* Gobat tom. II. cas. 16. n. 501. & omnes Doctores, ex l. *cum quis* ff. de solut. & cap. quemadmodum de jurejurando §. Quod si. *Insuper etiamsi hæc mala, dum a jurantibus, juramentum*

tum præſtitum eſt, non fuiſſent prævisa, ſi tamen poſtea ad hæc mala adverterunt, vel ea actu evenere, id ad tollendam obligationem juramenti jam ſatis ſuperque fuit juxta Regulam, de qua Sanchez in Præcept. Decal. Lib. IV. cap. II. & Gobat. l. c. & n. 495. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur, ex prædictis conſtare, quod hoc juramentum nulla egeat diſpenſatione, & ſi egeret, juſtiſſimæ adeſſent cauſſæ, quæ ejusmodi diſpenſationem depoſcerent, & quidem talis diſpenſatio in foro conſcientiæ ab Epiſcopis & Abbatibus concedi poſſet juxta communem ſententiam Doctorum apud Cardinalem de Lugo tom. 2. de juſt. diſp. 22. ſent. 8. p. 241. *imo etiam a privilegiatis Regularibus* Tambur. l. 3. in Decal. c. 3. §. 1. n. 5. & Gobat. l. c. n. 508. Hæc erat Theologorum Romanæ Curiæ ſententia, „Ne ergo fidelium animæ ſub „tetro perjurii phantaſmate ultra deci„piantur, nec publica pax a Deo impe„trata, & totius Regni tranquillitas „deinceps perturbetur, & respublica „in ſuis ſtatutis, ac firma ſecuraque „libertate ſemper remaneat, horta„mur, & ſub pœna ſuſpenſionis ipſo „facto ſine ulteriore declaratione incur„rendæ aliisque pœnis gravioribus ad „arbitrium noſtrum imponendis in virtu„te S. Obedientæ, & auctoritate no-

Sæc. XVIII, A. C. 1735.

„ſtra omnibus Confeſſariis præcipimus „ne pœnitentes propter hoc juramen„tum ſub prætextu commiſſi perjuri „moleſtare, aut eis abſolutionem de„negare præſumant, ſed potius ſalub„riter hortentur, ut remedia ſaluti„adhibere, & publicam quietem pro„movere adlaborarent. Hoc noſtrum„mandatum a Collegiorum & Conven„tuum Superioribus in eorum Capitu„lis prælegatur, atque exacte obſerve„tur: utque illud ad omnium notitiam„perveniat, mandamus, ut illud a no„bis ſubſcriptum, noſtroque ſigillo mu„nitum ad Eccleſiæ valvas affigatur. „Datum Varſoviæ in noſtro Palatio„Epiſcopali die vigeſima ſecunda Apri„lis anno 1735".

Stanislaus Epiſcopus.

§. XXIV.

Auguſti III. Poloniæ Regis decretum contra duos Regulares.

Inter quatuor illos Theologos, qui Romæ præfatam Conſultationem ediderant, præcipuus erat Pater Guarinius Jeſuita, quem Pontifex Romæ in Profeſſorum Domo ad petitionem Gallici Oratoris & Zaluskii, qui Stanislai Emiſſarius erat, cuſtodiri præcepit, qui

qui tamen deprecante Imperatore & Cardinale Cienfuegos Roma Viennam contendere permiſſus, ibidem ſubſiſtere juſſus eſt, donec aliter a S. Sede decerneretur. Minus benigna ſors arridebat P. P. Arcellio & Salarotio Clericis Regularibus Theatinis, qui Stanislai partes improvido ſtudio tuebantur, ac propterea ab Auguſto III. Polonorum Rege Varſovia, cunctisque Poloniæ ditionibus excedere compulſi ſunt. Hujus ſententiæ æquitatem idem Rex vindicare nitebatur, edito hoc decreto. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Cum Auguſto III. Poloniæ Regi „bene viſum fuerit, Patribus Arcellio „& Salarotio Theatinis præcipere, ut „Varſovia & demum omnibus reipubli„cæ Statibus abirent, idem Rex æquas „hujus arrepti conſilii rationes manife„ſtare, neceſſarium duxit. Igitur P. „Arcellius anno milleſimo ſeptingente„ſimo trigeſimo tertio circa tempus, „quo generalia Regiæ electionis comi„tia eſſent habenda, Varſoviam venit, „& Primati demandatæ ſuæ facultatis „literas a Rege Hiſpaniæ datas tradi„dit, quibus Catholica ſua Majeſtas „hunc Regularem ſuum apud Poloniæ „Rempublicam Oratorem declaravit uſ„que ad novi Regis electionem. Pau„lopoſt hic cum alio Theatino nomine

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

„Patre Salarotio arctam iniit amici-
„tiam, & ambo Religioso charactere
„abutentes, & præcipue Pater Arce-
„lius sese cujusdam Magni Principis
„Legatum jactitans, nullum non mo-
„vebant lapidem, ut Stanislai Lescin-
„ki causſam efficaciter promoverent, &
„clandestinas Marchionis de Monti ar-
„tes juvarent. Proclamato Stanisla-
„Primas nomine Ordinum Reipublic-
„responsorias ad Hispani Regis liter-
„impositæ legationis testes Patri Arce-
„lio tradidit. Ab eo autem hic Re-
„gioſus nec publico nec privato Hispa-
„ni Oratoris charactere vestitus crede-
„batur, prout ipsemet fassus est, cer-
„suitque, suam legationem penitus ev-
„spirasse. Nihilominus usque ad ele-
„ctionem Regis Augusti III. Varsovi-
„substitit, eodemque pede, quo ce-
„pit, incessit, turbas concitavit, & i-
„favorem Stanislai varias artes adhi-
„buit, & cum factionis hujus assecla-
„epistolare commercium fovere, eosq-
„sua obstinatione ad constantiam fir-
„mare, bene affectos inspiratis perver-
„sis consiliis, & frivolis promissionum il-
„lecebris decipere, clandestina ac illi-
„cita conventicula in suis aliorumque
„ædibus habere non destitit. Hui-
„quoque in omnibus suis machinatio-
„nibus egregie opitulabatur Pater Sa-
„laro-

„larotius. Denique eorum agendi ra-
„tio in licentiam minime tolerandam
„degenerabat. Ipſam quoque ſacra-
„tam Regiæ Majeſtatis Perſonam ver-
„bis petulantibus ac ſeditioſis impete-
„bant, adeo debitæ erga hunc Princi-
„pem ac Reginam ejus conjugem vene-
„rationis obliti, ut pro iis conſuetas
„preces fundere detrectarent, quinimo
„quamvis omnes hujus Regni Eccleſia-
„ſtici, dum Reginam uterum geſtare
„promulgabatur, orationem *pro felici Sere-*
„*niſſimæ Reginæ partu* perſolverent, ſuique
„debiti partes exacte adimplerent, ipſi
„id facere recuſarunt. Hoc petulans
„facinus, ut Rex ulterius diſſimulet,
„haud æquum quidem videbatur, mode-
„ratione tamen adhuc uti voluit, ac
„etiamſi ſuam indignationem exercen-
„di æquiſſimas habuiſſet cauſſas, ſuæ
„tamen juſtitiæ rigorem ſuſpendit. Eo
„fine Romam datis ad Superiorem Ge-
„neralem Theatinorum literis eidem
„ſignificavit, quam graviter hi Reli-
„gioſi Regiam ſuam Majeſtatem ſua
„agendi ratione offenderent, & quam
„urgentes rationes eſſent, ob quas
„Rex haud ultra ejusmodi attentata
„non minus periculoſa, quam bono
„publico, & Regni tranquillitati noxia
„tolerare poſſet. Quapropter Genera-
„li pariter ſignificabat, quod quidem

„gra-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„graviores, quas promeruiſſent pœnas
„de eis ſumere nollet, illos tamen
„Polonia excedere juſſiſſet. Idem Ge
„neralis rationes Regis edoctus, ea
„eſſe æquiſſimas cenſuit, & ſine hæſi
„tatione judicium Regiæ ſuæ Majeſta
„tis ratum habuit, ejus moderationem
„ſummopere admiratus. Igitur pro
„ter hæc nunc expoſita Rex p
„ſuos Officiales Patribus Arcellio
„Salarotio præcepit, ut quantocius
„Varſovia, & ſine mora e toto Reg
„excederent: Huic mandato cu
„prompte obedirent, Rex ex inna
„ſua clementia eis de plena ſecurita
„proſpici juſſit, ut usque ad Brand
„burgicas ditiones tuto pervenire po
„ſent &c".

§. XXV.

Clemens Papa multiplici faſtidio affectus.

Hæc dum in Polonia gerebantur multa alibi ſummo Pontifici hau parum moleſta accidere; vix enim Clemens cum Hiſpaniarum Rege ple reconciliatus credebatur, cum nov turbarum ſemina ſuccreſcerent: Pri primis enim Segoviæ prohibitarum mercium negotiatores ad quoddam præfatæ Urbis Monaſterium merces ſuas fec

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

securitatis gratia depoſuerant, re autem explorata Regiorum vectigalium Miniſtri a loci Superiore domum luſtrandi copiam petebant; accepta autem repulſa paulo poſt armata vi fores perrumpere tentabant: Ea res jam ſuboluerat negotiatoribus, qui vim vi repellentes, ex Miniſtris duos trucidarunt, ex adverſa parte aliis qua ſauciis, qua cæſis, ceteris vero in fugam actis Miniſtri Monaſterium ne quicquam reclamantibus Monachis, ingreſſi, merces, quas repererant, ſecum abſtulerunt. Porro de violata immunitate Eccleſiaſtica apud Epiſcopum vehementer queruntur Monachi, nec irrito conatu; cum enim læſæ parti nulla fieret ſatisfactio, Epiſcopus Miniſtros ſacro Eccleſiæ fulmine percuſſit, totamque Diœceſin interdicto ſuppoſuit, ac denique totam rei ſeriem Madritum ad Regem perſcripſit. Eodem tempore Telonii Regii Præfectus deputatos ad ſupremam vectigalium Curiam ablegavit, ſuam agendi rationem vindicaturus: in horum quoque favorem hæc cauſſa a ſanctiore Senatu deciſa, & Epiſcopo injunctum eſt, ut Miniſtros piorum communioni, & Diœceſin Sacrorum uſui reſtitueret, Monaſterium vero omnibus ſuis proventibus privaretur, Monachis ad Maſſilienſe Ordinis ſui Aſceterium abductis

Sæc. XVIII. A. C. 1735

ductis. Adversus hanc sententiam r
clamabant Episcopus æque ac Seg
biensis Clerus, nullaque mora quo
dam Romam ad Pontificem ablegi
bant: viciſſim vero ad Clementem Phili
pus Hiſpaniarum Rex Nuntium Roma
decrevit & ad Cardinalem Aquaviva
literas dedit, ut hanc cauſſam ſine ul
riore ſtrepitu componi ſatageret. Inter
vero Miniſtri Eccleſiaſticorum bona
proventus ſibi vendicabant, quo co
perto Clemens Papa ſub excommu
cationis, ut vocant, majoris pœ
horum reddituum reſtitutionem Mi
ſtris aliisque, qui ex Eccleſiaſticor
bonis proventus receperant, injunx
Hoc Pontificium diploma, cum ill
Epiſcopus Menſe Junio ad medium v
gente, e ſuggeſtu in Eccleſia prom
garet, Gubernatoris juſſu quidam m
lites in Eccleſiam irrumpentes e Sac
dotis manu illud eripuerunt; ac
fruſta dilacerarunt. Hæc ubi in Au
Regia innotuere, Rex vehementi
commotus Gubernatorem acriter r
prehendit, & nulla mora Eccleſiaſt
cis ſua bona reſtitui præcepit, prædia q
men, quæ Epiſcopi erant, usquedu
hæc cauſſa Romæ decideretur, ap
ſequeſtros deponi juſſit. Tandem ve
ad finiendam hanc litem Pontificis m
derat

deratio & Regis pietas plurimum contulit. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Paulo post tamen novum molestiæ argumentum suppeditavit idem Cardinalis Aquaviva; postquam enim ex Hispaniis Romam ibidem post Rattæ Cordubensis Episcopi discessum Regis Hispani negotia procuraturus die vigesima Martii navigaverat, plures cistas Maulianæ e navigio ad terram exponi jussit, quas ejus famuli rhedis recta in Urbem ad Palatium transportarent: cum autem hi ad Telonium, ut pro more lustrarentur, eas non deferrent, Ministri desuper querebantur, Pontificis jussu postulantes, ut præfatæ cistæ ad Tabernam tributariam reveherentur. Verum eorum postulatis etiam atque etiam obstitit Cardinalis, caussatus, se Hispani Regis Legatum esse, proin non convenire, ut ejus sarcinæ alibi, quam in ejus Palatio lustrarentur. Verum hac repugnantia Pontifex graviter offensus præcepit, ut quicquid Cardinalis secum attulisset, ad Vectigalium Curiam plena diei luce deferretur, eo-quod ceteri omnes Purpurati Romam adventantes ab hac lege haud immunes essent. Hanc tamen controversiam Gallici Regis Orator Sant-Aignani Dux suo interventu amice composuit, ea lege, ut in Hispano Palatio a Telonariis

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

nariis ciſtarum inſpectio fieret. Sed idem autem tempus alia ſuccrevit molestia, cujus occaſio erat hæc: jam antiquo more in Siculæ Nationis Eccleſia ad S. Mariam de Conſtantinopoli Romæ appenſa erant Cæſaris inſignia hæc autem idem Cardinalis auferri eisque Hiſpana ſubſtitui præcepit: At tamen hujus Eccleſiæ Clerici Aquavæ mandato obſtitere, cauſſantes, fieri haud poſſe, absque conſenſu Cardinalis de Judice, qui hujus Eccleſ Protector eſſet. Res demum ad Pontificem defertur, qui tamen ejusmodi innovationes fieri, inhibuit, donec aliter decerneretur.

Gravius adhuc negotium ſumm Pontifici faceſſerat Neapolitani tribut quod Romani *Chinæam* appellant, præſtatio; notum enim eſt, quod utrique Siciliæ Reges in recognitionem ſu premi Dominii, quod in hæc Regn Sedi Apoſtolicæ competit, cenſum quo tannis in vigilia SS. Apoſtolorum Petri & Pauli pendere ſoleant: Eo autem tempore duo ſimul Principes de Neapolis Regno adhucdum contendebant & quidem Carolus VI. Imperator, qu quamvis ei omnia ibidem prorſus adverſa accidiſſent, per plures tamen annos hoc regnum legitimo imperio tenebat,

nebat, & adhucdum jus ad illud conservabat: Alter erat Carolus Borbonius, qui universam Siciliam secundis armis nuperrime in suam redegit potestatem, ac sese Panormi Regem appellavit, & sceptrum, ac diadema necnon Regia pro more insignia suscepit. Hic ergo cum omnia ad vota fluerent, Neapolin rediit, ubi continuato felicitatis cursu a Proceribus, civibusque festiva omnium acclamatione & jubilo Rex salutatus est. Attamen id unum adhuc deerat, ut Romani Pontificis auctoritate ac investitura Regnum, utpote Sedis Apostolicæ feudum, stabiliret suum; cujus rei impetrandæ causa nil intentatum reliquit. Præprimis enim per Hispaniæ Oratorem Clementi has obtulit conditiones. I. Se omni jure in Castri & Roncilionis Ducatus in perpetuum cessurum. II. Supremum Dominium ac investituræ jus in Parmensem & Placentinum Ducatus Apostolicæ Sedi competere, se agniturum. III. Nullam prætensurum jurisdictionem in conferendis Neapolitani Regni Episcopatibus, aliisque Beneficiis Ecclesiasticis. IV. Sacræ Inquisitionis Tribunal nuper a Marchione de Carpio Pro-Rege abrogatum, in Neapolis Regno rursus restauraturum. E contrario Carolus Imperator per Scipio-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

pionem Publicolam Principem de Sa
cta Cruce Oratorem ſuum ſummo Po
tifici conſuetum juris beneficiarii tr
butum offerebat, & adverſus Hiſpan
rum poſtulata ſolemniter reclamaba
Acrius tum inſtabat Carolus Borb
nius, ac fauſto armorum ſucceſſu fr
tus, poſtulatis minas adjecit, p
mulgato edicto, quo vetitum, ne qu
Pontificias Bullas, literas, diploma
aut quicquam aliud a Romana Cu
peteret, reciperet, aut executioni d
ret, donec Clemens Papa illum p
Rege haberet, & Regni inveſtitur
concederet. Diſplicuit etiam Borb
nio, quod Pontifex in ſuis literis jux
ſtylum veterem Neapolis Regnum no
niſi *Terram citra Pharum* appellare
contendit ergo, ut deinceps Pont
erga ipſum utpote Hiſpani Regis Filiu
alia ſcribendi formula uteretur. He
Juveni Regi a Principiſſa Filomari
fuiſſe ſuggeſta, referunt Scriptores
ut autem de hoc ſit, id omnino certu
eſt, quod ob nuperum hoc ejus edictu
plures Eccleſiaſtici, ac Præſules a P
pa Beneficiis proviſi eorum poſſeſſi
nem capere prohibiti fuerint, ac ipſe
met Paſſerinus Cardinalis ſuum Epi
copatum adire non potuerit. In tant
rerum perplexitate quid ageret Pont
fex? jamjam appropinquante vigili

SS

SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, qua die Tributum pendi ſolet, magna importunitate ſollicitatus a Cæſare & ſimul a Borbonio; utrumque in Regem legitimum agnoſcere haud poterat, & alterutri inaugurationis beneficium impendere non licuit, quin alium graviter offenderet: Ita ſuſpenſus, ac incertus, quid conſilii caperet, ne ſuo arbitrio rem decidiſſe argueretur, duodecim præſtantiſſimos ſelegit Cardinales, ut matura deliberatione deſuper inſtituta, quid optimum factu cenſerent, ab eis perciperet: Hi omnes in hanc abiere ſententiam, ab horum neutro cenſum Romanæ Sedi pendi ſolitum eſſe recipiendum, rem usque ad Menſem Octobrem eſſe differendam, expectandumque, quis demum rerum curſus, bellique exitus foret. Horum conſiliis acquievit Pontifex, fruſtraque adhibito omni conatu, ac inſuperhabitis precibus & minis ſe a propoſito dimoveri haud paſſus eſt: Reclamabat equidem Cardinalis Cienſuegos Cæſaris Orator, qui identidem Pontifici inſuſurrabat, ejusmodi moram æquivalere repulſæ in Cæſaris contemptum, ac præjudicium datæ: Pontifex tamen ad hæc repoſuit, conſilium a ſe captum fundari in ipſius Cæſaris reſponſo, quod ipſe propoſita pacis idea de utraque Sicilia Carolo

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

cedenda, dediſſet: Nec tamen hac Pontificis excuſatione contentus Cardinalis, tot rationum momentis Papam fatigabat, ut hic tandem reſponderet æquiſſimam quidem eſſe Cæſaris petitionem, aliunde tamen Cæſareo Miniſterio ſat notam eſſe fatalem rei neceſſitatem, qua ad hoc conſilium actus ſoret, ne ſcilicet Sacram Sedem certæ Hiſpanorum vindictæ palam exponeret. Verum hæ rationes apud Cardinalem adeo nihil valebant, ut impellente Princeps de Sancta Cruce ad hanc ſolemnitatem Cæſarea Facultate inſtructus Adminiſter, præſtitutum die ſolitum Cenſum Cameræ Apoſtolicæ traderet; cum autem Pontificii Miniſtri hoc tributum non acceptarent, ſed rem ad proximum Menſem Octobrem eſſe differendam reponerent, Cæſareus Legatus adverſus hanc repugnantiam prolixo ſcripto palam proteſtatus eſt, quin Pontifex vel latum unquem a ſuo propoſito removeri poſſet.

Inter tam anxias curas parum levaminis ſummo Pontifici attulit Marocanus Princeps, qui, ut meminimus ſacro fonte tinctus, ingens Religionis Catholicæ ſtudium præſeferre videbatur: Hic idem, cum eſſet ingenio præditus admirabili, & artium, literarumque

rumque cupidissimus, ac præterea studii industria indefessus, valde eruditum, ac probe elaboratum composuit librum, in quo Regii ac Imperialis sui stemmatis Historiam pereleganter descripsit & per invicta tam Africanorum quam Europæorum Principum testimonia, aliorumque fide dignissimorum Auctorum libros comprobatum reddidit, se legitimum Muley Ismaelis Maroccani Imperatoris Filium esse, proin paternum diadema sibi omni jure deberi, illud tamen per duos suos fratres sibi iniquissime ereptum, & quidem primo per Muley Abdaldam, solio quidem dejectum, adhucdum tamen sat potentem, & postea per alium suum Fratrem Muley Aly, qui actu regnum usurparet. Hanc lucubrationem Princeps summo Pontifici obtulit, supplex, ut ceteros Europæ Principes excitare velit, quatenus ad solium sibi per nefas præreptum denuo recuperandum auxiliatrices manus præbeant, hacque ratione fides Catholica in hoc Imperio propagari possit. Placuit equidem Pontifici hujus Principis Zelus, doluit tamen, in præsenti rerum temporisque vicissitudine ejus votis minime satisfieri posse: Ceterum Clemens hujus libri Lectione tantopere delectabatur, ut illius exempla non modo plu-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ribus Purpuratis, sed & aliis magn
nominis Præsulibus, ac exteris Prin
cipum Legatis dono daret. Nec tr
men diuturnum erat hoc Pontificis so
latium; cum enim Princeps neglecti
literariis laboribus otio indulgeret, a
familiarius cum Romanis Matron
ageret, Procerum non pauci apud Co
radinium Cardinalem Neophytorum
Protectorem desuper querebantur
Hanc rem edoctus Pontifex, Cardin
li in mandatis dedit, ut Principem
hanc vitæ licentiam Catholico ind
nam gravibus verbis perstringeret. P
ruit Cardinalis Papæ jussis, ac Princ
pem sero admonuit, ut suæ dignitati
statusque memor suos denuo mores
recti honestique leges conformaret. V
rum hic lenem hanc objurgationem tan
iniquo ferebat animo, ut debitæ reve
rentiæ oblitus, Cardinalem indign
verbis ac contumeliis appeteret: Ex
propter Pontificis mandato in Capito
lio custodiæ datus est, ubi tamen non
nisi una nocte detentus, ut a periculo
si commercii occasione longius abesset
ad Urbem veterem secedere jussus est
mox vero anno sequenti Romam rever
ti, & in suis ædibus Sacellum erigen
permissus est.

Sub idem quoque tempus levis col
lisio inter summum Pontificem & Ve
neto

netorum Rempublicam exorta est, occasione inde desumpta, quod Clemens fervente in Italia bello, ut subditos suos ab hostili invasione tueretur, arces Comacli & Ferrariæ majori militum numero firmasset, & præsidio in Mesolanam urbem imposito Ostium Padi munire statuisset, ut hac ratione vicinus Adriani portus magis tegeretur. Eo fine Pontifex in aggere terreo ligneum propagnaculum extrui curavit, ut quantum satis esset ad continendos quindecim vel ad summum viginti armatos ac bina belli tormenta. Verum id ægre tulere Veneti huic Regioni vicini, nescio quid hostile novumque veriti: Eapropter non modo cum Urbis Præfecto graviter expostu abant, sed & casam & suggestum solo æquari petebant; id vero cum non obtinerent, vicissim in oppositа ripa castellum erexerunt, illudque operibus ac munitionibus, collocatoque centum militum præsidio firmarunt. Hoc illis minime licuisse, cum Clemens contenderet, pactasque anno Christi millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto conventiones inter Papam Urbanum VIII. & Rempublicam obiiceret, aliunde vero turbatos ea in parte fines imperii quereretur, res ad controversiam expectatione ac merito majorem exardesce-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

re videbatur; verum Pontifex pac
colendæ ſtudioſiſſimus omni conatu
egit, ut diſſidii flamma mox aſper
concordiæ aqua extingueretur. Pe
opportune Carolus Imperator hanc qu
que cauſſam in ſe ſuſcepit, nec qui
quam omnium erat, qui eo authore
arbitro haud ſperaret, fore, ut lis
quis utrinque conditionibus protin
componeretur: Quinimo res ad utri
que partis vota ſucceſſiſſet, niſi b
Turcici tumultus, & poſtea Ponti
obitus bene cæpta tam infauſto ſucc
diſturbaſſet, ut primum Regnante
nedicto XIV. per mutuam convent
nem pax reſtitueretur. Sub idem fer
tempus Papam inter & Cæſarem
mota eſt controverſia; cum enim El
tor Palatinus a Pontifice Bullam d
nuiſſet, vi cujus a ſuo Clero decim
proventuum partem exigere permit
retur, Clerus apud Cæſareo-Aulic
Imperiale Conſilium deſuper quere
tur, illud vero Eccleſiaſticorum pe
annuens, ad Electorem reſcripſit,
Pontificium diploma in executione
trahere inhibuit, ſimulque Imperat
ſuo apud Papam Oratori in mand
dedit, ut hanc agendi rationem ap
ſummum Pontificem vindicaret. Gr
vior inſuper moleſtia Clementi accre
ex diſſidio, quod inter Hildesheime
ſec

sem Episcopum, & Capitulum Collegiatum S. Joannis interceſſerat: cum enim præfatum Capitulum cum Ludgero Canonico Seniore, & poſt ejus obitum cum ejusdem hærede Maria Zeppenfeldin ob comitiorum Provincialium diætas contenderet, & cauſſam ad Curiam Romanam via appellationis devolveret, dicta Maria Romano judicio cauſſa cecidit, ac propterea Apoſtolicæ ſedis Nuntius Colonienſis latam ſententiam, atque excommunicationis pœnam pendente lite Camerali exequi decrevit: Eo fine Romani judicii tranſumptum Nuntius ad Electorem Colonienſem utpote Hildesheimenſem Epiſcopum tranſmiſit: Hic vero hunc recurſum omnino illicitum eſſe ratus, die nona & vigeſima ſeptima Maij querulas ad Cæſarem literas dedit; re maturius perpenſa Imperator Electori reſcripſit, ſui muneris eſſe, ut juxta articulum capitulationis ſuæ ejusmodi recurſum in cauſſis mere civilibus improbaret, de cetero Epiſcopus omnes hucusque ſententias declaratorias, mandata rotalia, judicata, & ab utraque litigantium parte apud Camerale Tribunal hac in cauſſa expoſitas ſcripturas intra quatuor hebdomadarum ſpatium transmitteret, ut his omnibus probe inſpectis, quod æquum eſ-

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

set. a S. Cæsarea Majestate decer
posset. Porro hæc controversia no
sine Pontificis fastidio in Electoris fa
vorem decisa fuit.

§. XXVI.

Præclara summi Clementis Papæ ges

Frequentes hæ molestiæ non usq
adeo magnanimum Clementis P
pæ animum depresserunt, quin ad
celsa natus, multa & magna tum
Dei cultum, tum ad almæ Urbis a
plitudinem aut populi salutem hoc pr
sertim anno exequeretur. Sibi en
persuasissimum habuit, nil Principi E
clesiastico magnificentius esse, qua
si Ecclesiam, quam moderatur, aug
stiorem reddat, & ditionem, quam
net, statu & moribus meliorem e
ciat. Præprimis ergo die decima qui
ta Septembris in Congregatione de pr
paganda fide, cui pariter septem Ca
dinales intererant, decrevit, ut ad l
dias Orientales denuo Viri Apostoli
ad promovendum Religionis Catholic
incrementum mitterentur: cum auten
eodem tempore Monachi S. Antoni
& Catholici Maromitæ in monte Liba
no degentes iteratis literis exponerent
se gravissimis injuriis, verberibus, pe
cuniarum

cuniarum exactionibus, carceribus, omnisque generis calamitatibus a Turcis pene confici, Pontifex infaustam horum sortem misertus, S. Congregationis Patribus negotium dedit, ut valida hisce miseris subveniendi media excogitarent, ac desuper inter se consultarent. Hi Turcas pecuniarum avidissimos esse probe gnari, consultissimum censebant, si Turcicus illius Regionis Præfectus profuso auro demulceretur: Eapropter Pontifex Asemannum Præsulem cum ingenti pecuniarum summa eo ablegabat, ut famelicum Bassam magna nummorum copia satiaret simulque Maronitis ad sublevandam inopiam, & construendum novum Monasterium larga suppeditaret subsidia. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Præterea Clemens exornandæ Urbi Romanæ intentus, frontem Lateranensis Basilicæ, atque inferiorem, superioremque Porticum summo opere, propriisque impensis a fundamentis erexit: fronte etiam nova S. Joannis Baptistæ Templum Nationis Florentinæ magnifice condecoravit, ædemque SS. Martyrum Celsi & Juliani vetustate pene collapsam ab imo ad culmen perduxit: Eadem liberalitate, operisque elegantia pro excipiendis mulieribus judicio capitali damnatis sat amplum

ad

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ad Portam Portuenſem ædificium ex
tavit, ac denique uberrimum ſalub
rimumque *Aquæ Virginis* fontem, qu
olim Marcus Agrippa Imperator det
xit, & poſtea confractum Tiber
Claudius Cæſar, & noviſſime Pius
Pontifex Maximus reſtituerunt. C
mens hoc anno tam ſplendide exor
vit, ut dubium reliquerit, an in
ſumma elegantia & Majeſtas mag
quam publica utilitas, commoditas
admiranda ſit; id certiſſimum eſt, p
in exequendo hoc opere Clem
magnificentia cum ingenio nobilis
chitecti Nicolai Salvi Romani de pa
certare videatur: Neque tamen am
ſimum hoc opus omnino abſolutum
dere poterat Clemens, illius tam
perficiendi curam primum in ſe ſ
perat Clemens XIII. ejus Succ
qui primo Pontificatus ſui anno eg
gium hoc Clementinæ magnificen
monumentum feliciter abſolvit.

Præterea Clemens XII. Pontifex ſu
mum quoque affectum erga ſubditos
populos exhibuit, cum enim mag
paludes prope Thraſimenum lacum
ter Pontificiæ atque Etruſcæ ditio
fines propter uliginoſum ſolum non
do ſteriles jacerent, ſed inſuper ob g
ves & vix non peſtilentes cœli aſp

tiones incolis infestæ essent, Pontifex jam dudum pristinam fertilitatem simulque subditis aeris salubritatem restituere decreverat. Ea de caussa Joanni Bottario, Præsuli non modo in scientiis, sed & in Mechanicis summo studio, intelligentia, usuque peritissimo hujus rei executionem demandavit, ejusque consilium secutus, fossam ad Tiberim per quatuordecim passuum millia perduci jussit, quo facto paludes per plures annos exsiccatæ remanserunt. Re feliciter prospereque absoluta Pontifex præfati Bottarii opera utebatur, ut in bipartitis Padi faucibus navigandi difficultatem tolleret; in quo persequendo opere pari virtute se gessit Bottarius: Huic autem Pontifex adjungi voluit in paucis doctissimum Eustachium Manfredium, ut Tyberim Perusia usque ad Naris fauces, necnon Anienem fluvios a Ponte Lucano Romam usque navigabiles redderet. Ast minime res propter summam illius magnitudinem, difficultatemque ad speratum exitum perduci valuit. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Feliciori successu Clemens Ravennam, ejusque agrum a crebris alluvionibus securum reddidit; quippe duo flumina Montonem & Roncam, quæ olim *Vitis* & *Bedesis* nominabantur, in no-

Sæc. XVIII. A. C. 1735

novum alveum immisit, ejusque tr
situm in Æmilia via Marmoreo po
conjunxit. Ut vero facilius mer
transvehi possent, per septem milliari
passus ducentos sexaginta octo navi
bilem ad mare fossam perduxit, ut
commodum ab ea in urbem adi
aperiret, novam portam exstrui cu
vit, quæ in perpetuam beneficii
moriam *Porta Corsinia* appellatur. P
ro Ravennates, ut perenne grati
mi sui monumentum relinquerent,
no hujus sæculi trigesimo octavo
tuam Beneficentissimo suo Princip
Pontifici in publico foro erexerunt.
nique Clemens in via Clementina
Æsio iter Anconam ducit, loco lig
lapideum pontem suis impensis con
xit, ac tandem statuit, ut deince
Collegio de propaganda fide Theolo
Doctor esset, qui juvenibus textum
Scripturæ in suis lectionibus solide
erudite enuclearet.

§. XXVII.

Wetzlarienſium Calviniſtarum fidia cum Catholicis.

Hoc item anno Wetzlariæ Magis
tus Calvinianus molestam lite
Canonicis intulit: Illius ansam in
sumpsit: Jam a tempore memori
hos

hominum excedente, & pluribus ante Reformationem Calvinianam Sæculis firmum jus in hac Urbe viguit, vi cujus ex Collegiatæ Eccleſiæ ad B. V. Canonicis tres ſeligebantur, ex quorum numero Eccleſiæ Parochialis Curator nominatus eſt: Paulopoſt tamen inter Canonicos ac Cives hac ſuper re contentio haud levis oriebatur, petente Magiſtratu, ut ipſius quoque conſenſus adhiberetur, proin tres Scabini ex Magiſtratu ſelecti concurrerent. Diſceptatum diu, tandem vero anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo die undecima Junij hæc diſcordia per mutuum pactum compoſita eſt, erecto ac utrinque ſubſcripto hoc inſtrumento. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Nos Walterus quondam Plebanus „in Wetzlaria, Gerlacus dictus in „Frankfordt, & Volmarus de Boninbach, Scabinus ibidem, arbitri, ar„bitratores, ſeu amicabiles Compoſito„res, unacum diſcreto viro Decano Ec„cleſiæ in Frankfordt, ſuper ſecunda „diſcordia hactenus inter Decanum & „Canonicos ex una parte & oppidanos „Wetzlarienſes ex altera, mota, de „conſenſu & authoritate Reverendiſſimi „in Chriſto Patris Domini Bocmundi „Trevirorum Archi-Epiſcopi a dictis „De-

Sæc. XVIII. A. C. 1735

„Decano, Canonicis & Oppidanis ele
„ti, ac frater Albertus ordinis Præ
„catorum domus in Frankfordt a di
„Decano ſubrogatus, nec non Ec
„ſtus Plebanus in Breldensheim ar
„ter, arbitrator, ſeu amicabilis co
„poſitor Electus ſuperiorum concor
„ter in facto ſupra dicto. Notum fa
„mus univerſis hanc paginam inſpe
„turis, quod ad tollendam omnem
„teriam diſſenſionis, & diſcordiæ h
„tenus habitæ inter partes prædi
„antedicti Domini Archi-Epiſc
„nec non virtute arbitrii nobis ab iis
„partibus commiſſi, ſic ſtatuimus,
„dinamus, arbitrando pronunciam
„& volumus inviolabiliter obſervari
„pœnis in præmiſſo prædicto conte
„ut tres Canonici de Capitulo, &
„de Oppidanis prædictis, qui ſint
„bini aſſumantur, hinc inde, qui
„cante Parochiali Eccleſia in Wet
„ria, Sacerdotem idoneum, & p
„eſſe dignum, verbo pariter & exe
„plo eligant, ad præfatam Parochi
„regendam, ubicumque & undecu
„que voluerint, eumque præſente
„Archi-Diacono loci, qui curam a
„marum eidem rite committat, &
„perpetuus Paſtor ibi habeatur. Qu
„ſi de Paſtore ſic eligendo, vel elec
„jam mortuo infra triginta dies de a
„ſe

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ſubſtituendo non concordaverint, in pœnam diſſenſionis inſtitutio Paſtoris ipſo facto devolvatur &c. &c.

„In cujus Teſtimonium & memo„riam ſigilla D. B. Archi-Epiſcopi, „Decani, & Capituli, ac oppidi Wetz„lariani prædictorum, una cum noſtris „ſigillis præſentibus ſunt appoſita.

„Et nos B. Dei gratia Archi-Epi„ſcopus ſupra dictus prædictæ permu„tationi, & ordinationi præſentes & „conſentientes, authoritatem plenam „omnibus præmiſſis præſtantes, ea, „quæ præſentibus confirmamus, & in „hujus Teſtimonium nos Decanus & „Capitulum, ac Oppidani ſupra dicti „in ſignum & Teſtimonium conſenſus „& approbationis hinc inde omnium „præmiſſorum ſigilla dicti Capituli & „Oppidi duximus præſentibus appo„nenda. Acta ſunt hæc in Capitulo „prædictorum in Frankfordt, præſen„tibus Honorabilibus Viris Dominis Co„mite G. de Ditze, Jo. de Rineck Præ„poſito S. Florini in Confluentia, Ma„giſtro J. Cantore & Officiali, ac aliis „quam plurimis ſub matutinis, Anno „Domini milleſimo ducenteſimo nonage„ſimo ſecundo, indictione quinta, die „decima Menſis Junii".

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Tenuit hæc concordia usque d
in hac quoque Urbe Calvini nomen
ſonuit, & civium potiſſimi a Catholi
Religione ad perfidiæ vexillum, & N
vatorum commenta declinarent. T
enim ab Eccleſiæ unione recedem
ab animorum conjunctione pariter
ceſſerunt, hinc deinde tanquam
fonte ſcaturivit æmulatio, invid
odium, infidelitas, paucis, omne
lum. Poſtquam enim quidam Can
cus nomine Antonius tum præfatæ
cleſiæ Parochus ad Calvini caſtra
ſierat, Calviniani cives ſuæ Sect
cultui quamdam Eccleſiam vindi
runt, eique prædictum Apoſtatam
fecerunt: Hoc facto ſibi a veteri
libere recedendi facultatem fuiſſe
tam, & ob mutatum Religionis ſta
ad ſectarii Paſtoris electionem con
rendi jus Canonicis eſſe præreptum
bitrabantur. Acriter autem conſu
terque ſeſe opponebant Canonici,
irrito ſucceſſu; poſtquam enim
Domini milleſimo quingenteſimo
ageſimo tertio altefatus Antonius
felicem animam exhalaverat, ipſe
Magiſtratus de illæſo Canonicorum
re perſuaſus, die decima quinta
vembris per ſuum Scabinum ad Col
giatæ Eccleſiæ Decanum & Cantore
literis Braubachium miſſis, hujus Pr
dicant

cantis mortem indicavit, petiitque, ut *juxta clarum pactum inter Canonicos & magistratus ac Sabinos initum mutuo* consensu alius eligeretur: Annuere Canonici, unde ex ipsorum consensu atque approbatione nominabatur Joannes Hellen; quem Canonici installarunt, confirmaruntque, modo in Collegiatæ Ecclesiæ statutis præscripto, hujus tenoris: *Postquam Electores, quorum sex sunt, tres scilicet e Capitulo, & tres e Magistratu super certa aliqua persona in Parochum assumenda convenerunt, quod fit in loco Capituli præsente Decano, diem conventionis indicente, singulorum vota colligente, ipso autem postremo omnium votante, & dies investituræ seu Installationis ab eo præfixa illuxit, procedit ille e Sacristia cum sociis duobus Capitularibus pluviali indutus extra Chorum ad Altare S. Crucis, dictum Altare primum, expectantibus ibidem noviter Electo & tribus aliis Electoribus ex Senatorio ordine, ubi Decanus ascenso gradu Altaris versa facie ad Populum, Neo-Parochum a Scholastico seu digniori sociorum Capitularium sibi præsentatum flectere jubet ad gradum Altaris, tum commemorato breviter, in locum ultimi defuncti præsentem hunc juxta concordata inter Collegium & Magistratum olim anno Domini 1292. inita, & hucusque per continuam observantiam deducta, rite*

Sæc.XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

& Canonice Electum desiderare actitaton inter præsentes Electores completionem quæ fieri consuevit per Decani tum tempo existentis manuum impositionem, quam pertiri se dicet paratum, si subsequentes articulos jam olim inter Collegium Magistratum conventos jurato velit edic quos sincere, & inviolabiliter velit ipse servare & observari facere, qui sunt sequ tes:

I. *Augustanæ Confessionis profess*
II. *Calumniarum evitatio.*
III. *Cultus divini hora finitio.*
IV. *Si resignare velit, trium men prædictio.*
V. *Sex florenorum aureorum solutio*
VI. *Prandii institutio.*

Quos omnes & singulos si jurat aut sub juramento, cujus relaxatio sta nes Electores Ecclesiasticos, promiserit accurate observaturum, & desuper Ro sales extradiderit, super flectentem m impositа dicit & pronunciat Decanus, p installet eum, confirmet & ordinet in ver Augustani gregis Pastorem, cura ani rum in propriam ipsius animam commi quæ omnia & singula germanico idioma peragit, hisque finitis porrigit ei dextra suam, & bona omnia in Domino precat quod ipsum agunt reliqui Electores omn primum Ecclesiastici, deinde seculares or

ordine, quo ſederunt in loco Capituli & peractis iis omnibus diſceditur. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Novo hoc Prædicante ad hujus ſtatuti præſcriptum a Canonicis confirmato conſuetum habebatur convivium; Ita veteris juris poſſeſſio penes Canonicos etiam poſt annum decretorium continuata, quieta, ac firma ſtetit, quam tamen ſenſim per varios motus perturbare nitebatur Wellerus Prædicantis Sacellanus; Hic enim contra pacta, quæ ipſus ad Miniſterium aſſumptus juramento firmaverat, ſtudioſe ſuas Conciones adeo protraxit, ut Canonici a peragendo diurnarum precum penſo præpedirentur: Ea de re merito querebantur Canonici apud Joannem Hugonem Trevirenſem Archiepiſcopum, ac Electorem, utpote Ordinarium hujusque Collegiatæ Præpoſitum, qui hac cauſſa mature perpenſa anno a Chriſto nato ſupra milleſimum ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono die prima Julii cum Conſule & Magiſtratu Calviniano hoc pactum Ehrenbreitſteinii iniit.

„Firmum quidem, ac immotum „perſiſtit pactum anno milleſimo quin„genteſimo ſexageſimo primo initum; „quia tamen noviſſime violato hoc pac„to Magiſter Weller Sacellanus ultra

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„præſcriptum tempus contra articulo
„a ſe in primo ſuo ingreſſu juratos co
„cionatus eſt, proin Canonicos a per
„ſolvendis ſuis horis Canonicis præp
„divit, hinc Scabinus plena agendi fa
„cultate inſtructus nomine ſui Mag
„ſtratus pollicitus eſt, ac ſolemnit
„promiſit, ſe præfato Sacellano ſer
„injunctum, ne hic deinceps tu
„attentare præſumat, ſecus ipſum
„Magiſtratum hujus delicti reum ſe
„& ſi deinceps a quoquam alio Præ
„cante ejusmodi facinus perpetrare
„talem prædicantem, utpote perp
„reum a ſuo officio amovere aut p
„merita pœna caſtigare, Canonicis
„& Magiſtratui integrum eſſe, ac in
„per Magiſtratum obſtringi, ut æditu
„inhiberet, ne horologium in fraude
„præſcriptæ horæ anticipet, vel ret
„det". Attamen, quamvis Calvi
ſtæ hæc pacta jurejurando, ac ſolem
promiſſione firmaſſent, eaque illis
copia, ut vocant, *vidimata*, & in C
mera Imperiali producta ac confirma
exhiberentur, nihilominus ea novi
ma, ac falſo a Canonicis conſcripta
& conficta fuiſſe, aſſerere non erubu
runt, atque audacter antiquum co
currendi jus præfatis Canonicis dem
re attentarunt, eoque fine anno Chr
ſti milleſimo ſexcenteſimo nonageſim
te

tertio ad ipsum Archiepiscopum atque Electorem Trevirensem querulas has dederunt literas. Sæc.XVIII. A.C. 1735.

Reverendissime Elector, clementissime Domine!

„Decanum ac Canonicos hujatis „Collegiatæ apud Electoralem suam „dignitatem fuisse questos, ex scriptu„ra nobis exhibita intelleximus; hæc „tamen prætensa gravamina, & præ„primis illud nostros Præcones concer„nens, sicut superfluæ ac inanes sunt „querelæ, ita notorium est, quod quia „cuilibet ex Protestantibus Imperii sta„tibus per transactionem Passavien sem „& subsecutam Religionis pacificationem „vi jurisdictionis territorialis libera in „rebus Ecclesiasticis potestas, & quæ „tam Ordinis quam jurisdictionis sunt, „decenter & convenienter exercendi „facultas concessa fuit, ita & nobis ut„pote Imperii statui eadem jura & fa„cultates in dubium vocari nequeunt, „unde juxta libros nostros symbolicos „& formulam concordiæ in rebus adja„phoris & ceremoniis pro libitu nostro „quædam immutare, aut emendare „nobis semper integrum est, quin Ec„clesiæ Collegiatæ Canonici (prout ipsi„met fatentur, atque asserunt) aliud „habeant quam *partem juris Patronatus*,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„quo tamen prius uti non possunt
„nisi quando primarii Pastoris officium
„vacat, de cetero nobis liberum est &
„nemine prohiberi vel præscribi ea po
„sunt, quæ & quomodo in nostris co
„remoniis facere, statuere, procedere
„& nostros Parochos vocare vel co
„Prædicantes aut Diaconos &c. quam
„vis apud nos hæc veluti synonima sint
„instituere velimus, & sicut nostri Pra
„decessores & nos circa nostros Eccle
„siasticos & Dei cultum aliqua in Co
„cionibus, infantum Baptismo, ab
„que juxta Ecclesiasticas sanctiones ju
„dudum promulgatas immutavimus
„ita & nunc prout in aliis Evangel
„corum vicinis locis fit, circa Cœnam
„immutare, & illis Præconibus, q
„matutino tempore concionantur, pa
„ces ad aram fundunt, & Sacramen
„consecrant, injungere possumus, q
„Hostias distribuant & populo bened
„cant, præcipue cum Evangelici inter
„Hostias & calicem nullum speciale di
„scrimen aut prærogativam faciant
„nisi forte quidam vel idiota, vel an
„bitiosus homo inter hæc distinguat
„hæc autem nostra statuta non pertu
„nent ad Patronum, etsi Evangelicus
„foret, sed libera eorum dispositio spe
„ctat ad illum qui jurisdictionem Eccle
„siasticam habet, quæ nobis sine con
„tro

„troverſia in noſtros Præcones, no- Sæc. XVIII.
„ſtrasque res Sacras competit, proin A. C. 1735.
„juxta præfatos libros ſymbolicos & for-
„mulam concordiæ pro noſtro arbitrio
„& ſalva conſcientia in rebus Sacris at-
„que Eccleſiaſticis (ſine præjudicio ju-
„ris tertii) ſtatuta edere valemus, quin
„per hæc imminuantur Collegiatæ ju-
„ra, aut ei quicquam detrahatur, aut
„deinceps detrahetur, ac propterea
„Canonici conqueri non poſſint, perin-
„de ac ſi vacante Paſtoratu excludan-
„tur, quem tamen caſum ipſi potius
„exſpectare, quam præfeſtine imagi-
„narias ideas & querelas excogitare
„deberent &c".

Inſuperhabitis frivolis hiſce querelis Capitulum, ejusque Præpoſitus antiquo ſuo juri omnino inſiſtendum arbitrabatur, ac propterea, quotiescumque Calvinianus Præco mortem oppetierat, ſemper ad novi electionem Canonici concurrerunt, & juxta Collegiatæ ſtatuta electus præfatos ſex articulos juramenti Religione firmare tenebatur. Anno autem hujus ſæculi vigeſimo primo duobus Prædicantibus eodem ferme tempore demortuis ſolus ſupererat Kirſchgartus, junior, quo tamen, cum admodum juvenis eſſet, prætermiſſo, Joannes Jacobus Deuren

Sæc. XVIII A. C. 1735. Capituli Decanus, Joannes Georgius Landſtroffius & Guilielmus Wolfgangus Molitor Canonici, necnon ex parte Magiſtratus Joannes Schuller, Georgius Büſſern & Joſt Philippus Schuller Scabini pro alterius Parochi electione convenerunt: cum vero paria eſſent ſuffragia, Scabini Canonicos rogarunt ut tribus ſuis ſuffragiis in illum, quem ipſi elegiſſent, accedere vellent. Abnuere Canonici, ut pacis ſtudium et mamque animorum conjunctionem novo ſpecimine teſtatam redderent; vero ejusmodi indulgentia eis noxæ ſet, ad eorum poſtulata Magiſtratus die vigeſima ſeptima Novembris ſcripfidem ſuam obſtrinxit, Canonicos vice acceſſiſſe, non ex debito, ſed mera ac libera benevolentia, quin hoc antiquis juribus ex pacto anni 1 profluentibus ullum inferatur præjudicium. Rebus ita compoſitis conſenſere Canonici, ut Biedermannus aliſum avocaretur, qui decimo poſt anſcilicet ſæculi currentis trigeſimo primobiit, in ejus vero locum Canonici Kirſchgartum ſeniorem Menſe Junio *Paſtorem primarium* nominarunt, juſſeruntque, ut jurato promitteret, ſe præter Catholicam Religionem vel Auguſtanam confeſſionem nullam aliam doctrinam traditurum aut invecturum

Cum

Cum autem ad finem ejusdem anni Kirschgartus denuo vivis eriperetur, Magistratus die vigesima quarta Januarii anni sequentis Funckenum in Ministerii Seniorem per Senatus Decretum declaravit, ad cujus tamen nominationem Canonici concurrere detrectarunt, eoquod hic in suis declamationibus contra Cæsaris edicta & pacem Westphalicam scommata, ac odii sui virus in Catholicam Religionem & Catholicos pleno alveo effudisset. Hoc igitur rejecto Canonici Fleischmannum in Seniorem elegerunt; consensere quidem tres Scabini, Magistratus tamen insciis Canonicis novo huic Præconi significari jussit, ne pro installationis actu Ecclesiam adiret, priusquam Magistratus desuper statuisset: Nihilominus Præco, cum se ad pactorum tenorem legitime vocatum sciret, die undecima Februarii ad installationis actum præstituta Ecclesiam accessit, atque a Canonicis, cum Scabini non comparerent, in Seniorem Pastorem confirmatus est. Re comperta Magistratus Præconem adesse jussit, eique exprobrata inobedientia, Senatus consultum eadem adhuc die tradidit, vi cujus electio ejus in Seniorem quidem rata fuit habita, eidem tamen inhibitum, ne Senioratus prærogativa ac præcedentia

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

dentia uti, vel annexis juribus atq
emolumentis frui præsumeret. Fa
indignitas Præconem commovit,
apud Collegium Collegiatæ desup
quereretur: mox ergo Decanus ac C
nonici hoc attentatum ad Archiepisc
pum Trevirensem utpote Collegiat
Præpositum perscripsere: Hac igit
caussa ad Cæsareo-Aulicum Impe
Consilium delata contra Magistratu
& Funckenum Præconem editum
mandatum de non contraveniendo electi
per Deputatos unanimiter factæ, de
impediendo electum in præcedentia, jur
& prærogativis officio annexis, sed ca
do decretum nulliter latum, cum restitu
ne perceptorum. Hæc Imperialis Co
silii sententia die quarta Novemb
Magistratui insinuata fuit. Illius te
est sequens:

„Supra nominato Consuli ac Mag
„stratui auctoritate Sacræ Cæsareæ M
„jestatis sub pœna quinque marcar
„auri, quarum media pars Cæsare
„nostræ Cameræ, altera Capitulo
„remissibiliter solvenda erit, serio ma
„damus, ac volumus, ut insinuato
„promulgato Cæsareo hoc nostro ma
„dato, contra electionem per præfa
„tum Capitulum & vestros Deputato
„unanimiter factam Magistri Fleisch
„ma

„manni nullatenus agatis, sed præ- Sæc.XVIII.
„fato electo Parocho præcedentiam, A. C. 1735.
„prærogativas, jura & emolumenta,
„quæ ipsi tanquam Paroch- ad exclu-
„sionem ceterorum sibi subordinatorum
„Sacellanorum competunt, ejusque in
„hoc officio Præcessores potiti sunt,
„asseratis, illum in eorum usu non præ-
„pediatis, ac deinceps similia attenta-
„re non præsumatis, sed potius ve-
„strum nuperrime in favorem Funckeni
„ex justis caussis prætermissi decretum
„die undecimo Februarii nulliter ema-
„natum, & cetera omnia in Senatus
„vestri tabulas inserta deleatis, ac an-
„nulletis, percepta etiam restituatis,
„cunctaque damna illata atque expen-
„sas resarciatis & compensetis &c.“
Attamen Calviniſtæ pro more suo hoc Cæsaris decretum opposita sub- & obreptionis exceptione eludere intenti, propugnabant Præpositi ac Collegii querelas inniti pacto anno 1292. inito, ac per Trevirensem Electorem tum Ordinarium confirmato, necnon juri Diæcesano, vi autem pacis Westphalicæ nulli Catholico jurisdictionem Ecclesiasticam in Protestantes vel Prædicantes competere &c. Hæc tamen effugia Capitulum solide confutavit, demonstravitque, salvum esse omni tempore jus suum *compatronatus & collecturæ*, atque

in

Sæc. XVIII. A. C. 1735

in casu, quo eligentes præstituto tem
pore convenire non possent, in pœnam
dissensionis Parochi Calviniani institu
tio ad Ordinarium devolvi, & Capitu
lum ad pœnam amotionis concurren
jus habere: Lite ergo rursus ad Co
silium Aulico-Cæsareum perducta, d
vigesima septima Januarii per nov
mandatum Magistratui injunctum,
sententiæ nuper latæ intra termin
duorum mensium pareret: Nihilo
nus Magistratus datis ad Cæsare
teris profitebatur quidem, se huic
dato (salvo tamen jure Sacrorum
jurisdictionis Ecclesiasticæ) obtem
raturum, cuncta tamen in eo con
ta refellere ausi sunt, & quidem I
nihil contra Fleischmannum, ejus
electionem egisse II. inter suos Ec
siasticos nullam dari subordinatione
proin nec præcedentiam, III. exi
esse emolumenta, potissimis reddit
Capitulo relictis, ea vero, quæ Py
decessores habuissent, etiam Fleis
manno esse attributa; extraordin
autem a beneficientia Magistratus
pendere IV. Falsum esse, quod F
ckenus *justis de caussis* excluſus fue
V. Moris non esse, ut quæ ad poste
rum notitiam referuntur, & actis in
runtur, deleantur, dein per Senatus
cretum Fleischmanno nil denegari, e
quo

quod nulla sint Senioratus emolumenta & jura, eumque non minus percipere, quam Prædecessores percepissent &c. Has nimis arrogantes excusationes pro *sufficienti paritione* haberi, a Cæsare rogarunt, & quin illius responsum expectarent, pro more suo ad Ratisbonenses Protestantium Legatos, qui se *Corpus Evangelicum* vocant, querelas suas detulerunt, atque etiam hoc anno die vigesima secunda Octobris datis ad Cælarem literis exposuere, I. præter alias innovationes post annum decretorium invectas, Canonicos in Funckenum sua suffragia conferre recusasse, eo prætextu, quod convitia & probra Imperii legibus prohibita contra Religionem Catholicam effutiisset, cum tamen Catholici Concionatores quandoque etiam terminis ad seditiorum collimantibus utantur II. Conniventibus Scabinis Canonicos Fleischmannum exemplo hactenus inaudito ac Magistratu excluso installasse, & ad inobedientiam erga suum Magistratum induxisse III. Electorem atque Archiepiscopum abs dubio, instigante Capitulo mandatum ab Imperiali Aulico - Cæsareo Consilio extorsisse, vi cujus Fleischmanno jura & emolumenta Magistratui incognita tribuerentur, atque Trevirensi Archiepiscopo jus Diæ-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

cesa-

Sæc. XVIII A. C. 1735

ceſanum, & *in caſu diſſenſus* eligentium jus devolutionis ad Ordinarium aſſeritur IV. Capitulum conari, ut ſuum ad electionem concurrendi jus extenderet, & ad ſtatum, quo ante reformationem viguit, revocaret. His de causis Legati Proteſtantes petebant, ut Imperator Magiſtratus Wezlarienſis circa Sacra, ac inde dependentia ſuos Prædicantes pro libitu nominandi, eisque ſtipendia aſſignandi potestatem, liberam ſalvamque conſervare velit &c. Attamen hæ criminationes usque adeo graves non videbantur, ut propterea Cæſarei Conſilii mandatum revocandum eſſet.

Præterea hoc etiam anno levis controverſia inter Imperatorem & Capitulum Cathedrale Trevirenſe exorta est ob Comitem Clementem de Manderſcheid; hunc enim Imperator ad poſfatæ Eccleſiæ Canonicatum nominaverat, Capitulum vero illum acceptare recuſabat, eoquod ipſius proſapiam præſcriptos nobilitatis gradus non ascendiſſe cauſſaretur: Verum Imperator hanc agendi rationem Capitulo per Cæſareum reſcriptum acerbius exprobrabat, eoquod de Nobilitatis controverſiis cognoſcendi jus ſoli Imperatori competeret Imperialis Nobilitatis Capiti con-

peteret.

§. XXVI.

§. XXVIII.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Auſtriacorum Emigrantium querelæ.

Quamvis jamjam ſæpius Salinarum Operariis, qui in Auſtria Superiore ad Aniſum miſere decepti a fide Catholica defecerunt, ex Cæſaris mandato injunctum fuiſſet, ut vel Lutheri ſectam, vel patriam miſſam facerent, nihilominus eorum non pauci vel exterius ſe Catholicos mentiti, vel ſectam, quam ipſimet ignorabant, profeſſi inter ſe privata habuerunt conventicula, in quibus uni cuidam vetiti dogmatis librum prælegenti ceteri aures dabant, aut Prædicantibus clam irrepentibus, & libellos venenata doctrina infectos diſpergentibus, cantilenas decantabant; cum autem Curionibus & pagorum Præfectis ſerio imperatum eſſet, ut in merces ejusmodi noxias diligenter inquirerent, pœna etiam conſtituta in eos, qui clanculo conveniſſe, aut id genus peſtium dolo retinuiſſe, vel abdidiſſe vel importaſſe convinerentur, inde accidit, ut hujus mandati transgreſſores in delicto deprehenſi, Lincium non propter Religionem ſed inobedientiam capti abducerentur; Hanc pœnam ſubiere duntaxat quatuor ceteris magis obſtinati, qui ſpretis PP. Capu-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

cinorum hortationibus & Prætorum nis animum ad imperata ſubmittere trectarunt, & tamen ceteri in aper erupere querelas, perinde ac ſi ne quam gravibus, atque inhumanis juriis, calamitatibus, & ærumnis odium ſuæ Religionis fuiſſent exagi Transmiſerunt etiam Ratisbonam Corpus Evangelicorum literas, in bus ſua conventicula diſturbari ſuæ tæ exercitia impediri, & quosdam carceres raptari aliosque proſcrib runtur, in ſuæ inſcitiæ favorem nullos S. Scripturæ textus capill trahunt, eosque tam abſurde, im prie & diſtorte applicant, ut lector reat, an ſtolidam pertinaciam det tur, vel inſcitiæ miſereatur, aut rum ineptias riſu explodat: Simu inſuper, ſe ardentiſſimo Lutheri tam amplectendi deſiderio flagrare quantocitius calice ſitim ſuam exp valeant, denique Ratisbonenſes L tos enixe rogabant, ut Principum teſtantium deprecatione interpo vel Eccleſias, Præcones & Dei tum, prout ante centum annos ec Majores habuiſſent, in patria exerc vel ad Regionem, ubi publico ſuæ tæ exercitio frui poſſent, emigrare mitterentur.

Non minus insulsa erat eorum supplicatio ad ipsum etiam Cæsarem directa, in qua exponebant, se a Comite Serrau, duobus PP. Capucinis, aliisque Salinarum Administris fuisse admonitos, ut seposita hypocrisis larva ore & opere vel Catholicam fidem amplecterentur, vel ex Austria emigrarent, se intimo cordis dolore affici, quod tamdiu contra Christi, & D. Pauli præceptum, Dei Verbum palam profiteri erubuissent, nunc vero suorum tredecim, eoquod a Lutheri dogmate nullo pacto amoveri vellent, Lincium abductos in Transylvaniam emigrare jussos fuisse, eo autem ob futuræ vexationis metum proficisci noluisse, sed supplicasse, ut eorum tres vel quatuor cum Cæsarea sua Majestate colloqui, atque ex ipsius ore tale mandatum percipere possent, ceteroquin obtemperare paratissimi: se in rebus politicis debitam suis Superioribus obedientiam & fidem semper præstitisse, in rebus autem fidei se potius Deo quam hominibus obtemperare esse obstrictos. Se quidem ab ipsis Cæsareis Administris summa benevolentia Neoburgi exceptos, & cum suis uxoribus ac prolibus tuto ac maxima liberalitate in Transylvaniam deductos fuisse, facta pollicitatione, de plena sectam profitendi li-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

bertate, & Cæſaris patrocinio: ſe ja
rogare veniam ob pertinaciam, qua
hanc Regionem transmigrare recuſa
ſent, nunc vero maximas referre gra
tes ob immenſa beneficia a Cæſare pe
cepta, eidemque totique Cæſareæ Do
mui felix fauſtumque Regimen, vitam
& ſalutem, necnon Davidis pietatem
Salomonis ſapientiam, & Samſon
fortitudinem adverſus impios illius p
ſtes a Deo precari &c. Atque expo
re, ut Auſtriacæ Domus inimici
fundantur, ſicut obſtinatus Rex Pha
rao in mari demerſus eſt & ſicut
vocem Joſue ſol usque ad hoſtium
ternecionem ſubſtitit, & Rex Hiſi
per Angelum exterminatorem centu
octoginta quinque Aſſyriorum millia
una nocte interfecit, ita &c. Hæc Em
grantes Auſtriaci in literis ad Cæſarem
datis exponebant, longe aliter vero
Proteſtantes ſcribebant hi Apoſtatæ
Bohemia, Carinthia, Styria, Sileſia
& alibi degentes; nam frequenter
malitioſe confictas vexationes, atque
injurias ipſis illatas Proteſtantibus Le
gatis Ratisbonæ agentibus exponebant
hinc Menſe Martio ibidem concluſum
eſt, Auſtriacos Legatos tam Ratisbonæ
quam Viennæ agentes eſſe rogandos,
ne hisce flebile emigrandi beneficium
adeo difficile redderetur, nec ipſis in
patria

patria privatum Religionis exercitium tam ſeveris pœnis inhiberetur. Ipſe etiam Danckelmanus Bouruſſiæ Regis Orator apud Cæſaris Miniſtros querebatur, quod hi fidei Catholicæ deſertores in Bohemia durius haberetur, & quidem eo tempore, quo Principes Acatholici ad incrementum Auſtriacæ Domus haud parum contuliſſent, quapropter hic Orator rogabat, ut Cæſar his apoſtatis aut liberum ſectæ exercitium, aut emigrandi beneficium indulgere velit. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XXIX.

Prætenſæ Emigrantium vexationes falſitatis convictæ.

Nil ſolemnius eſt transfugis atque apoſtatis, niſi quod confictis vexationibus, quas a ſuis Principibus Catholicis injuſte exantlaſſe comminiſcuntur, ſuam perfidiam colorare nitantur: Eo artificio pariter utebantur Emigrantes tam Salisburgenſes, quam Auſtriaci, qui, ut Proteſtantium miſerationem, & patrocinium, necnon beneficas illorum, ad quos tranſierunt, manus ſibi conciliarent, ſcommata in Eccleſiam, Sacerdotes, Principes, & Catholicos præcinentibus Prædicantibus, velut

Sæc. XVIII. A. C. 1735. psitaci sine rubore effutierunt, & se omni vexationum genere ob Religi nem recens adoptatam oppressos fuis sine fronte mentiti sunt: Inde itera Protestantium querelæ adversus Pr cipes, a quorum fide & obsequio p fidi defecerunt, oriebantur; nec igitur erat, ut facti veritas, atque nocentia universo Orbi patesceret; fine Salisburgensis Princeps atque chiepiscopus promulgato sæpius di mate testatum reddidit, illos, qu mulcta pecuniaria, aut carcer fustigationis pœna fuere castigati, latenus ob mutatam Religionem, propter seditiosos motus, iteratam fectorum librorum invectionem, lec nem, Conciones, & populi sedu nem omni tempore & lege prohibi pœnas dedisse. Pariter hoc anno quarta Aprilis Excellentissimus Co de Goes Cæsareus Carinthiæ Præ tus Emigrantium calumnias datis Ratisbonensia Comitia, ac Baron de Palm Cæsareum Directorialem gatum Clagenfordia literis confuta atque in veritatis subsidium testa reddidit, primam ejus sollicitudi eo abiisse, ut neminem *ob Religion* sed duntaxat *de seditione aut aliorum ductione convictos*, proin publicæ pa per Rebellionem turbatæ coriphæ

ple

plecti, e contrario Juventutem in fide Catholica tam probe instrui juberet, ut hi sano judicio veram a falsa Religione discernere, ac seligere possent, quin propterea Cæsari imputari valeret, ipsum velle in suis Provinciis Religionem Acatholicam, ejusque exercitium tolerare, cum satis superque notum esset, quod hujates Acatholici ex insigni petulantia, & mera inscitia a fide defecerint, & Cæsar per innatam suam Clementiam, infelicem horum sortem commisereatur, quamvis aliunde non pauci tumultuantes nunc sicut jam olim in tantas prolapsi sint insolentias, quales Imperii Principum nullus ea, qua Imperator, mansuetudine dissimularet. Sæc. XVIII. A.C. 1735.

His præmissis Præfectus addebat, se brevitatis studio, prætermissis enormibus excessibus præterito sæculo, & triginta abhinc annis, prout publica acta testantur, perpetratis, duntaxat recolere calumnias, scommata & blasphemias Christiano indignas contra fidem Catholicam effusas, sacras imagines stercore in publicis plateis contaminatas, contemptus ac irreverentias Sacro Viatico ad ægros delato factas, horrendas dejerationes adversus Catholicos in publicis popinis accumu-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

latas, Sacrumque Missæ Sacrificiu
ceu idololatriam, atque abominati
nem a petulanti rusticorum factione d
risum &c. quinimo hos Rebelles aut
fuisse, publica Religionis Acatholic
exercitia propria auctoritate inveher
suosque deputatos ultra sex octo, & d
cem leucas ad integros pagos & op
da ablegare, non tam ut incolas ad
ctæ suæ societatem sollicitarent, qu
ut aucta suorum factione Principi
legitimo validius sese opponere po
Postea Præfectus ad notoria eorum
mina descendit, atque enarravit
Quod Pœlandiæ, Niggelstorffii & W
sterinii in tres Catholicorum Eccle
vi irruperint, ac ferme trecenti u
agmine irruentes contra omnes Imp
rii Constitutiones proprio Marte
fectæ actus publice exercuerint.
Quod spreta sacra & profana potest
palam effutierint, Catholicos sacrifi
los neci esse dandos, Nobiles & Præ
res eiiciendos; unde crescente eor
petulantia vix Prætorum ullum a mo
tis periculo securum fuisse: Nihilom
nus dissimulatis his omnibus, dum
xat coitiones & conventicula public
status quieti noxia fuisse prohibita, d
cetero, ut gravamina ab eis propos
tollerentur, a Cæsare mandatum
interim publico proclamate prohibitum

ne alios seducere attentarent. III. Quod vilipenso hoc interdicto suas continuarint coitiones, quarum duo Antesignani die vigesima secunda Octobris custodiæ dati mox tamen die decima quarta Novembris dimissi sint. IV. Quod hanc Cæsaris Clementiam interpretati sint, perinde acsi injuste fuissent vexati, ac propterea anni prioris die decima quarta Julii intra octo leucarum districtum cum vicinis rusticis conjurationes & fœdera injerint; Ecclesias vi infregerint, & publica suæ sectæ exercitia ubique invexerint. V. Quod, cum per invictam Cæsaris moderationem nonnisi prius interdictum fuisset innovatum, & hi rustici serio admoniti ac castigati, non tamen alieno damno sapere voluerint, sed abjecta omni obsequendi voluntate suas factiones auxerint, & veluti Republica inter se conflata nulli Principi nullique ejus Administro debitam obedientiam præstiterint. His recensitis Comes exposuit, quod non obstantibus tot sceleribus, usque in hanc tamen diem nullus ob solam Acatholicam fidem custodiæ datus aut minima pœna mulctatus fuerit, sed horrenda prorsus facta, quorum integer catalogus ex actis publicis exhiberi posset, exemplo hactenus inaudito fuerint dissimulata. Tandem

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

vero, prosequebatur Comes, ratio sta
tus depoſcebat, ut quatuor ex illorum
Deputatis, non propter Religionem
ſed ob conjurationes die decima quart
Julii comprehenderentur, præt
alios quosdam, qui anno priori con
ceſſa Principis gratia abuſi ſunt,
præprimis ille, qui centum aliis facib
ſis ſtipatus, Feiſtrizenſem Parochu
hoſtiliter invadere attentabat, & a
tres, qui violata publica pace Eccl
ſiam præfatam violenter infregerun
ac denique quatuor illi, qui Præcon
officio fungentes, publica ſectæ exe
citia facere præſumpſerunt. Cum si
pariter cuſtodiæ datus eſt Michael Be
ger, qui ſenio venerabilem Parochu
ad S. Baternionem cum quadragin
ſuorum cohorte aggreſſus, illum in
pactis in faciem alapis usque ad ſan
guinis effuſionem verberavit. Hi dum
decim tumultuantes, quamvis ob ta
ditiones capitis pœnam fuiſſent prom
riti, nihilominus ex ſingulari Cæſar
clementia die prima Octobris una cu
militum ſupplemento in Tranſylvaniam
deportati ſunt, ubi non modo optim
habiti, ſed inſuper ad eorum vota ſin
ulla comminatione ſuas mulieres, &
adultas proles recepere: Cum autem
duodecim ex his Emigrantibus fall
Ratisbonam perſcripſiſſent, quod ea
rum

rum plures ferro & catenis onusti abducti fuerint, Præfectus hoc mendacium confutavit, asserendo, quod anno priori mille ducenti sexaginta sex, & hoc anno ferme totidem militiæ tyrones ex Carinthia ad supplendas legiones fuerint selecti, & ex his quidem ad summum septuaginta quatuor se Lutheri sectam amplecti declararint, atque inter eos fuerint præfati duodecim Ratisbonensis mendacii Architecti: quosdam vero milites conscribi, nullam pœnæ speciem referat, eoquod hoc cuilibet Principi integrum sit, & præcipue in Carinthia, ubi strumosorum & aliunde inhabilium maximus est numerus, proin habiles seligere necesse est: aliunde vero hi omnes ne uno quidem momento in vincula conjecti fuerint, sed ductore Diverrio Neuburgensis legionis Locumtenente libere Mediolanum abducti: Referebat quoque Comes, quod Ortenburgensis Prætor duodecim ejusmodi tyrones submittere jussus, quosdam de variis delictis, iterata contumacia, ac inobedientia convictos militiæ tradiderit, hi autem lubenti animo obsecuti sint, proin illis nulla vis illata:

Sæc. XVIII. A. C. 1733.

Postmodum hujus Provinciæ Præfectus calumniam de ablata conscientiæ

Sæc. XVIII. A. C. 1735

tiæ libertate refellendam aggressi demonstrabat, Cæsarem quidem Re gionis Acatholicæ exercitium toler nolle, nec ad id adstringi posse, tra fugos tamen subditos eorumque mul res sine ulla comminatione fuisse dim fos, etsi contra hosce petulantes & exteros Principes recurrentes, & triæ legibus repugnantes jure anim vertere potuisset; eorum tamen imp beres proles sine omni vi aut coacti unice ideo fuisse detentas, quia ea Matres de prospero Maritorum informatæ iter suum tanta festinat maturarint, ut illæ tam cito in Tr sylvaniam mitti haud potuerint, transmittendæ, nunc autem apud tores largiter habitæ. Catholicor quidem Parochorum defectum fu suppletum horumque Pastorali vigil tia ex rudibus hisce tumultuantibus paucos ad fidem obsequiumque re catos, & a Mense Julio nullum om no ad Lutheri castra transiisse, qu imo plurimos suam in vera fide ini tiam deplorantes, omni die mag numero ad Ecclesiæ gremium sponte versos esse, nullum ergo dari locu querelis de vi conscientiæ illata. his falsitatis convinci I. quod omni plures ad sectam transeant, cum ju per novem Menses nec ullus de ejus mo

modi tranſitu cogitarit, ſe ex mera ig- Sæc. XVIII.
norantia dubium in fide habuiſſe, una A. C. 1735.
omnes fateantur, & ſingulis diebus plusquam ſeptuaginta in Eccleſiis publice fidem Catholicam profiteantur, imo etiam in ſilveſtribus pagis habitantes, qui Eccleſia carebant, nunc (exceptis tribus vel quatuor Coriphæis) Eccleſiam & Catholicum Paſtorem expetant, quorum etiam votis proxime fiet ſatis. II. Quod plurimi ob Religionem comminata narium auriumque abſciſſione ac exilio mulctati fuerint; nam ſolus Michael Rainer perditæ vitæ ac temulentus Vir die quarta Martii Tranſylvaniam delatus eſt, quia duorum filiorum Privignus eos, & Patrem ſuum agonizantem ſeducere, ipſus eidem Sacramenta adminiſtrare, & Sacerdotes Catholicos, præter alia ſcandaloſa facta, vi abigere attentavit: quæ de Matthæo Grueber ſparſa fuiſſent, omnino ignorari; Matthæus vero Hübel ejusque Frater Petrus Franckenbegius, & Loyber, ob frequentiſſima conventicula, magno numero & nocte habita, ob ſeditioſas conciones, & divitum etiam ruſticorum ſeductiones ac ob immiſſos libros Lutheri veneno infectos ſine ulla alia moleſtia in Tranſylvaniam emigrarint, Chriſtianus vero Mauer Sutor, ſponte militiæ nomen dederit,

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

dederit, & Martinus Graf & Joan
Ortner necnon Jacobus Prauner qu
vis ob concitatos tumultus grav
pœna dignissimi essent, sine ulla tamen
positione militiæ adscripti fuerint.
Falsum quod abductorum bona fue
conscripta: ædes venditæ, & pecu
ac emptionis instrumenta vi ablata
quippe hæc conscriptio ideo facta
mulieribus discessuris relicta bona
possent, de auferendis instrumen
somniatum quidem. IV. Quodi
ternionensi Pago plures currus o
ratis onusti abducti fuerint, Jac
Schmolingerus per biennium in car
contabuerit, pari supplicio Geo
Perger, Nicolaus Moser, Mar
Auffenklamer, Christophorus L
& ob Religionem Gramilingus
ctati: Falsa hæc esse ostendit Pra
tus, quia his curribus Emigran
uxores ex pago suas suppelle
abuxerunt, Schmollingerus autem
ligionem Catholicam Clagenfordiæ
fessus ob alia delicta ad opus publ
condemnatus, Georgius Pergerin
cto *fractæ urphedæ*, & ob corrasas
tas pecunias ex seductionis quæstu
stas, Auffenklamerus & Moserus p
ter conflatam seditionem, Gram
gus ob furtum & violatam Urphed
Logleus ob incæstum criminali p

fuerunt caſtigati & in Tranſylvaniam obtenta libertate abducti. V. quod ex Carinthia emigrandi facultas eis fuerit interdicta, hoc autem falſum eſſe patuit, quia intra ultimum quadrimeſtre omnino viginti quatuor ruſtici libere abierint, eorumque relictæ uxores ex Præfecto ſciſcitatæ fuerint, an ſi reverſuri eſſent earum Mariti, denuo ſuis bonis frui poſſent? quibus affirmando reſponſum eſt. Sæc.XVIII. A.C. 1735.

His ita declaratis Præfectus querebatur, quod Ratisbonæ ſtudioſe ac impune alerentur Emiſſarii, qui identidem libros peſtifero dogmate turgidos in Carinthiam invehunt, & populos ſeducunt, cum tamen, ſi Catholici ejusmodi Miſſionarios ad concitandos Proteſtantium ſubditos emitterent, ac conducerent, absque omni tergiverſatione ac judicii ſtrepitu ab eis ſevere punirentur: de cetero addebat Præfectus, optandum foret, ut tales transfugæ, qui ob Religionis cauſſam ſibi vel minimam moleſtiam fuiſſe illatam comprobare nequeunt, Ratisbonæ non tolerarentur, ſed jure reciproco ad legitimum ſuum Principem remitterentur.

Cum autem perfidi hi transfugæ denuo novis mendaciis Ratisbonæ Corpori Evangelico imponerent, ac propterea

Sæc. XVIII. A. C. 1735

terea Proteſtantes Legati die deci nona Martii apud Cæſareos Mi ſtros quererentur, hinc ejusdem Pr vinciæ Præfectus die decima qui Aprilis cunctas eorum falſitates con tavit, demonſtrando I. falſum e quod recens quadraginta tres adoleſce tes apoſtatæ ad militiam fuerint ad ti; eoquod intra duos menſes nul militum delectus fuiſſet habitus: Falſo fuiſſe expoſitum, quod ob re torum librorum lectionem plure rint cuſtodiæ dati, libri combuſti ab igne illæſi &c. nam numeroſa q dem & nocturna conventicula, ali de nullibi permiſſa (*), fuerint q dem prohibita, neminem tamen, vel ſolus, vel cum ſuis Lutheran librum legit, vel minimam pœnam diſſe, nec ei unquam niſi in priv co

(*) Gothanus Princeps anno 17 Baruthanus Marchio anno 1733. aliique Pr cipes Acatholici in ſuis ditionibus privata ſ etiam Religionis conventicula Erbauung Stunden, haberi ob pericula publica, & ſcan dala prohibuerunt, & Princeps Catholic alienæ Religionis conventicula, ſi haberi pr hibet, tanquam Religionis inſectator accu tur?

conventiculis libros fuisse ablatos illos autem libros, qui clam fuerunt combusti, fuisse ab eis vel sponte oblatos, vel a Catholicis coemptas, nil autem magis mirum esse, quam quod Protestantes ad miracula confugiant, comminiscentes, quod libri pestiferi in igne illæsi remanserint, & quia nullo pacto comburi potuerunt, eos in frusta discerpi, necesse fuerit; Ast ad extirpandos hosce libros plane nec miraculo nec mendacio opus fuisset: III. Mulierem triginta plagis ob Religionem fuisse castigatam, omnino ignorari. IV. Confictum esse, quod uxores carceri datæ, & impuberes infantes retenti & ad fidem Catholicam coacti fuerint, quippe uxores ultro & cum tanta festinatione in Transylvaniam mitti petierunt, ut interim impuberes proles apud Tutores educari efflagitarent; quod autem infantes, qui *nec velle nec nolle*, habent, in Catholica fide educentur, id Provinciæ conditio exigat, quia ibi dudum ante annum decretorium præter Catholicam nulla alia Religio fuit tolerata. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XXX.

Austriæ superioris Emigrantium calumniæ pariter confutatæ.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Haud minori petulantia Salinar
Operarii ſupra Aniſum habitan
ad Corpus Evangelicorum ſeu pot
ad Proteſtantium Principum Lega
Ratisbonenſes ex Parochia Goyſern
quosdam die vigeſima ſexta Febru
ablegarunt, unacum epiſtola, in
ſe ob Religionem maximis calamit
bus affligi mentiebantur. Hujus
epiſtolæ extractum Carolus Baro
Palm Auſtriaco-Burgundicus Dire
rialis Legatus ad Comitem de
heim hujus Provinciæ Præfectu
quinta Aprilis transmiſit, ut in
ritatem inquireret, oppreſſionem,
eſſet, tolleret, vel ſi falſa fuiſſent expo
referret, ut quicquid ab hiſce transi
relatum, ne ſpeciem quidem veri
habere, Proteſtantibus oſtendi po
Perlecto hoc excerpto Præfectus
craſſa non minus ac proterva me
cia ab hiſce fidei deſertoribus fuiſſe
cogitata eo magis mirabatur, quo
nignius jam ante quatuor Menſes
perator illis privatum ac domeſtic
ſectæ ſuæ exercitium connivendo
dulſerat: Hac tamen gratia, per
bebat Præfectus, haud contenti hi
tinaces, inſuperhabito Cæſaris ma
to ac interdicto publica conventic
habere, atque in eis vetitos libros
gere, & neſcio quas preces decan

re præsumpserunt; & quamvis petulantiores tanquam Cæsarei mandati contemptores custodiæ dati fuissent, ceteri tamen palam convenire, & sine fronte declarare non abhorruerunt, frustra sibi hæc conventicula prohiberi, sed eis vel publicum Religionis exercitium, vel ad exteras Protestantium Regiones emigrandi copiam esse dandam. Sæpius Cæsari fuisse propositum, ajebat Præfectus, an non foret consultum, ut saltem magis obstinati, ac malitiosi in Transylvaniam compensatis eorum bonis, mitterentur, aut innupti de conventiculis, & ceterorum Catholicorum seductione, Cæsarei mandati contemptu, ac de carnis vitio, quod inter hosce apostatas velut Religionis suæ tessera frequentissimum ac ferme commune est, convicti, in militiam nomina dare, juberentur: Cum autem ad hoc nondum Cæsareæ Commissionis declaratio fuisset facta, hos in sua pertinacia obfirmatos perstitisse, referebat Præfectus, qui eorum mendacia Ratisbonæ exposita refellere aggressus, præcipue falsissimum esse comprobabat. I. Quod in infantium suorum Baptismate eis non concedantur Patrini. II. Quod ex hæreditate illorum, qui in Transylvaniam emigrarunt, tributum fuerit exactum; ad primum enim respondit, nullum circa Patrinos a Cæsare interdictum

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

fuisse factum, Episcopum vero Pas vienſem duntaxat præcepisse, ut Pat norum Lutheranorum nomina Bapt mali libro non inscriberentur, sed ta tum *ut testes* admitterentur, & æditu Patrinorum loco responderet, ejusq nomen præfato insereretur libro: al ram vero criminationem diluit, osten dendo, quod Imperator his emigran bus ad eorum petitionem transitus pr stationem clementissime remiserit, autem fors (quod tamen ignora Wildensteinensis Prætor eam exeg immerito Lutherani quererentur, q jure omnibus communi ex migrati subditorum ejusmodi præstatio Prin pi debetur &c.

§. XXXI.

Continuati Corsorum tumultus.

Insuperhabita conventione anno pri cum Genuensibus, sponsore ipso Ca sare inita Corsi hoc anno rebellion flammas latius fœdiusque propag runt; præprimis ergo ductoribus Gia sto & Petro de Ornano Vescovati mu menta, ex quibus nuper deturba erant, rursus occuparunt, totamqu Bolognæ Provinciam suis armis subje cerunt: Nec in his auspiciis stetit Cor sorum

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

forum animositas ad excutiendum alieni imperii jugum obfirmata; cum enim Genuensis Senatus Deputatos in Corsicam ablegaret, qui consuetum colligerent tributum, Corsi non modo hos ægris oculis aspiciebant, sed etiam Russinensis Vallis incolæ in eos, cum vim adhibere vellent, facto impetu unacum eorum militibus captos abducebant. Ea res summopere afflixerat Bastiæ Gubernatorem, qui novos hosce tumultus tempestive suppressurus cum trecentis præsidiariis in Rebelles irruit, adverso tamen marte pugnans cum omnibus suis impune captus est. Hoc successu Corsi animosiores facti Cortense castellum Mense Aprili obsidione cingunt, ac reportata inde præda longe pinguissima illud expugnant, pacta præsidiariis vitæ gratia. Cum ergo Genuensibus omnia prorsus adversa fluerent, & aliunde seditiosis auxiliares cohortes & arma clam ab Hispanis submitti metuerent, hinc denuo Petrum Marcum Giustinianium, & Hugonem de Fuesco Legatos Mense Augusto ad rebellionis capita decrevere, qui cum eis de reddenda pace, novisque concordiæ articulis paciscerentur. Attamen horum suasionibus ferme nihil profectum, Genuenses enim de prætensis suis juribus parum remittere,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

voluerunt & Corsi omnem transactionem reſpuerunt, niſi prævie omnia eis privilegia ac libertates redderentur, cuſtisque Inſulæ Epiſcopatibus indigeæ præficerentur. Præterea petebant, captis omnibus in libertatem aſſeæ quoddam armamentarium eorum teſtati traderetur, & pacificationis ticuli auctoritate & fide cujusdam tentis Regis firmarentur: Has cotiones cum Genuenſis Senatus nimis aſperas, minusque decentes foræ traretur, ſuos pariter Legatos reæ bat. Paulopoſt conſtante fama, fide dignorum ſermone divulgatum nil propius, certiusque eſſe, quod Hiſpani laboranti Inſulæ valiſuppetias mitterent: quapropter nuenſis Senatus nulla mora Joannem Lucam Spinolam & Octavium Grimdium Oratores ablegavit, qui Coæquiores concordiæ leges proponeres nec tamen horum magis proſpera epacificatio; Corſi enim in Reipublipromiſſis tutam ſibi fidem nunquafore rati, priſtinis ſuis poſtulatis mius inſiſtebant, concepta exin fidequod quidam Hiſpanæ legionis Tribunus unacum pluribus inferioris gradCenturionibus tum ad eorum catranſiret, ac quingentos Sclopos aveheret: Inde Corſi ampliora ſibi po

licit

liciti, in pluribus locis Hiſpani Regis vexilla erigunt, Orticone Canonico Madritum miſſo, Regis opem implorant, ſuæque Inſulæ dominium eidem offerunt. Cum autem ea tum eſſet temporum iniquitas, ut alienis novisque turbis ſeſe ingerere, haud conſultum cenſerent Hiſpani, accepta repulſa Corſi excuſſo omni jugo proprium Regnum erigere, novumque ſibi, qui illud gubernaret, Senatum conſtituere decernunt: Eo fine viginti duas imperii ſui fundamentales leges ſanciunt, in ſupremum belli Imperatorem nominant Aittilium, qui inter Rebellionis capita ceteris rei militaris ſcientia præſtantior erat: Huic Senatores adjungunt Cicaldum, Paolaum, Giafferium, Fabianium, Arrighium & Coſtam, Rivarolam vero militiæ Præfectum dicunt: Rebus ita conſtitutis bellum adverſus Genuenſes velut capitales hoſtes ſuos, omni vi & ferocia proſequuntur, ac quoscunque infauſta ſors eis in manus dederat, vel ad ignominiam veſtibus exutos, nudosque per caſtra raptant, aut in fruſta concidunt; continuata rabie Polludellanam arcem expugnant, & quocunque demum hoſtilibus ſuis armis perrumpunt, omnia ferro flammaque vaſtant, campanas in belli tormenta fundunt, & mille ſclo-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII A. C. 1735

pos cum ingenti plumbi ac pulve
nitrii copia ab exteris ſubmiſſa in ſu
diſtribuunt, ad unum omnes extre
quæque potius, quam Genuenſium
rannidem tolerare parati: Acue
enim haud parum animorum aſperi
tem violentiſſimum in Corſos imperi
Felicis Pinelli Gubernatoris, qui pr
terea officio amotus, die undeci
Februarii non ſine maxima indigna
ne Genuam reverti juſſus eſt. Su
ceſſerat eidem Paulus Joannes B
Rivarola, in quo magna erat le
mollisque ad deponendam offenſion
indoles. Hic nullum non movit
pidem, ut exaſperatos Corſorum
mos placaret, & precibus ac pro
ſis ad ſaniora reduceret conſilia.
luit etiam non parum ad optati ſucc
ſus ſpem inteſtinum, quo inter ſe
rabant ſeditionis Coryphæi diffidiu
quod novus Gubernator in rem ſu
dextere vertit, & ex Primoribus
nullos mirifice ſibi conciliavit. Ver
bene cæpta intempeſtiva evertit a
gantia Genuenſium, qui ſi ad præſc
tas Corſorum conditiones reſpon
dare, dignarentur, ſuæ Majeſtati
nitatique plurimum derogatum iri ce
ſebant. Ea tum erat Corſicani tum
tus facies usque ad annum ſequente
quo ob reſtrictam Gubernatoris faculta
tes

tem Genuenſium res in pejus ruebant, tantamque Baſtiæ præſidiariis trepidationem ingerebant, ut extra arcis mænia copias in aciem producere non auderent. Inde vero Corſorum animoſitas adeo excreverat, ut cum Rivarola Gubernatore acturi, duras admodum hasce concordiæ leges pro ſummo Imperio dictarent. I. Nullum aliud Genuenſi Reipublicæ reliquum ſit jus in Inſulam, niſi ut ad exigenda conſueta tributa, tuendam incolarum libertatem, & ad dijudicandas capitales cauſſas Protectores ablegare poſſet. II. Civiles cauſſas cognoſcendi jus, respublica Genuenſis remittat, utpote quas Senatus a Genuenſi nullatenus dependens Baſtiæ deinceps decidat. III. Inter utramque partem conveniatur, quot copias Respublica in Inſula alere, ac quænam loca præſidiario ſuo milite munire intendat. Verum Genuenſes, cum hæc pacta haud toleranda crederent, aliunde vero exteri Principis opem ſibi polliceri non poſſent, habito ſuorum delectu armis obedientiam extorquere decrevere: Corſi autem rapido victoriarum curſu univerſam pene Inſulam emenſi munitiſſimam Campoloranam arcem expugnarunt, & Sancti Peregrini propugnaculum appoſito quatuor millium agmine cinxerunt. Nil

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

equidem intentatum reliquerat Riva-
la Gubernator, ut infestos Corsor
progressus sisteret; ast ubi vel maxi
nervos, omnemque industriam
bellicum apparatum intendere
perat, novam faciem Corsicanæ
induebant; die enim quinta Ap
Bastia nuntiatum, Anglicano nav
ad Alerianum Corsicæ portum ap
sum fuisse Principem, qui coccinam
gam pellibus mustelæ Scythicæ
tam indutus, ac duobus Admi
Secretario, Confessario aliisque
decim famulis stipatus decem ma
molis machinas bellicas, quater
sclopos, magnumque belli & frum
apparatum, nec non plures cistas g
mis, & duobus ut fertur, millio
bus Thalerorum refertas secum att
Quo genere, qua domo, & patria
bilis hic Advena esset, diversa diver
rum erat opinio, alii Ragozzium P
cipem, alii primæ Nobilitatis Angl
a Prætendente emissum, alii Rip
dam vel Bonnevalium, aut famos
illum Alchymistam Baronem de Syb
esse conjectabant: id magis certum
debatur, quod Religione Catholic
nomine Theodorus, patria Westph
lus, & ex stemmate de Neuhoff ort
esset. Hunc Corsicæ gentis Primo
summis honorum testificationibus e
cipia

Sæc.XVIII. A. C. 1735.

cipiunt, primo excellentiſſimæ Dominationis, poſtea Pro-Regis titulo decorant, ac demum libero in campo Corſicæ Regem eligunt, & viridi corona inſigniunt, præmiſſa tamen capitulatione, quæ novemdecim articulos complectebatur, ex quibus primus his verbis conceptus erat: *Theodorus Baro de Neuhoff in Monarcham, primumque hujus Regni Regem electus ſit, ea tamen lege, ut non modo ipſe ad dies vitæ, ſed & ejus poſteri maſculi, attenta nativitatis lege, & ætatis ordine, & deficientibus maſculis hæredibus, ejus Filiæ juxta præfatum ordinem regnent, & omnes tamen in hoc ſolio ſuccedentes Religioni Romano-Catholicæ ſint addicti, & ſicut præfatus Baro in Regno ſedem figat, ita & illi.* Quinto autem articulo decretum, ut Rex, ejusque Succeſſores ex Corſis fidelioribus ac dignioribus Aſſeſſores habeat viginti quatuor, quorum tres ſemper in ejus Aula verſentur, & ſine eorum conſenſu Rex nihil gravius tam circa pacem quam bellum ſtatuat: Reliquis articulis potiſſimum petebantur Genuenſes, quos Rex proſcriptis eorum bonis toto Regno exeſſe jubeat, tributa & exactiones imminuat, Academiam & Ordinem Equeſtrem in Regno erigat, ad honores & officia nonniſi Corſos evehat, ac denique ultra mille ducentos

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

tos milites exteros ne introducat. &c. Quamprimum ergo personatus hic Re Regiminis sui comœdiam sat lepida exhibere cœperat, novos Comites Marchiones, & Barones, quibus præcipua Regni munia tribuerentur, creavit & quidem Comitum dignitate aux Costam, Cefforium, Arighium, Fa ianum, Jacobitomum, Taglione & Castimettam: Marchiones vero de xit Matram, Giafferium, Aitellium Paolium, rebellionis Coryphæos, & suo Rege haud impares Administros ex ceteris Theodorus Equestrem consti tuit Ordinem, & ne quid Regiæ Majestatis juribus deesset, monetandi facultate usus, & nummos aureos cudi fecit, quorum recta frons imaginem Regis cum hac epigraphe: *Theodorus Dei Gratia unanimi consensu electus Rex & Princeps Regni Corsici* præseferebat, in postica autem parte hoc lemma præ sebatur: *Prudentia & industria vincitur tyrannis*: argenteæ etiam monetæ cu debantur, in quarum adversa fronte erat corona tribus palmis intertexta in ejus medio literæ: T. R. in aversa au tem facie hæc epigraphe: *Pro bono publico Corsico*: aliæ novæ ejusmodi monetæ erant signatæ effigie Beatæ Virginis sine labe conceptæ cum hac inscriptione: *Monstra te esse Matrem*: in

adver

adversa autem parte hæc verba: *Theodorus Rex Corsicæ*, unacum hujus Regni insignibus. Ita unica dies, ex rebellionis ovo recens excluſit Regem, Comites, Marchiones, Senatores, & novam Majestatem. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XXXII.

Theodori scenici Regis Corsicani effigies a Genuensibus adumbrata.

Inexspectata ignoti hujus Advenæ fama Genuenses vehementer perculit; bellicus enim, quem secum advexerat, apparatus, ingens auri copia, & validioris adhuc auxilii pollicitatio haud levem metum ac suspicionem ingesserat, hunc hominem, in Genuensis Reipublicæ excidium a potenti quodam Rege fuisse submissum: Ut ergo ab hac formidine nonnihil respirarent, summam curam, studiumque adhibent, ut in hujus Viri cognitionem, & latentis consilii notitiam pervenirent: Nec sedulæ inquisitioni defuit desiderata relatio; quippe acceptis undique literis compererunt, umbratilem hunc Regem nonnisi privatæ conditionis hominem, temerarium fortunæ affectatorem, fraudibus totum ac fallaciis consutum:

Sæc. XVIII A. C. 1735.

sutum: Ut ergo Genuenses detra
hujus Viri larva Corsos ab ejus ob
quio ac fiducia abstraherent, oppi
necessarium duxere, publico diplom
te ad eos transmisso, ac in publi
compitis affixo haustam rei notitia
cunctis patefacere: Die ergo nona M
Genuensis Dux, Gubernatores ac D
publicæ Procuratores expostuerunt,
bi innotuisse, quod quidam homo
ciem Asiatici vestitus referens, cu
bellico varii generis apparatu mercato
ria Anglici Naucleri Dickii nave Li
rianum Corsici Regni portum tenuer
hunc vero exscensione facta hujus
puli amorem sibi conciliasse, alias
que armis, pulvere nitrio &c. & p
fusis pecuniis, factaque validioris a
xilii pollicitatione Regni subditos h
usque non sine magna sollicitudine
saniora animatos, novis tumultibu
ac consiliis publicæ tranquillitati co
trariis concitasse. His præmissis re
rebant, se ex indiciis ac testimon
side dignissimis notum habere, hu
Advenam patria Westphalum, in Co
sica Theodorum Baronem de Neuh
vocari, & variis in locis se Alchym
stam, & plurium arcanorum jactita
peritissimum, cetera nonnisi errabu
dum, & huc illucque vagari assuetu
varia, plerumque sinistra fortuna ja
tatu

tatum fuisse; anno enim Christi supra milleſimum ſeptingenteſimo vigeſimo nono Pariſios delatum, relicta conjuge & filio plurimas Regiones ſub ementito nomine ac patria, peragraſſe, Londini ſe Germanum, Liburni Anglum, Genuæ Suecum, nunc Baronem de Napoer, nunc de Smibmer, jam de Niſſen, aut de Schmitberg fuiſſe mentitum: hac nominis ac originis falſificatione ac diverſarum fraudum ope ex aliorum marſupio vitam ſuſtentaſſe, atque in Hiſpaniis anno hujus ſæculi vigeſimo ſeptimo pro conducenda legione commiſſas obliguriiſſe pecunias, ac demum fuga dilapſum varias Nationes tam dextere ludificaſſe, ut ejus fraudulentiæ ipſo adhuc præſente remanerent occultæ, ac primum arrepta fuga manifeſtæ fierent, id patere ex Germani Nobilis epiſtola Ulyſſipone die vigeſima Februarii hoc anno data: hac etiam arte ipſum a quodam Liburnenſi Nummulario quingentos quindecim aureos accepiſſe, facta pollicitatione, hanc ſummam Coloniæ eſſe refundendam, detecta autem fraude ipſum cuſtodiæ fuiſſe datum: quodam autem Nauclero ſponſorem agente inde libertati redditum Liburno Tunetum aufugiſſe, ibidemque Medicam artem profeſſum, & bellico apparatu inſtructum, ex

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A C. 1735

ex infidelium ſuaſu unacum Chriſtophoro Bongiorno Tunetano Mediatribus Turcis, duobus Liburnenſibus patria exulibus, & quodam Portu-Feraienſi Sacerdote inde ejecto Corſicam veniſſe; ex hisce relatis Senatus concludebat, omnino declarandum eſe, nominatum Theodorum Baronem de Neuhoff, eoquod Corſicam gubernandi, & Reipublicæ ſubditos a legitimo ſuo Domino malitioſe alienandi ſibi arrogaſſet, timendumque foret ex perverſis ſuis conſiliis, majora adhuc mala, ac tumultus inter populum excitaret, tanquam novæ ſeditionis, turbarumque Auctorem, tranquillitatis publicæ perturbatorem, læſæ Majeſtatis reum, omnique ſupplicio per patrias leges ſancito obnoxium eſſe, ac proinde terea nulli licere, cum hoc Viro conſortium habere, illos vero qui ei opem auxiliumque præſtare, aut ad popularem tumultum & ſeditionem concitandi gratia ejus partes ſequi præſumpſerint, pariter tanquam læſæ Majeſtatis, & perturbatæ pacis publicæ reos fore, ſeverisſime plectendos. &c.

§. XXXIII.

Ejusdem Theodori fata.

In

Insuper Senatus promulgato edicto mille aureorum, qui hunc impostorem mortuum, & bis mille, qui vivum sisteret, sanguinis pretium constituit: Hæc tamen terriculamenta Theodorum adeo non commovebant, ut potius festinato victoriarum cursu Portum-veterem, Sartinam, S. Peregrini urbem, Sargariolum, Ajaccium, Nebium aliasque Civitates armis subiiceret, ac intra breve temporis spatium potissimam Insulæ partem occuparet. Hoc successu ferocior factus, omnium eorum, qui adhucdum Genuensium imperio parebant, bona immodicis exhausit exactionibus, Reipublicæ vero prædia omnia suo addixit ærario, hausta inde ingenti pecuniarum vi: Nec his contentus, edictum Genuensi oppositum promulgabat, hocque tanquam nullo irritoque declarato, nihil non egit, ut omnes Genuenses tota Insula expelleret. Eo fine contra Genuensium copias crebris, cruentisque velitationibus, plerumque novo Regi secundis, in summam totius spei prolusit, & die vigesima nona Junii prope Insulam-rubram commisso prælio Marchellium Genuensem Tribunum fudit, desideratisque plusquam quadringentis fugavit: Eodem ferme tempore duas Genuensium naves, auro, armis

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

& annona onuſtas intercepit. Ho
usque omnia Theodoro proſpere flu
bant, attamen paulo poſt fortuna fa
inclinabat; præprimis enim novus
Rex Baſtiam Corſicæ Metropolin
pugnare cœpit, cum vero deficer
belli machinæ, urbem duntaxat
cumdare corona, ac demum obſid
nem penitus ſolvere compulſus eſt. H
hic ſtetit novercantis fortunæ invid
dum enim Genuenſes prope Calen
num die decima Auguſti ad præl
eliceret, cum ingenti ſuorum clad
pulſus eſt; acceſſit ad infelicitatis
mulum inteſtina diſſenſio inter Theo
rum, & Aitellium, P. Raffaele
Paolum & ceteros ſeditionis C
phæos; certatim enim alius alium
luti infauſti certaminis cauſſam,
minabatur, cum interim revera ſe
ſum quisque juſtius, pro ſua parte,
omnes in communi propriam perfidi
& cauſſæ iniquitatem exagitare pot
ſent: acrius autem Theodoro expr
rabant auxilii tam ſancte promiſſi fr
rationem, nimiamque ſeveritate
qua in ſibi ſuſpectos animadverte
præcipue enim Luccionem de Cin
cioli indicta cauſſa, & ſine judicii fo
ma ob ſolam ſuſpicionem capite ple
juſſit, cujus tamen mortem vindica
ri, defuncti amici Simonem Fabian
The

Theodori Cancellarium ex insidiis bina glande plumbea straverunt. Porro ex hisce fatis Theodorus proximum arrogatæ Regiæ suæ Majestatis excidium haud obscure sibi præsagiebat, quapropter Corsos sibi minus affectos rursus conciliare, totis viribus adlaborabat, vel ideo maxime, quia sibi compertum habebat, Genuenses de turbatis Theodori rebus, & remisso suorum in eum affectu lætos, excluso tamen personato Rege, cum Corsis de restaurandæ concordiæ pactis agere. Igitur ut suæ securitati prospiceret, aut saltem tuto evadendi spatium nanciscereture, exiguam adhuc moram sibi indulgeri postulabat, spe facta, intra hoc tempus validas se procuraturum suppetias, quæ si statuto tempore non advenirent, cunctos obsequii sibi jurati Religione solutum iri. Corsi hac pollicitatione placati, incredibili proximi auxilii cupiditate flagrabant, satis persuasi, res suas ad interitum vergere, nisi exteri Principis subsidia labantem & prope cadentem Corsicæ Insulam protinus fulcirent: Attamen jamjam præterfluxerat statum tempus, & nihil adhuc eis in Theodoro opis erat, nihil auxilii: unde afflictis, turbatisque eorum rebus, quod in melioris fortunæ, & promissi subsidii desperatione

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735. ratione proximum esse solet, mox on
nis ordinis, & pristinæ fiduciæ ac
cietatis nexus erat succisus: audieba
tur seditiosa, verbosaque jurgia cu
rixis & altercationibus, nulli tam
magis calamitosa popularis furoris ten
pestas impendebat, quam Theodor
qui Corsos turpiter ludificasse, pe
convictus erat. Ut ergo exacerb
populi rabiem tempestive declinare
assumpto Abbatis habitu unacum C
sta suo Secretario aliisque Corsis
adhucdum addictis clam Liburn
evasit, inde in Franciam profug
Referunt alii, quod paulo ante dis
sum suum inter mutuos amplexus
sulæ Primoribus vale dixerit, reli
tamen promisso, se propediem cum
vo belli nervo, & validiore appar
rediturum; quem tamen Corsi red
cem frustra exspectabant, cum ipse
Francia Amstelodamum delatus, i
dem ob grave & alienum æs in custodi
datus esset, persolutis tamen debit
tam sollicite ibidem delituit, ut
quamdiu nemo sciret, quo devenis
Porro Genuenses miseri hujus Reg
absentiam, & delusos Corsorum
mos in rem suam vertere intenti, d
nuo delegatos in Insulam decernebant
qui turbas propositis concordiæ leg
bus componere satagerent: Ast Orto
con

coni pervicacia, seditiosisque suorum consiliis effectum prorsus nihil: Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XXXIV.

Diversæ Clementis XII. Papæ Constitutiones & decreta.

Hoc item anno Clemens XII. Pontifex maximus plures edidit Constitutiones ad restaurandam Ecclesiæ disciplinam, tollenda dissidia & promovendum status Ecclesiastici decorem perutiles: præprimis die quinta Januarii PP. Capuccinis natione Gallis Missionariis indulsit, ut in Infidelium terris degentes Medicinæ & Chirurgiæ artes ad utilitatem Catholicorum exercere, & medicamenta aliaque necessaria præbere valeant, dummodo id gratis & duntaxat in casu necessitatis, atque in defectum alterius Medici vel Chirurgi sæcularis fiat. Die autem prima Februarii decrevit idem Pontifex, ut occisus, vel sponte confessus, vel legitime convictus si rixæ Auctor exstitit, pœna ordinaria plectatur, quamvis homicidium commissum fuerit in rixa, declarat etiam, quod calor iracundiæ ab ejusmodi pœna delinquentem non excuset, si inter rixam & homicidium sex horarum spatium interceſſit: Voluit quoque, ut fori privile-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

gium in cauſſa homicidii nemini ſuffr
getur, nec Eccleſiaſtici privilegio C
nonis, nec ſæculares immunitate E
cleſiaſtica gaudeant, ſi animo dolo
ac præmeditato quempiam trucidar
proin rei e loco immuni extrahantu
dummodo homicidium non fuerit c
ſuale, vel ad propriam defenſione
Denique circa modum extrahendi, d
crevit Pontifex, ut laicus, vel Ecc
ſiaſticus reus criminis excepti, tot
diciis gravatus, quæ ad capturam
ficiant, ad requiſitionem Curiæ ſæ
laris extrahatur a Curia Eccleſiaſti
invocato etiam, ſi opus fuerit, brac
ſæculari, interveniente tamen Perſo
Eccleſiaſtica ab Epiſcopo deputa
tuncque reus ducatur in carcerem E
ſcopalem, ibidem examinandus; ſi
indicia ad torturam ſufficientia adſi
laicus Curiæ ſæculari tradatur: exa
to tamen juramento, eum Eccle
reſtituendi, ſi indicia diluerit. Sin a
tem illa non eliſerit, ſed reus reperta
fuerit, Eccleſiaſticus Judex in Cle
cum, ſæcularis in Laicum, prout ju
ris eſt, animadvertat. Hanc tam
Conſtitutionem Pontifex ultra ditione
temporalem ſeu ſtatum Romanæ Eccle
ſiæ non extendit, illam vero præpr
mis Ravennæ obſervari, Cardinali Al
beronio ſuo Legato demandavit, qu
etiam

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

etiam homicidas e Templis, quo confugerant extrahi, & ad incutiendum terrorem in variis compitis patibula erigi juſſit, dicere ſolitus, pauciores Lictores, & plura patibula ad præcavendas cædes eſſe neceſſaria. Cum autem circa ſepulturam Miſſionariorum Regularium in Syria & Paleſtina defunctorum crebræ eſſent contentiones, hinc Pontifex die decima tertia Aprilis confirmavit S. Congregationis de propaganda ſanctiones, vi quarum deciſum, ut cadaver privative a propriis Religioſis deferatur, & Parochus duntaxat in cæmeterio cum ſtola & Cruce adſit, & orationes juxta rituale dicat, reliquas vero orationes a Superiore Religioſo recitari, & per ipſum vel ſuos Religioſos cadaver ſepeliri permittat. Præterea Pontifex die decima quarta Maij confirmavit decretum Urbani VIII. quo declaratum, quod Ordo FF. Capuccinorum per rectam lineam ſine interruptione a linea S. Franciſci deſcendat, & FF. Capuccini Sacerdotes ab Ordinario approbati ex licentia ſui Generalis ſæcularium confeſſiones excipere valeant, ubi Conventus ſui Ordinis exiſtunt & Confeſſariorum penuria adeſt: ac denique eis tanquam veris & legitimis S. Franciſci Filiis competat in quocunque loco etiam, ubi alii Tertiarii

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ejusdem Ordinis jam existunt, Confra-
ternitates erigere, ac instituere. Jam
anno hujus sæculi trigesimo die decima quinta Novembris Clemens Papa ut juventus in doctrina Christiana ri jmbueretur, indulgentias largiter concesserat illis, qui Catechismum pueris in Ecclesiis vel Oratoriis edocent, ac eidem, dum edocetur, interfuer nunc vero die vigesima septima Jun has indulgentias ad Adultos quoqu si interfuerint, extendit.

Insuper die vigesima septima Jul Ferrarienſem Ecclesiam ob præclar tam hujus Ecclesiæ, quam Thomæ Ro Cardinalis & Episcopi merita ante Episcopalem, sedique Apostolicæ im mediate subjectam in Archiepiscop tum evexit, hacque ratione diutur dissidia inter Ferrarienses Episcopos Ravennensem Archiepiscopum tolle studuit, quamvis hic suam jurisdictio nem imminui haud passus, quemdam Ferrarienſem Sacerdotem per suum Vi carium comprehendi & custodiæ da jussisset, quam tamen injuriam Cardi nalis Rufus tam iniquo tulit animo, ut præfatum Vicarium Generalem ana themate feriret. Insuper decima nona Novembris Pontifex per S. Congrega tionem Concilii decidit sequens du bium:

bium: *An Cathedraticum ſit ſolvendum a Rectoribus Eccleſiarum Parochialium Civitatis & ſuburbiorum Peruſiæ, uti aſſerto uno corpore ſeu potius ab unoquoque ex eis?* ubi reſponſum fuit, negative quoad primam partem, & affirmative quoad ſecundam, ſecus autem eſſe, cum nullus Clericorum, uni eidemque Eccleſiæ inſervientium, ſuam poſſideret ſpecialem præbendam, ſed ſinguli ſuſtentarentur ex maſſa communi, ex qua unusquisque ſuam acciperet portionem; tunc enim unicum Cathedraticum eſſe ab omnibus ex eadem maſſa perſolvendum. Pariter Pontifex die nona Decembris confirmavit S. Congregationis decretum, quo pro corrigendis Carmelitarum mitigatorum Conſtitutionibus ſequentia dubia, die vigeſima quarta Aprilis hoc anno fuere deciſa. I. „An „Prior Provincialis Provinciæ Roma„næ poſſit exercere jurisdictionem in „Conventibus S. Martini ad Montes, „Sanctæ Mariæ in Transpontina, & S. „Antonii Civitatis Prænesteſ?

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Et reſolutum fuit: ſupradictos „Conventus eſſe quidem in Provincia „Romana, non tamen de Provincia, „ac proinde nullam in iisdem Conven„tibus poſſe Provincialem exercere ju„risdictionem: Hocque eſſe inferen-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„dum in nova compilatione Constitu-
„tionum.

„*Secundo*, an & qui Magistri en
„stentes in dictis Conventibus, lic
„sint alterius Provinciæ possint gaude
„jure suffragii in Capitulis Provinci
„bus ejusdem Romanæ Provinciæ?

„Et decisum fuit, firma remane
„dispositione Constitutionum quoad M
„gistros exteros, aliosque, qui in Pro
„vinciis a Romana distinctis degente
„jure suffragii gaudent in hujusmo
„Capitulis Provincialibus; esse tam
„easdem Constitutiones reformand
„quo ad Provinciam Romanam; sc
„cet, quod in ejus Capitulis Provi
„cialibus jure suffragii frui possint du
„taxat Prior Generalis una cum e
„Secretario, sive socio ab eo nomina
„do, & Procurator Generalis, Ma
„stri Provinciæ Romanæ, quamvis
„supradictis tribus Conventibus co
„morentur, nec non Priores eorunde
„Conventuum, & Lector sapientiæ,
„Regens Transpontinæ, ita tamen,
„hi quinque postremi vocales tene
„tur solvere taxam consuetam pro C
„pitulo Provinciali: votum vero in Di
„finitorio Provinciali non habeant ni
solum P. Generalis cum socio, & Pro
curator Generalis.

Terti

„*Tertio*, an Sociis Generalibus „competat jus ſuffragii in Capitulo ge- „nerali tantum, ſeu potius etiam in „Diffinitorio generali. Sæc. XVIII. A C. 1735.

„Et reſponſum fuit competere tam „in Capitulo, quam in Diffinitorio ge- „nerali.

„*Quarto*, an iisdem Sociis Genera- „libus competat etiam præeminentia in „Religione.

„Et reſolutum fuit non competere, „niſi quando ſunt in actuali exercitio „muneris, ſive ſcilicet in actu viſitatio- „nis, ſive in Capitulo, & Diffinitorio „generali, ſive in quibuscumque aliis „peragendis occaſione muneris ipſis de- „mandati in Brevi fel. rec. Benedicti „XIII. Extra tamen hos caſus præemi- „nentiam in Religione ipſis competere „juxta antiquitatem profeſſionis, & „gradus, atque ita, & non aliter ſta- „tui debere in nova compilatione Con- „ſtitutionum. Modernis autem Sociis „attenta poſſeſſione, eſſe ex gratia con- „cedendam præeminentiam in Religio- „ne usque ad exitum Officii". Deni- que ſummus Pontifex Menſe Julio, poſtquam per S. Rituum Congregatio- nem ſuper vitæ ſanctitate, & virtuti- bus heroicis V. Annæ a S. Bartholo- mæo Carmelitanæ excalceatæ ſanctimo-

nialis

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

nialis Bruxellenſis, quæ individua Thereſiæ comes erat, acta rite fue confecta, Apoſtolico decreto decla vit, ad præfatæ Dei Famulæ Beati cationem procedi poſſe.

§. XXXV.

Pontificis conatus pro Palatinatu ducatu Neoburgenſi ad fidem Catholicam revocando.

Quamvis Clemens Pontifex in Sax nia a ſectæ ſuæ erroribus ad fid veritatem reducenda operam luſiſſe ampliorem tamen ſollicitudinis ſ ſpem ſibi pollicebatur ex immoto Re gionis Zelo, quo exardeſcens Caro Palatinus Rheni Comes, ac S. R. Elector ſupplicabat, ut Pontifex E cleſiarum bona jam dudum ab Acath licis occupata in Palatinatu inferi & Ducatu Neoburgenſi illis concede velit, qui ad fidem Catholicam reve ti vellent, a pio autem ſuo propoſi ob neceſſariam horum bonorum re tutionem abſterrerentur: Hujus ego Electoris precibus inclinatus Pontif die decima tertia Julii ad eundem quentem transmiſit Conſtitutionem „Dilectus Filius nobis Vir Carolus Co „mes Palatinus Rheni S. R. Imper „Prin

Sæc.XVIII. A. C. 1735.

„Princeps Elector Heydelbergenſis no-
„bis nuper exponi fecit, tametſi di-
„verſa bona Eccleſiaſtica in Palatinatu
„inferiore, ac Ducatu Neoburgenſi
„temporali ſuæ ditioni ſubjectis conſi-
„ſtentia quæ olim, dum hæreſis in illis,
„finitimisque Regionibus cuncta miſ-
„ceret, ac turbaret, per Acatholi-
„cos occupata fuerant, progreſſu tem-
„poris benedicente Domino, recupe-
„rata, ſeu alias vindicata fuerint, dic-
„tique Caroli Principis Electoris Majo-
„res ſeu Progenitores Duces Neobur-
„genſes poſtmodum a ſede Apoſtolica
„ac præſertim felicis rec. Alexandro
„PP. VII. Prædeceſſore noſtro de ali-
„quibus bonis ſic recuperatis quasdum
„pias fundationes, & applicationes,
„aliasque diſpoſitiones, fieri, ſeu ap-
„probari, nec non tam illi, quam etiam
„ipſe Carolus Princeps Elector, non-
„nullorum aliorum bonorum præfato-
„rum adminiſtrationem, quæ etiam
„ad præſens durat, ſibi per Sedem præ-
„dictam reſpective concedi, ac tribui
„obtinuerint, nihilominus plura ex bo-
„nis Eccleſiaſticis ſupradictis adhuc
„extent, quæ etiamnum a dictis Aca-
„tholicis detinentur, ac ſi ſua, & prop-
„ria forent, eorundem vero Acatholi-
„corum plerosque a reditu ad gremium
„Sanctæ Matris Eccleſiæ detereat, ac

„more-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„moretur metus, ne bona prædi
„quibus nunc potiuntur, post sui re
„tum hujusmodi dimittere cogan
„utpote quibus destituti, vitæ hu
„næ subsidiis, ac commodis, qui
„diu assueverunt, exuerentur, eor
„que filii, & familiæ congrua
„etiam quandoque necessaria sust
„tione carentes ad inopiam, dura
„egestatem redigerentur; Idem C
„lus Princeps Elector animadver
„quod si Acatholicis præfatis, pos
„ad Religionem Catholicam con
„fuerint, bona sic occupata retine
„ceret, sicut non ita pridem simil
„bonorum occupatoribus in duc
„Saxoniæ a nobis concessum fuit,
„rito sperari posset, fore ut Acath
„prædicti tali sublato metu, seu re
„to ad Orthodoxæ Fidei, & Eccle
„unitatem abjectis erroribus facil
„reverterentur; nobis propterea hu
„liter supplicari fecit, quatenus in p
„missis opportune providere, & ut
„fra indulgere de benignitate Apost
„ca dignaremur.

„Nos igitur dicti Caroli Prin
„Electoris in Deum pietatem, & C
„tholicæ Religionis tuendæ, & p
„pagandæ studium plurimum in Do
„no commendantes, ejusque desider
„

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„hac in re, quantum nobis ex alto „conceditur, obſecundare cupientes, „ſimulque conſiderantes, ſalutem ani- „marum pretioſo Domini noſtri Jeſu „Chriſti Sanguine redemptarum, ter- „renarum rerum, ceterisque humanis „rationibus præcellere, ejusmodi ſup- „plicationibus inclinati (firmis, ſalvis- „que remanentibus quibuscumque fun- „dationibus, applicationibus, aliisque „diſpoſitionibus de bonis ſic recupera- „tis a ſede Apoſtolica, ac præſertim „a memorato Alexandro Prædeceſſore „factis, ſeu approbatis, nec non ad- „miniſtratione aliorum bonorum iſtius- „modi eidem Carolo Principi Electori „conceſſa & attributa, ut præfertur, „quibus per præſentes nullatenus dero- „gare, aut quicquam deſuper immu- „tare, vel innovare intendimus) om- „nia, & ſingula bona Eccleſiaſtica cu- „jusvis qualitatis, & valoris in Palati- „natu inferiore, & ducatu Neoburgen- „ſi hujusmodi conſiſtentia, quæ præte- „ritorum temporum calamitate occupa- „ta, nec hucusque recuperata, & vin- „dicata fuerunt, ſed a dictis Acatholi- „cis adhuc uti ſua propria detinentur, „ſicut præmittitur, modernis eorum „poſſeſſoribus, ſeu detentoribus, qui „ad Catholicam Religionem deinceps „redierint, eorumque ſucceſſoribus „qui-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„quibuscumque itidem Catholicis
„in ſinceritate Orthodoxæ Fidei pe
„verantibus una cum fructibus perc
„tis de Apoſtolicæ poteſtatis plen
„dine harum ſerie ex ſpecialis dono
„tiæ remittimus, condonamus, c
„mus & relaxamus, dictisque poſſe
„ribus, ſeu detentoribus, eorum
„ſucceſſoribus, uti ipſi de bonis p
„fatis tam inter vivos, quam ex ca
„mortis, aut alias quomodolibet li
„re diſponere poſſint, plenam fa
„præſentium tribuimus facultate
„que illos pro parte dictæ Sedis Ap
„ſtolicæ Eccleſiarum, Monaſterio
„& locorum Piorum aut Perſona
„Eccleſiaſticarum, ad quas, & qua
„na prædicta olim pertinebant rat
„& occaſione præmiſſorum deſuper
„leſtari, inquietari aut perturbari
„ſe ſtatuimus, & decernimus".

§. XXXVI.

Duo Cardinales a Clemente Pap inaugurati.

Ineunte hoc anno die decima ſept Januarii Clemens Papa ſecretum hab buit Conſiſtorium, in quo Joſeph Spinellium patria Neapolitanum, atq Eccleſiæ Neapolitanæ Archiepiſcop

Romana decoravit Purpura, qui Pesbyterialem titulum S. Pudentianæ consecutus est. Tandem etiam Pontifex importunis Hispanæ Reginæ votis ac precibus cessit, ac die decima nona Decembris ejus Filium Ludovicum Antonium octennem puerum primo, ut retulimus, Toletanæ Ecclesiæ Administratorem & Commendatarium usque ad legitimam Archiepiscopalis officii ætatem dixit, ac demum hoc anno Cardinalium Collegio adscripsit, eique Diaconiam in Ecclesia PP. Carmelitarum Discalceatorum ad S. Mariam de Scala attribuit. Ceterum de hoc Cardinale Ecclesia potius spes amplas, quam res gestas deprædicare poterat, dum de tanto Principe ad maximas Ecclesiæ dignitates admovendo insigne sibi præsidium, vel saltem magnum splendorem pollicebatur. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XXXVII.

Nicolai Spinulæ Cardinalis obitus.

His recens electis Cardinalibus locum cesserat Nicolaus Spinula genere quidem Genuensis, in Hispania tamen, ubi tum ejus Parentes agebant, natus. Genitor ejus erat Joannes Dominicus Comes de Pezzuola, & Mater

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Schiattini Ducis Filia, quorum cur
Nicolaus optimis datus est Præcept
ribus probe instituendus, ut præprim
solida in pietatis ac literarum studi
poneret fundamenta. Adultior factu
Romam mittitur, ubi Joannes Bapt
sta Spinula Cardinalis, ejus Patru
Nepotem suum gravioribus disciplin
tam egregie imbui curavit, ut is in u
ridica Facultate Doctoratus honor
emereretur: paulo post a summo Pon
tifice inter Præsules Romanæ Curiæ
cooptatus, Prothonotariis Apostolicis
adscriptus est, ac demum meritorum
amplitudine rapidum fortunæ cursum
impellente, regendis variis Eccles
sticæ ditionis Urbibus admovebatur
cum ergo in hoc Gubernatoris mune
maximam sibi integritatis ac prude
tiæ laudem comparasset, ab Innoce
tio XIII. Cameræ Apostolicæ Clericus
Urbis Romanæ Ædilis, & a Clemen
te XI. Thebarum Archiepiscopus dict
est, quo honore auctus, primo Flo
rentiam ad Cosmum III. Magnum Et
ruriæ Ducem, & demum in Polonian
ad Augustum II. Regem Pontificius
Legatus decernebatur. Fungebatur
adhuc hac legatione, dum anno Chri
sti supra millesimum septingentesimo
sexto Stanislaus Lescinskius Posnani
ensis Palatinus hujus Regni solium oc
cupa

cupabat, cujus tamen electio, cum Clementi XI. Papæ tunc minus probaretur, non novo huic Regi sed soli Reipublicæ suffragari jussus est Nicolaus; ubi vero anno nono Stanislao e Regno depulso, Augustus Rex legitimus sceptrum repetebat, Nuntius Apostolicus Varsoviæ ad publicum alloquium benigne admissus, Regi binas Pontificis epistolas porrexit, quarum prima a confœderationis Maresçallo palam prælecta est. Postea Pontifex Nuntio suo præcepit, ut Regiæ suæ Majestatis necnon Reipublicæ commodum omni possibili modo procuraret, ac dissidentes Regno expelli niteretur. Biennio post Nicolaus Romam revocatus, Cameræ Apostolicæ Auditor Generalis renuntiabatur, ac die decima sexta Decembris anno hujus sæculi decimo quinto Cardinalium Collegio adscriptus, titulum S. Sixti, & postea SS. Nerei & Achillei optabat. Pluribus dein aggregatus Patrum cætibus Congregationis Olivetanæ, & Ordinis Carmelitani Protectorem egit. Interfuit postea Concilio Lateranensi, & tribus sacris comitiis, in quibus Innocentius XIII. Benedictus XIII. & Clemens XII. ad D. Petri Cathedram evecti fuerant. Demum vero anno ætatis septuagesimo sexto die duodecima

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A.C. 1735

Aprilis pie in domino deceſſit. Corpus ejus elatum fuit ad Eccleſiam S. Andreæ de Valle, ibique adſtante Sacro Cardinalium cætu juſtis de more peſolutis, ad Eccleſiam Collegii de Propaganda fide translatum, ſepulturaque quieſcit. Redditus ſuos, quos ampliſſimos habebat, potiſſimos in cauſſas pias condito teſtamento deſtinavit, vivus autem cum cohæredibus ſuis Joanne Luca Fratre ſuo Dominico Auguſtino ejus Nepote nonaginta aureorum millia jure hæreditatis æquis partibus ſibi eisque debita S. Congregationi de propaganda conceſſit, poſtea vero hic idem Dominicus aliis inſuper novem millibus de ſuo ære datis, ex inde ad tres ex Illyrico Alumnos in Collegio Firmano inſtituendos plus quam duodecim aureorum millia per largitione tribuit.

§. XXXVIII.

Principes atque Illuſtres hoc anno fatis functi.

Inter Principes, qui hoc anno pro varia fortunæ fata mundi theatrum reliquere, longe celeberrima erat Maria Clementina Sobieſcki clariſſimi juncta ac invictiſſimi Poloniæ Regis Neptis &

& Jacobi Ludovici Sobiesky Regii Principis Filia. Hæc Jacobo III. Stuarto Anglici solii Prætendenti anno hujus sæculi decimo nono die nona Septembris matrimonio juncta erat. Primævo naturæ beneficio sortita animam bonam jam tum parvula, maximas de se ostentabat spes, eminuit in ea ingenuus candor, quem ad reliquum vitæ detulit, aliena a fuco: ab omni quoque fastu, vanitate, & humana gloria tantopere abhorruit, ut dum ceteris nobilitate, dignitateque longe præcelleret, cultu ac victu se inferioribus humilitate parem exhiberet: sed memorabilis est cumprimis ejus in Deum pietas, in homines charitas, morum integritas, clementia mansuetudo, comitas, ceteræque ad omnium admirationem & amorem factæ virtutes, ut haud alio magis vulgato, magisque proprio celebraretur cognomine, quam optimæ, piissimæ juxta ac clementissimæ Principis, usque adeo, ut illustre ac plane dignum, quod Regiæ ac primariæ Matronæ imitarentur, sanctitatis exemplum ab omnibus crederetur. Tandem trigesimo tertio ætatis suæ anno molesta phthysi laborans, mortem sibi vicinam præsentiscere cœperat, quapropter præprimis domui suæ disponens, relegebat

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

bat anxie vitam ſuam a teneris ad hunc diem exactam, tum piaculorum etiam minutiſſimorum confeſſionem ante pedes Sacerdotis humi proſtrata, ac lacrimis pene defluens inſtituit, qua peracta Cardinalis Guadagnius Pontificis nomine eidem fidem fecit, illam Regiis omnino honoribus tumulatum iri. Demum corporis languore ad extremum oppreſſa, & Dape Euchariſtica ſacroque ceromate ritu Catholico perunctа poſt generalem noxarum omnium condonationem a ſummo Pontifice receptam die vigeſima tertia Januarii Creatori ſuo innocuum reddidit ſpiritum. Pientiſſimæ hujus Principis mortem tota Civitas lugubri lamentatione, communique luctu proſequebatur, præ ceteris vero Clemens Papa qui vivam ſingulari veneratione atque affectu colebat, mortuam quoque Regia prorſus pompa ad Eccleſiam SS. Apoſtolorum efferri ac Templum ab imo ad ſummum nigris tapetibus aureis intertextis veſtiri juſſit. Erigebatur in medio feretrum (caſtrum doloris vocant) oppido magnificum appoſitis a latere regnorum Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Inſignibus. Die autem vigeſima tertia Januarii Reginæ Corpus veſtem auro intextam ac intus pellibus alpinæ muſtellæ aſſutam indutum, &

pur-

purpureo paludamento, sceptro & co- Sæc. XVIII.
rona ornatum accedentium oculis in- A.C. 1735.
ter funebres cantus, plusquam mille funalibus late colucentibus expositum est, celebrante ibidem solemne Sacrificium Cardinale Alberonio: Demum die trigesima funeris exequiæ celebrabantur, præsentibus triginta duobus Purpuratis, omniumque exterorum Principum Legatis, Romanis Principibus & Nobilibus; justis sic de more persolutis inter adgementes lugubriter buccinas, & ex arce S. Angeli tonantes belli machinas, præeuntibus triginti novem piis Sodalitatibus, & Religiosis cœtibus Regium Funus in Basilicam D. Petri illatum est, ubi Corpus Regio ornatu spoliatum (prout ipsa testamento caverat) sacro F. F. Prædicatorum habitu vestitum tumba quercina, plumbea & stanea recondebatur, confecto desuper instrumento authentico. Ipse etiam Pontifex Vincentio Ludovico Cardinali Gotti negotium dedit, ut vitam, fata, & heroicas defunctæ hujus Reginæ virtutes posteritati publicis literis proderet. Quod opus hoc adhuc anno absolutum præfatus Cardinalis summo Pontifici tradidit. Eodem Mense vivis valedixit Fridericus Guilielmus Princeps Hohenzollerano-Hechingensis, post-

Sæc. XVIII. A. C. 1735. quam septuaginta duos annos vixer Sequentis Mensis Februarii die ter sexagenarius Biponti decessit Christ nus III. Bipontino - Birckenfelden Dux Comes Palatinus, quem p fato sequebatur Ludovicus Rudolph Brunsvico - Guelpherbytanus Du qui Regnantis Imperatricis Parens an ætatis sexagesimo quarto die prima M tii mortalitatem exuit. Hujus obit præcesserat Carolus Ruzzini Ven Reipublicæ Dux, qui hac digni nonnisi biennio cum semestri potu die quinta Januarii inchoato octog mo secundo ætatis anno meritis p nus vivis ereptus est. Successore nactus est Aloysium Pisanium, qui d trigesima Januarii Venetiis in Eccles PP. Capuccinorum solemni ritu ina guratus est, assistentibus Daniele De fino Aquileiensi Patriarcha, & Zac Travisano, necnon Benzonio Claudi Fossano Episcopis.

Mense Martio obiere sequentes, quidem I. decima tertia die Sophia He wigis Christiani V. Daniæ Regis F lia innupta, & quinquaginta octo an nos nata, II. Dominicus Marquardus Lewensteinio-Wertheimensis Princeps anno ætatis quadragesimo quarto. III. Franciscus Hugo Nassovio-Sigensis Prin-

Princeps, qui quarta Martii die improlis vita functus est. IV. Maria Antonia Hedwigis Holsato-Wisenburgensis Duciſſa nonnisi quatuordecim annos nata, & die vigesima sexta ejusdem Mensis defuncta. V. Maria Magdalena le Tellier Duciſſa de Harcourt die decima Martii exacto vitæ anno trigesimo septimo. VI. Maria Ludovica de Laval Duciſſa de Roquelaure die duodecima Martii septuagesimo octavo ætatis anno. Mensis autem Aprilis die vigesima tertia quadriennis mundo ereptus est Josephus Carolus Emanuel Dux de Aosta Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis Filius ultimo genitus. Sequentis vero Mensis die decima septima annos natus quadraginta septem obiit Georgius Fridericus Marchio Brandeburgico-Baruthanus, & die vigesima Elisabetha Talmash duciſſa de Argyle. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Porro Mensem Julium vitæ suæ exitialem habuit Sophia Ludovica Vidua Boruſſiæ Regina, quæ quinquagenaria die vigesima nona Schwerini fatis functa est, quam biduo ante præcesserat Cassandra Midleton Duciſſa de Clandois; Mensis autem Augusti die nona naturæ debitum solvit Bruxellis Emanuel Nassovioſigensis Princeps Religione Catho-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

licus expleto quinquagesimo quarto ætatis anno & decimo post die Hedwigis Eleonora Vidua Ducissa Saxo-Sorbigana annos nata sexaginta novem: eundem ætatis annum assecuta Ferdinandus Albertus Brunsvico-Guelpherbytanus Dux die tertia September e corpore excessit: nonagesimum autem secundum vitæ annum compleverat Cella Cæsarinia Vidua Princeps de Sonnico Colonna Romæ defuncta. Præter hos Mense Octobri decessere Reinaldus Mutinæ Dux die vigesima sexta, anno ætatis octogesimo tertio, necnon Juliana Sibyla Carolina Ducissa Wirtenbergensis quadragesima quinque annos assecuta, & Georgius Princeps Lubomirskyus Sendomirienſis Palatinus, qui strenuus fidei Catholicæ vindex, & fidelissimus Augusti III. Poloniæ Regis Cliens glorioſam vitam suam die decima octava Octobris fere septuagenarius Varsoviæ beato fine clausit. Proximo autem Mense Novembri Romæ vitæ finem viginti annorum juvenis fecit Edmundus Scheffield Dux Buckinghamus, Par Britanniæ, & Comes de Mulgrave. Inter Præsules hoc anno defunctos numerantur, I. Anastasius Patriarcha Antiochenus qui Romæ die undecima Maii mortem obiit II. Vincentius Alemanus apo-

Hipp-

Hiſpaniæ Regem Nuntius Apoſtolicus, de ſacra Sede optime meritus Præſul, qui Madriti, ut retulimus, die vigeſima ſexta Martii mortem cum vita commutavit. III. Nicolaus Negronius, qui Ravenatenſis primo, poſtea Avenionenſis Præſul, ac demum Apoſtolici Ærarii Præfectus Menſe Martio Genuæ obiit. IV. Colombanus Montaltenſis Epiſcopus, qui Menſe Septembri vivis nuntium miſit. V. Joannes Baptiſta de Verthamot Appamienſis Epiſcopus, qui uſque ad poſtremum vitæ halitum ſeſe Conſtitutioni acriter oppoſuit, atque ab ea appellavit, tandemque anno ætatis octogeſimo nono ſuæ pertinaciæ immortuus periit VI. Menſe Martio animam egit Sigiſmundus Principalis Collegii ad B. V. Wratislaviæ Abbas, de quo prorſus ſingulare eſt, quod memorando quodam fato quodlibet ferme vitæ ſuæ quinquennium celebre reddiderit; quippe annos natus quinque jamjam addiſcendæ linguæ latinæ operam dederit, per quinque annos Sacellanus, per alios quinque Curatus, per totidem annos Parochus, anno hujus ſæculi vigeſimo quinto Abbas, per quinquennium Abbatiæ hujus Præpoſitus, & quinto poſt anno die trigeſima Januarii fulmine in turrim Eccleſiæ ad S. Mariam

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

riam cadente vitæ periculo vix erept adhuc alios quinque vitæ annos attig rit, mortuus anno currentis sæcu trigesimo quinto, quinta jejunii ven hebdomada, quinta illius Septimanæ die, hora quinta pomeridiana, ac de mum anno ætatis quinquagesimo qua to. VIII. Mense Junio Geroldus ex Lauben Baro de Thurn & Gastella burg Abbas Rhinaugiensis Ord. S. Be nedicti mortem oppetiit, anno Regim nis sui trigesimo octavo, ætatis vero octogesimo sexto. VIII. Decessere pari ter Joannes de Caulet Gratianopolita nus, & Claudius Ludovicus de la Ch stre Agatanus Episcopi, & die octav Octobris Yon-Te-Chan Peckini S nensium Imperator annos natus qua quaginta tres.

§. XXXIX.

Scriptorum Religione Catholicorum decessus, & opera.

Hoc item anno plures, qui gratam utilemque doctis suis lucubrationi bus memoriam literariæ posteritati re liquere, Scriptores Catholici calamum cum vita posuere: Hos inter primo lo co celebratur Renatus D' Aubert de Vertot D' Auboeuf Ord. Præmonstra tens

tensium, qui in suis scriptis ob sanam crisin, & calamum ab omni partium studio alienum magnam sibi laudem comparavit. Obiit Parisiis octogenarius die decima quinta Junii: Edidit Gallico idiomate Historiam de revolutionibus Lusitanis, Historiam criticam de origine Britonum in Gaulis, Historiam revolutionum, quæ in Republica Romana contigere; Historiam revolutionum ab anno 1350. usque ad annum 1560. unacum synopsi chronologica de Historia Sueciæ, Historiam Equitum S. Joannis, dictorum postea Rhodiensium, qui tamen liber per S. Inquisitionis decretum die decima octava Julii anno 1729. proscriptus fuit: Scripsit quoque Vertotus Historiam de seditionibus Melitensibus, diversa paradigmata Historica, Urbani Chevreau Historiam Mundi annotationibus illustratam, & ad usque noviſſima tempora coutinuatam. Tractatum Historicum de juribus beneficiariis Britanniæ contra P. Lobineau, & denique Dissertationem de origine legum Salicarum, quem librum P. Rival acriter impugnabat. Post ejus obitum Hagæ Comitum anno 1737. sub ipsius nomine editus est libellus *de origine magificentiæ Curiæ Romanæ*, an vero hic tractatus falso hujus Auctoris nomen præseferat,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

rat, dubitant Eruditi. II. Petrus Ga-
zoni Senator & Venetæ Reipubli
Historiographus qui patriæ suæ An
les duobus tomis sat vastis complex
tam celebre sibi nomem compara
ut Senatus ad perennem tanti Viri m
moriam ejus monumento hanc sep
cralem inscriptionem incidi curarit:
tro Garzoni Senatori maximo & cele
rimo, qui forensibus studiis primo æt
vere ad parandam solidam eloquentiam
ceptis in omnibus inde gravioribus Rei
licæ muneribus sic inclaruit, ut nulli
civium videretur secundus, nulli negotio
par, Annales Patriæ apte conscripsit, o
politicum per plures annos & usque ad
vectiorem senectam tali mentis & corp
robore gessit, ut hanc supra humanas
fortitudinem omnes divinitus crederent
lapsam, devixit, quia mortalis erat,
no 1735. M. V. & ætatis suæ nonages
cujus memoria in benedictione erit.

III. Joannes Baptista Recanati V
netus Patricius, qui obiit Vene
nonagenarius, atque elegantem tr
gædiam sub titulo: *Democides* com
suit, & contra Jacobum l'enfant Be
rolinensem publici juris fecit obser
tiones criticas & Apologeticas in R
rum Jacobi L'enfant cui titulus: *P*
giana. Coemerat olim hic Scriptor

ra operum SS. Patrum, aliaque ma- Sæc. XVIII.
nuscripta a Ferdinando Carolo Mantuæ A. C. 1735.
Duce, quæ omnia publicæ Bibliothecæ ad S. Marcum testamento legaverat. IV. Petrus Monteiro Ord. FF. Prædicatorum, qui Historiam Revisorum & Qualificatorum Lusitanæ Inquisitionis, necnon dissertationem de institutione hujus Tribunalis, & de origine officiorum ejusdem elucubravit. V. Nicolaus Fortiguerra Secretarius Congregationis de propaganda & Vaticanæ Basilicæ Canonicus, qui die decima septima Februarii fatis functus posteris reliquit varia poemata, & Terentii comœdias versibus Italis, quod opus postea Albanius Cardinalis anno sequenti elegantissimo typo Urbini vulgavit. VI. Bernardus Pezius Benedictinus & Bibliothecarius Melicensis, non modo Ordinis sui, sed & totius Germanniæ ornamentum, ac indefessus antiquitatum investigator, qui elucubravit Bibliothecam Asceticam Antiquo-novam duodecim tomis, cujustamen tomus duodecimus, qui Nicolai de Argentina expositionem Mysticam in Cantica complecteretur, Authore vivente, nondum publicam lucem aspexit. Scripsit etiam triumphum castitatis seu vitam V. Wilburgis Sanct-Florianensis Monialis, commentarium de irruptione

Ba-

Sæc. XVIII. A. C. 1735. Bavarica in Tyrolin anno 1703. a Gallis & Bavaris factam sub nomine Leonardi *Isipontani*. Tomos tres de scriptoribus rerum Austriacarum unacum dissertationibus, & Ottocari Hornecii Chronico Austriaco Rhytmico: Epistolam de Etymo Nominis Habspurgici, Origine Domus Austriacæ, dissertationem Apologetico-literariam ad Gretillotum pro editione integri syntagmatis diplomatico-historico epistolarum Udalrici Babenbergensis epistolas apologeticas pro Ordine S. Benedicti, adversum libellum de statu vitæ prudenter deliberandi methodo, cujus libri editionem utpote Benedictinis valde injurium teste P. Ziegelbauero, Generalis Societatis periniquo tulit animo: illum tamen alius ex Collegio Viennensi verbis maxime contumeliosis in Pezium defendit edito libello, cui titulus: *Modestus Taubengal.* Bibliothecam Benedictino-Maurianam, cui præfixit dissertationem Historicam de ortu & progressu hujus Congregationis & vitam V. Desiderii a Curia Fundatoris Congregationis SS. Vitoni & Hydulphi. Thesaurum Anecdotorum novissimum Tom. VI. Bibliothecam Monacensem Tom. III. Godefridi Admontensis Homelias, Gerhohi Commentarium in Psalmos & Cantica, Engelberti op-

uscula

uſcula philoſophica, epiſtolam ad Marcum Hanſizium de S. Ruperti ætate, Franciſci Tægii librum de obſidione Urbis Papienſis & captivitate Franciſci I. Franciæ Regis, vitam Agnetis Blanbeckin, de cujus libri fato & Pezii epiſtola ad Garelium Viennenſem Bibliothecarium jam ſupra egimus, Pezius vero in defenſionem ſuppreſſæ hujus editionis epiſtolam apologeticam in Manuſcripto reliquit, quæ in Bibliotheca Melicenſi aſſervatur: Denique idem celeberrimus hic Auctor Bibliothecam Benedictinam Generalem elucubrare incœpit, & jam anno hujus ſæculi decimo ſexto epiſtolam encyclicam ad omnia Ordinis ſui Monaſteria pro conferendis ad eam ſubſidiis literariis edidit, & eorum, quæ jamjam impigro labore congeſſerat, quinque omnino ſcrinia manuſcriptis referta in Bibliotheca Melicenſi reliquit, aſt præmatura nimis morte præventus, & die vigeſima ſeptima Martii anno ætatis quinquageſimo ſecundo nondum expleto mortuus abſolvere non potuit. VII. Joſephus de Couto Peſtana Luſitanus Eques Ordinis Chriſti, qui perelegans Carmen, cui titulus: *Quiteria*, & plura alia poemata, necnon hiſtoriam ſub Regibus Dionyſii & Alphonſi IV. conſcripſit, die autem ſeptima Auguſti

Sæc.XVIII. A. C. 1735.

Vid. ſup. tom. 74. pag. 114.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

morte præventus hanc Hiſtoriam
ſolvere non potuit. VIII. Jacobus La
gueval Jeſuita, qui elucubravit tract
tum de ſchiſmate, diſſertationem
miraculis, Hiſtoriam Eccleſiæ Gallic
næ, cujus primos octo tomos publi
juris fecit: cum vero nonum & de
mum elaborare vellet, die decim
quarta Januarij apoplexia tactus,
tam & calamum poſuit; edidit quoq
plura alia, ſuppreſſo nomine ſuo: Hi
tamen Hiſtoriam P. Fontenay
proſecutus eſt. Ferunt, Longue
lium reliquiſſe eruditam Hiſtoriam S
mipelagianiſmi. IX. Ludovicus Fr
ciſcus Ladvocat Decanus Curiæ P
ſienſis Regiarum rationum, qui die
tavo Februarij anno ætatis ſuæ
ageſimo primo mortuus ad poſt
transmiſit colloquia circa novum ſy
ma moralis & Phyſicæ ſcientiæ,
diſquiſitionem in vitam ex naturali
nitione beatam. X. Auguſtinus Wi
Camenecianus Epiſcopus Præſul pie
te ac eruditione eximius, ac fidiſſim
Stanislai Poloniæ Regis cliens, qui
Czenſtochovienſi Monaſterio die
cima Feb. repentina morte obiit, ac
ſtamenti tabulis ſuam Bibliothec
Varſovienſi Carmelitarum diſcalcea
rum Conventui, erudito autem
reliquit paraphraſin in ſeptem Pſalm
poe

pœnitentiales, adhortationem ad piam & Christo dignam vitam mysticam expositionem Passionis Dominicæ, optimam formam Episcopi, præter plurimos sermones, quos ejus Nepos Josephus Wessel post Patrui obitum typis vulgavit. XI. Joannes Vignolius Pontificis Camerarius, & Vaticanæ Bibliothecæ Pro-Præfectus, qui celebre sibi nomen fecit edita dissertatione de anno primo Imperii Severi Augusti, qua tamen lucubratione sibi plurium concertationem accersivit, descripsit quoque antiquiorum Pontificum Romanorum denarios, necnon librum Pontificalem seu Anastasii Bibliothecarii vitas Pontificum. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XL.

Scriptores Acatholici hoc anno defuncti, eorumque opera.

Catholicis Scriptoribus adjungimus Acatholicos, quorum celebrior memoria lucubrationibus ad posteros transmissis propagata est. Primus occurrit Joannes Doppert, qui posteritati reliquit dissertationem de tectis laqueatis veterum Romanorum, commentationes de Romuli commento & de Alexandria, commentaria de Scriptoribus

Sæc. XVIII. A C. 1735.

ornatioribus sæculi VII. Dissertationes de solemni captivorum liberatione die Paschatis, & de impia vita Monachorum in sæculis obscurioribus præ alia calamo minus moderato exara II. Joannes Jacobus Hottinger Calvinista, qui edidit suum Sfortiam Pallavicinum infelicem Concilii Tridentini vindicem, Historiam formulæ Ecclesiarum helveticarum, fata doctrinæ de Prædestinatione & gratia Dei, Helveticæ Ecclesiæ Historiam, vindicias doctrinæ Evangelicæ contra Geroldi Wielandi Dialogum & trialogum, collationem decem dialogorum ejusdem Wielandi, statum animæ post mortem relationem de Pietismo & alia quædam, in quorum tamen potissimis quicquid virulentum, falsum, injurium, & calumniosum ipsa impudentia, & insana in Catholicos rabies suggerire poterat, sedulo congessit, & vera quæ retulit, aut livido dente arrodit, aut maligna interpretatione contaminavit. III. Christianus Blumberg Lutheranus, cujus lucubrationes sunt disputatio de caussa apostasiæ Petri Bertii ad fidem Catholicam reversi, monumentum Drusi Moguntiæ obvium, suspiria contra superstitiones, exercitium antibossueticum, de mysterio in corona Papali, quem librum Joannes Han-

Hannemannus confutavit, eidem vero Blumbergus oppoſuit alium tractatum, cui titulus: Myſterium Papali coronæ adſcriptum ens hucusque reale, & veritatem myſterii tiaræ Romani Pontificis olim adſcripti novis teſtimoniis aſſertam contra Andream Suſſay & Petrum Bayle. Scripſit etiam fundamenta linguæ Copticæ, fidem in ipſo juſtificationis actu practicam, diſſertationem exegeticam de praxi fidei Evangelicæ, Anti-Sincerum Evangelicum, diſſertationem Anti-Bertianam de juſtitiæ Chriſti imputatæ prærogativa, & alia nonnulla. IV. Joannes Salomon Brunquell, cujus præcipua opera ſunt, Hiſtoria juris Romano-Germanici, diſſertatio de utilitate ex hiſtoria & antiquitatibus ſacris in Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ ſtudio, & de diverſo patroni Eccleſiaſtici & laici jure, necnon de utilibus Patronorum juribus ex corrupto Eccleſiæ ſignificatu natis &c. V. Joannes Rambach Lutheranus, ex cujus calamo fluxere annotationes in librum Ruth, Eſther, Nehemiæ, Eccleſ. Regum &c. Inſtitutiones hermeneuticæ Sacræ, commentatio de ſenſus myſtici Criteriis, introductio Hiſtorico-Theologica in ep. ad Rom. morales reflexiones in octo beatitudines, & alia opuſcula. VI. Erneſtus Tenzel, qui

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII A. C. 1735.

edidit dissertationes de jure Princ... circa delicta, eorumque pœnas, ... dispositione ultimarum voluntatum ... pias causas, de dotalibus Ecclesiæ, ... pœnis defunctorum voluntatem non ... implentibus, & alia mere juridi... VII. Gottlob Jenichen, qui typis ... gavit historiam Spinozismi Ieenhof... Historiam & examen Bullæ Antiqu... nellianæ, de fundamento officior... erga patriam, de lapide Jacobi ... &c. VIII. Christianus Hofman, ... scripsit Historiam juris Romano-... niani, Scriptores rerum Lusaticar... seriem rerum per Germaniam & in ... mitiis a transactione Passavienſi us... ad annum 1720. gestarum, reflexio... in Diaria, delineationem Bullæ ... reæ, Analysin pacis Westphalicæ ... IX. Georgius Johannis, qui collegit ... rum Moguntiacarum Scriptores, ... cilegium tabularum, & literarum ... terum, miscella historiæ Palatinæ, ... X. Thomas Haame Anglus, qui p... Monachorum scripta in multarum B... liothecarum scriniis delitescentia p... licæ luci dedit.

§. XLI.

Christiani ex Barbarorum captiv... te liberati.

Po...

Postquam Patres Ordinis de redemptione a Muley Abdalla Maroccano Imperatore decretum obtinuerant, vi cujus quosdam Christianos ibidem sub duro servitutis jugo gementes pacto lytro redimere, ac sexdecim ex suis Religiosis unacum Chirurgo in Mequinesiano Nosocomio tam libere alere permittebantur, ut eos quovis pacto molestare, Mauris, ceterisque incolis severissime inhibitum esset, præfati Patres pio huic operi sedulam admovere manum, & quidem tam prospero laboris successu, ut in Mequinesiæ Regno septuaginta omnino tres Christianos e captivitate diuturna liberarent; ex his erant quinque Jesuitæ, sex Sacerdotes sæculares, duæ mulieres, tres parvuli, & quinquaginta septem variæ conditionis Viri, quos PP. Josephus de Paira & Simon de Poito ex Salano portu in Lusitaniam comitati sunt, & exeunte Mense Octobri Ulissiponem delati, cunctos hosce Christianos per nobiliores Urbis portas instituta solemni supplicatione ad Ordinis sui Ecclesiam conduxere, ut ibidem pro asserta libertate Deo Ter Optimo debitas grates rependerent. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XLII.

Grave Religionis dissidium inter Calvinianos Prædicantes Transsylvanos.

Nil omnibus sectis magis proprium ac solemnius est, nisi quod, quo magis senescere incipiunt, eo deformiores fiant, novas indies formas induant, a seipsis discrepent ipsisque denique Sectariis despicabiles reddantur. Inde continuæ lites, dissensiones, altercationes & controversiæ, & quod pejus est, tot doctrinæ reformationes quot capita. Id præcipue hoc anno experiebantur Transylvani Prædicantes; cum enim juvenes illi, quos ad Præconum ministeria selegere, Francofordiæ, Francqueræ, aliisque Germaniæ locis Theologiæ studio vacarent, eruditatem Calviniani erroris *de absoluto Prædestinationis & reprobationis decreto, seu de gratiæ particularitate* primum nauseare, ac demum, cum illum concoquere non possent, evomere cœperunt, domumque reversi, quod librius hauserunt, pleno alveo in patriam effuderunt, & *dogma de universalitate gratiæ Dei miserentis* palam ore & calamo propugnarunt. Unde evenit, ut veteres Transylvani Præcones pupillam oculi

oculi graviter lædi existimantes, contra juvenes hosce Novatores toto doctrinæ, Zeli ac eloquentiæ suæ apparatu in aciem per plures annos procederent. Præcipui, quos impetebant, erant Franciscus Tseprugi, Georgius Vereszoti in Collegio Claudiopolitano Professores Theologiæ, necnon Michael Tatai, Andreas Bartha, Samuel Nadudvari, Josephus Mekfalvi, Langius, Andreas Huszti, & Hermanus Venema Franckueranus Professor, quorum postremus cum Antonio Driessenio Universitatis Groningensis Professore, jurato præfati erroris Calviniani Defensore propudiosam non minus ac diuturnam habuit altercationem. Hic enim primo Venemam tam in suo libro, quam in concione hæresis nota perstrinxit, cui tamen anno hujus sæculi trigesimo tertio mox Venema *expostulationem justam* opposuit, tum vero discordiarum flammis oleum est affusum; quippe Drieffenius aculeata duo scripta contra Adversarium suum evulgavit, quorum primum ita inscripsit: *Divina auctoritas Codicis novi Testamenti vindicata e strepitu variantium lectionum . . . . & a controversia, quando, a quibus, qua auctoritate constitutus sit ejus canon contra Virum cel. H. Venema publica scriptione divinam constituti canonis N. T. Originem*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

ejusque integritatem ſollicitantem. Diſ
titur etiam ſententia de Perſonarum in D
vina Eſſentia inæqualitate, per quam ve
notio Divinæ generationis & proceſſio
tollitur, creatio infertur, & neceſſario r
ad Sabellianiſmum, vel ad Arianiſmu
itur &c. Alterum ejus ſcriptum hu
præfert titulum: *hypotheſes Arminia*
zantes V. Cl. Venema detectæ & confu
tæ. In præfatione reſpondetur ad V. C
expoſtulationem. Haud ſegnior erat V
nemæ calamus, quo in præfatione
Stephani de Brais opuſcula ſuam
thodoxiam defendere nitebatur: co
tra hunc tamen Drieſſenius tractat
de ſapientia hujus mundi, quam Deus fe
titiam fecit, & breves annotationes in py
pugnatam Venemæ doctrinam edidit,
quo de pluribus doctrinis erroneis A
verſarium ſuum inſimulabat, ac pr
ceteris eidem exprobrabat, quod a
optatis Cameronis & Amyraldi hæ
ſibus duplicia decreta electionis & re
probationis ſtatuiſſet, nempe unu
generale, quod non ad Perſonas, ſe
earum fidem vel infidelitatem reſpice
ret, & alterum ſpeciale, quod quide
abſolutum eſſet, non tamen ad Beat
tudinem & damnationem, ſed duntax
xat ad participationem vel denegatio
nem fidei reſpiceret: e contrario autem
generale hoc tantummodo Beatitudinem
ve

vel damnationem importaret, quin ul- Sæc. XVIII.
lum in particulari concernat &c. Huic A. C. 1735.
Calviniſtarum errori, cum præter relatos adhuc plures alii Calviniani Præcones obtreperent, inter hos & crudiores Prædicantes continuæ lites, & diſcordiæ oriebantur. Habentur contra eos Synodi, quidam acrius obſiſtentes officiis amoventur, alii ad palinodiam vel inviti coguntur, ubique tumultus, confuſio, ſcandalum, & non jam Religio, ſed Rebellio, & factio. Hanc deſolationis abominationem amare deflebat Georgius Bonyhai (alter Calvinianæ ſynagogæ Jeremias) in Tranſylvania Superintendens ac Maros Vaſarhelyenſis Eccleſiaſtes, qui hoc anno die vigeſima quinta Januarii ad Antonium Drieſſenium qui contra Tranſylvanos gratiam univerſalem propugnantes acrius dimicabat, querulas has dedit literas.

„Humaniſſimas tuæ Claritatis de „die ſexta Novembris anni proximi „elapſi Groninga datas, unacum præ„fatione accluſa, accepi 2ima præſen„tis Januarii debito cum reſpectu & ho„nore, ex quibus ſumma cum condo„lentia intelligo, graves inter Te ac Clar. „Venemam, diſceptationes exortas de „præcipuis religionis noſtræ capitibus, „men-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„mentionemque iniicis motuum in e
„leſiis noſtris Tranſilvanicis a nonnull
„fratrum noſtrorum olim Cl. Venem
„diſcipulorum ſuperioribus annis exc
„tatorum, ſimulque obnixe rogas, m
„nesque me officii, quatenus mihi ſun
„mæ curæ ſit ſtudium orthodoxi
„apud nos conſervandæ, ut Te doc
„rem rei hujus apud nos actæ rati
„nem omnem. Hujus igitur brevibus
„accipe ſpeciem facti.

„Quintus jam labitur ab anno [illegible]
„annus, quo nobis innotuit quorun
„dam fratrum noſtrorum Franequer
„olim ſtudentium ſuſpecte heterod
„xia, quorum præcipue unus imbu
„tus hypotheſi univerſalis gratiæ, pu
„lice illud dogma apud auditores ſu
„docebat, unde rixæ ac diſputation
„inter ejusdem auditores exortæ ſun
„Quibus auditis, cum ſevere tam leg
„bus noſtris eccleſiaſticis cautum ſit,
„ſub gravi cenſura, ne quid in doctr
„na vel ritibus a quoquam innovetur
„officii mei erat, his ſcandaloſis innō
„vationibus obviam ire. Ambo ego
„dem horum fratrum, cum iisdem do
„ma hujus heterodoxiæ in ſupremo no
„ſtro conſiſtorio objecta eſſet, pernē
„garunt, ſe in illa ſententia eſſe, ſi
„mulque orthodoxas noſtras ad for

„mam

„mam canonum synodalium Dordra- Sæc.XVIII.
„censium theses de prædestinatione & A. C. 1735.
„gratia reversalibus suis, subscriptio-
„ne ac sigillo roboratis approbarunt,
„erroresque iisdem adversos rejecerunt,
„Similiter actum est cum tertio in Sy-
„nodo particulari. Quartus vero, de
„quo supra cum in sede nostra superat-
„tendentiali in quæstionem vocatus
„fuisset, non negabat sententiam suam
„de prædestinatione & gratia univer-
„sali, imo etiam strenue asserebat, ne-
„que eam ullo modo retractare vole-
„bat; tamen literis reversalibus datis
„se obstrinxit promisitque, nec publice
„nec privatim eam docturum, sed paci
„ac unioni sanctorum operam daturum.
„Verum postea fidei suæ ac reversali-
„bus minime satisfecit, sed cum res ac
„materia sic tulit, publice eandem
„doctrinam suis auditoribus in publico
„cætu docere cæpit, quod nobis gene-
„rali visitatione Anni proxime elapsi in-
„notuit, eodem ipso fatente, ac dicen-
„te, se non posse aliter docere, quam
„credat atque coram sede nostra visita-
„toria systema theologicum *Limborchii*
„supra systema *Heideggeri* laudabat.
„Quare secundum canones nostros ha-
„buit gravem censuram nempe suspen-
„sionem ab officio sacro usque ad syno-
„dum generalem. Eadem nostra ge-

„nerali

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„nerali visitatione innotuit etiam alii
„ex fratribus nostris, pariter olim Fra
„nequeræ studens, qui rogatus fatebo
„tur, se etiam esse in doctrina unive
„saliſſimi, verum adhuc hærere se inte
„duas hypotheses referebat subinde
„quare eidem etiam injunctum est, u
„ad sequentem synodum se determin
„in alterutram partem. Insuper sci
„te velim, non tantum Franequen
„verum ex alia etiam Universitate re
„ducem factum quemdam eadem
„potheſi imbutum, miniſtrumque ho
„tum in celebri nostra Ecclesia Nag
„Engedienſi, suis declarationibus mu
„to majores dediſſe turbas, scandal
„factionesque in illa ecclesia in hu
„usque diem. Dum itaque videre
„Illuſtriſſimi ecclesiæ nostræ Reform
„tæ proceres occasione hujus innov
„tionis tantas turbas ac scandala ori
„ad synodum nostram generalem an
„proxime elapso, in oppidum de K
„külö congregatam e gremio suo dou
„delegarunt deputatos cum hac pr
„positione, ne tales in doctrina inn
„vatores in miniſterio S. patiatur syn
„dus. Quæ propositio cum congruente
„facta esset legibus patriæ & canonibus
„eccleſiaſticis, id unanimi voto totiu
„spnodi concluſum est, ne tales inno
„vatores in miniſterio S. patiantur, se
„a Ec

„a ſacra functione in perpetuum amo- Sæc.XVIII.
„veantur, prout etiam prænominatus A.C. 1735.
„miniſter Engedienſis in eadem ſynodo,
„cum ſententiam ſuam neutiquam vel-
„let retractare, ab officio ſacro in perpe-
„tuum amotus eſt amovebiturque, niſi
„ſententiam ſuam mutet, ac receptæ
„orthodoxiæ noſtræ ſe accommodet.
„Hunc exitum habituri etiam alii, qui
„leges patrias, ac canones noſtros ſus-
„que deque habentes ſe receptæ or-
„thodoxæ doctrinæ opponunt. Ita enim
„habet ſynodi generalis Antiſtitum tam
„Hungarienſium, quam Tranſilvanien-
„ſium Szathmar - Nemethinæ anno.
„1646. congregatorum canon. 19. 20.
„21. ſtatuit inſuper, ut ſtudioſis diſcendi
„gratia in Academias exoticas promo-
„vendis non prius a patronis ac fautori-
„bus eorum pecunia in manus tradatur,
„quam expreſſis reverſalibus ſe ſe fir-
„miter obſtrinxerint, quod nullam in
„iis hæreticam aut heterodoxam, no-
„minatim autem Socinianam, Armi-
„nianam, & Aanabaptiſticam doctri-
„nam imbibant, verum propheticam
„& apoſtolicam, quæ in confeſſione Hel-
„vetica ac Catecheſ. Heidelb. compre-
„henditur, ſententiam addiſcent, ean-
„demque & non aliam quamdam redu-
„ces facti domi docebunt. . . . Si qui
„vero ex iis, quibus jam aliqua eccle-

„ſia

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„ſia aut ſchola commiſſa eſt ſuſpecti v
„de doctrina vel de ritibus habeantur, d
„ligens in eos a ſuis ſenioribus inqui
„ſitio facienda, ac ſi certo compe
„tum fuerit, vel heterodoxiam aliquam
„fovere ac docere, vel vere novos ri
„tus clam vel palam introducere ſtu
„dere, poſt unam atque alteram ad
„monitionem usque ad generalem ſy
„nodum ab officio arceantur. Quod
„attinet ad formulam ſingularem mi
„niſterii candidatis præſcriptam, ut
„que ſic eſt. Cum enim viderent tu
„illuſtres Proceres, tum ſynodus ge
„neralis, nonnullos fratrum noſtrorum
„ex Academiis exoticis reducum Ar
„minianiſmi ſuſpectos in doctrina inno
„vaſſe, placuit ex utrinque formulam
„ſtrictiorem præſcribere miniſterii S
„candidatis, confeſſionem Helveticam &
„Catecheſin Heidelbergenſem adjicien
„do ſolitæ formulæ juramenti, quod
„poſt ſcripta Prophetarum & Apoſtolo
„rum doctrinæ iisdem contentæ adhæ
„rere velint.

„Sic itaque Vir Clar. ad petitio
„nem ac obteſtationem tuam, in qua
„tum cauſam Dei & eccleſiæ Reformatæ
„agis, ut ſcribis rei apud nos taliter
„actæ hiſtoriam tibi notam facere de
„bui, fecique bona fide, non in eum
„finem

„finem, ut litem tuam cum Cl. *Vene-* Sæc. XVIII.
„*ma* meam faciam, ejusque nomini, A. C. 1735.
„famæ, & existimationi hac relatione
„detractum velim, cui ob eruditionem
„semper multum tribuo, sed publica
„ecclesiarum nostrarum, in iisque a
„reformatione ad hoc usque tempus in
„puritate suæ retentæ orthodoxiæ cau-
„sa, ut eam in posterum etiam per Do-
„ctores vestrarum Academiarum ac eo-
„rundem discipulos ad nos reduces,
„sartam tectamque conservare valea-
„mus, neque eam a talibus novatu-
„rientibus impeti permittamus. Nos
„post Confessionem Helveticam & Ca-
„tech. Heidelb. pro scriptis nostræ fi-
„dei symbolicis de prædestinatione &
„gratia habemus canones patrum sy-
„nodi Dordr. nec ab illis recedere vo-
„lumus. Optandum esset, ut etiam
„in Belgio vestro, & alibi successores
„non nulli eorundem patrum & Docto-
„rum, juxta eosdem canones hypo-
„theses suas instituerent, neque præ-
„ter id, quod ibi scriptum est, saperent.

„De reliquo Vir Cl, te tuaque stu-
„dia commendo divinæ benignitati,
„Deus te diutissime conservet studiaque
„tua divinæ gloriæ ac ecclesiæ Dei
„emolumento inservientia feliciter se-
„cundet".

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XLIII.

Covetus Abbas a Janseniſta tr cidatus.

Hucusque Janseniſtarum petula nonniſi famoſis libellis, fraudib calumniis, mendaciis, conficti prodigiis ſibi auctoritatem compar moliebatur: Nimis autem infirmæ opprimendos ſuos Adverſarios ipſis debantur hæ artes, hæc arma rum adhibendum erat, & in eorum, qui ſe illis opponerent, g ſandum; non equidem ſine huma naturæ horrore concipi poterat, cu dam factionis homines reperiri, non modo tam Divinas quam huma leges pro tuendo ſuo fanatiſmo c culcarent, ſed etiam humano cru ſeſe inebriare certarent, & quidem alio ex fine, niſi ut ſemel concept opinionem, indeque natam perv ciam, ac contradicendi libidinem tuer tur: Tam funeſtas tamen ideas Janſe mus eo tempore implantabat vel cuidam Sectario nomine Le Fevre & profeſſione pileorum artifici. Hic i quiſſimo ferebat animo, quod Abba Covetus Cathedralis ad B. V. Can nicus, & Pariſienſis Archiepiſcopi V carius, Janſenianos errores, quos a

tea non modo adoptaverat, sed & fervide propugnaverat, jam sincero, firmoque animo detestaretur. Acerbiore dolore hujus insani animum lancinabat funesta persuasio, qua hunc ipsum Abbatem præcipuam exstitisse caussam crediderat, ut Cardinalis Noaillius, olim validissimum Quesnellianæ factionis fulcrum, potentissimis Benedicti XIII. monitis tandem cederet, & Ecclesiæ judicio debitum deferret obsequium. Utriusque hujus Præsulis palinodia vulnus haud sanandum doctrinæ puritati, & quod maximum erat, suæ Sectæ inflictum fuisse arbitrabatur fanaticus iste homo; ultionem igitur, quam in mortuum Cardinalem exerere haud ultra poterat, in vivos parat, & furore ac rabie percitus, præprimis Abbatem perimere statuit: Opportunam sceleri quærit occasionem, pugione ad ictum parato: Infausta etiam forte Abbas die vigesima nona Aprilis ad Ecclesiam Cathedralem contendit, quo conspecto obviam procedit sicarius, pugionem extrahit, diro vulnere Abbatem confodit, & patrato scelere mox fugam arripit. Abbas, doloris sensum opprimente terroris vehementia, se vulneratum haud credidit, unice coram vicinis in opem accurrentibus, conqueri auditus, quod protervus quidam

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

dam homo pugnum in ejus latus imp
gisset: Ast gressum promovens, cu
Archiepiscopalis Palatii scalas consce
dere parat, subita animi defectione
genua concidit: brevi tamen sibi re
ditus, ad Cathedrale Capitulum de
ferri petiit, suum ibidem Canonic
tum suo Avunculo resignaturus. I
de vero ad ædes suas delatus, die t
gesima ejusdem Mensis animam D
reddidit, infelix Quesnelliani fanat
victima. Nec diu ultrix Nemesis sa
rilegum homicidam insequi tardavit
tertia enim post facinus hora in pos
qui a Diva Virgine nomen habet,
Satellitibus comprehensus in vinc
datur: Habita in eum quæstione
patrata cæde, fatetur, se hunc Abb
tem occidisse, eoquod hic ipsum a n
fandis nuptiis cohibuisset, simulque S
cramentalem ei absolutionem denega
set; de cetero se vehementer dole
quod tres adhuc alios, nimirum Par
chum ad S. Margaretham, ordinari
cognitionis Judicem, & supremum Ur
bis & anonnæ Præfectum trucidandi
occasio sibi esset prærepta; si horum sa
guine sitim suam explere potuisset, se
bi crudelissimam quoque mortem sum
mæ jucunditati fore; tormenta enim,
quæ ipsum expectarent, sibi haud in
cognita esse, nec illis ullo pacto terreri

&c.

&c. Protervum hoc responsum credebatur læsæ mentis argumentum esse, facta autem ulteriori criminis inquisitione deprehensum, eum esse Convulsioniſtam, & Jansenianæ, uti ipsus fatebatur factioni addictissimum, proin fanatismo abreptum credidisse, se Deo præstitisse obsequium, quod Abbatem Covetum, utpote fervidum Constitutionis vindicem, e vivis exturbasset; sique hac die hunc interficiendi opportunitas eum fefellisset, se firmo statuisse animo, ut eo tempore, quo Parisiensis Archiepiscopus in festiva Pentecostes die Sacrum solemne celebraturus, sibi assistentem haberet Covetum Vicarium suum, illum publice in Ara ad Archiepiscopi latus pugione transfoderet. Tanti igitur sceleris immanitate per propriam rei confessionem comprobata, ut vindicis justitiæ insigne documentum Jansenistis daretur, in sacrilegum pronuntiatur sententia, vi cujus solo indusio indutus, & sune ad collum appenso cereum in manibus gestans ante fores Ecclesiæ ad B. Virginem a Deo, Rege, & populo delicti veniam peteret, ac demum dextera amputata ad supplicii locum abstractus, vivus capitali rota interimeretur, elisaque membra rotæ infami innecterentur. Enimvero Regius Pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

curator ab hac ſententia ad Parlamentum appellabat, cauſſatus, hanc poenam uni homicidio non eſſe commenſuratam, eam, etſi plurium cædium voluntas acceſſiſſet, omnino mitigandam eſſe; Attamen Parlamentum pro ſata ſacrilegii atrocitate, atque exemplum in improbos conſtituendi neceſſitate, criminalis judicii ſententiam ratam habuit, quæ etiam die octavo Maij executioni data eſt. En! Quousque pertinax ſectariæ novitatis odium hominem pertrahere valeat.

§. XLIV.

Alia Janſeniſtarum molimina.

Hac ſupplicii ſeveritate nondum Janſeniſtæ, quos *Convulſionarios* vocant, a ſua inſania curabantur; ſæpius enim concubia nocte Viri ac mulieres omnisque conditionis homines clam convenerant, & inter cantus ac preces per urbem erectis vexillis nocturnas circumducebant proceſſiones, atque quoque in ſuis conventiculis conſuetas patiebantur convulſiones; Id vero ubi reſciverat Heraultus criminalis ſecti Præfectus, cum ſuis ſatellitibus in eorum domos irrupit, & quotquot comprehendere poterat, ad Baſtilliæ carceres

ceres abduci jussit, alios quoque nu- Sæc. XVIII.
mero viginti octo, qui ad ridiculi sui A. C. 1735.
Thaumaturgi tumulum supplicantium more incessisse convicti erant, pariter in vincula conjecit. Non deerant tamen, qui ejusmodi fanaticorum insaniam, eorumque errores ore & calamo defenderent: eapropter Parisina urbs integro infamium libellorum torrente inundabatur, in quibus Sectarii indignum in modum convitiis & calumniis proscindebant omnes illos, qui perversæ eorum doctrinæ venenum, fraudes ac perfidias detegere adlaborabant: Nil tamen magis Christiano nomine indignum erat, quam quod plusquam septuagenarius Franciæ Archi-Præsul Sanitiensis non modo pro comprobandis Parisii miraculis epistolam sub titulo: *Epistola Sanitiensis Episcopi de erroribus sparsis in quibusdam novis scriptis* ediderit, sed etiam Appellantes nec esse schismaticos, nec Constitutionem esse acceptandam, ex his ipsis ludicris commentis probare conatus sit, tanto Convulsionistarum plausu, ut hujus Præsulis epistolam passim *admirabilem* vocitarent. hanc tamen ipsemet Montpessulanus Episcopus, quantumvis juratus Constitutionis hostis, egregie confutavit. Petulantius vero præ ceteris contra veritatis vindices virulen-

Sæc. XVIII. A. C. 1735

tum ſuum calamum exercere perge
Anecdotorum Author, qui eo tem
tatis prolapſus eſt, ut in tertio ſ
rapſodiæ tomo ſuæ factionis Profe
tos haud obſcure exhortari præſum
ret, quatenus ex Eccleſiæ gremio
lam excederent: Nec id abs re; ſe
enim penſata Janſeniſmi & Queſnell
iſmi natura conſtat, illum nil niſi
ſcriptum eſſe Calviniſmum, qui,
in Orbe Catholico aperta fronte
inuſtum ſtigma comparere minim
deret, purioris doctrinæ larva occ
tus irrepſit, & aliquamdiu inter
viniſtas Ultrajecti *in parva Eccleſia*
tuit, hodiedum vero protervius in
tholicis regionibus invaleſcit; inde
tem timendum, ne brevi Queſnellia
ſtæ eſe palam & ſine fronte Proteſt
tibus conjuncturi, cum illis, uti
unum cor & anima ſunt, ita un
corpus ac ſocietas fierent, inte
Provinciis demirantibus, ſe eſſe
viniano - Lutherano - Queſnellian
Eo ſane collimare Quesnelliſtarum
limina, inde ſat clare patet, quod jam
dum Gallicanam Eccleſiam cum Au
cana conformare, & ſpiritui prim
ſingulare tribunal erigere, necnon
ad ſtabiliendam plenam conſcientiæ
bertatem omnia ſus deque movere,
omnibus ſuis libellis conati fuerint: Ho
ſpi

spiritu animatus Auctor præfatus in suis Anecdotis manifeste demonstravit, Quesnellistas firmum fixumque habere, ut super se nec Papam, nec Regem pati vellent; quid ergo aliud intendunt, nisi ut Ecclesiam horrendo schismate scindant, & regna periculosis seditionibus perturbent? Id invictis argumentis ad Quesnellistarum confusionem in sua Anecdotorum refutatione demonstrabat Petrus Lasiteau Sistaricensis Episcopus. Quoniam vero hi Novatores tum apud potentiores tantum auctoritatis haberent, ut fanaticum suum librum a sæculari Curia supprimi præpedirent, econtrario autem præfati Episcopi refutationem, quamprimum publicam lucem aspexerat, Regii Senatus decreto die decima nona Augusti prohiberi procurarent, inde animosiores facti infamem suam *Historiam de libro reflexionum & Constitutione* imposturis turgidam per universum pene Orbem impune divulgarunt, & præfatam Constitutionem, qua eorum errores fuere damnati, omni, quo poterant, modo impugnarunt: Præcipue vero in opem vocabant tam apertas fraudes, artes que dolosas, ut plane vix comprehendi queat, quod Viros alias sano judicio præditos, atque auctoritate insignes seducere potuerint. Demum Janseni-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ſtæ eo temeritatis devenere, ut non ſ
ne maximo proborum horrore & ſcan
dalo certiſſimas quasque Religionis Ca
tholicæ veritates præfracte negarent
ad hanc tantamque proterviam non ni
ſenſim ac per gradus pro more omnium
Novatorum prolapſi; primo enim ſicu
olim Lutherani ad Synodum provoca
bant, ita hi reflexionum librum, in qu
totum doctrinæ ſuæ venenum contine
batur, per authenticam Pontificis Con
ſtitutionem damnari petebant, cui
obſequium polliciti; poſtquam ver
ejusmodi Conſtitutio omnibus decre
nis Apoſtolicæ prærogativis dotata pro
dierat, eam eſſe obſcuram cauſſaba
tur, proin explicandam eſſe contend
bant, falſo perſuaſi, Papam, utpot
ſupremum Legislatorem nunquam a
paucorum petitionem legem ſuam ab
unde clariſſimam explicaturum: ub
vero eum ad petitas explicationes pe
ratum cernebant, cum ſuæ inobedien
tiæ prætextum hac ratione ſubmove
pertimeſcerent, ipſam Bullam in ſe
ipſa adeo vitioſam eſſe opponebant, u
legitimæ explicationis incapax eſſet
quapropter ab ea ad futurum Conci
lium Generale appellabant: Opponeba
tur eis, præter Pelagianos & Luthe
rum in tota retro antiquitate Eccleſia
ſtica nullum reperiri exemplum appe
latio-

lationis a Bulla dogmatica in universa Ecclesia recepta interpositæ, ac ejusmodi provocationem idem esse, ac ab Ecclesia dispersa appellare ad Ecclesiam congregatam, talemque appellationem non minus frivolam, quam schismaticam esse: ne ergo ad hunc lapidem offendere viderentur, aperta fronte Ecclesiæ dispersæ auctoritatem pernegabant, seu quod idem est, ac negare, quod detur Ecclesia infallibilis omni tempore subsistens: quo principio totius Ecclesiæ auctoritatem negabant. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Tandem eo usque progressa erat eorum rebellio adversus supremum Ecclesiæ Pastorem ac Judicem, ipsumque suum legitimum Regem, ut nec precibus, monitisque, nec moderationis, ac clementiæ viis a sua pervicacia ad obsequium reduci paterentur; quippe ipse summus Pontifex literis paterno affectu, ac tenero amore plenis eos ad veritatis semitam revocare studuit, Ludovicus quoque Franciæ Rex, licet obedientiam absoluto imperio a suis subditis extorquere potuisset, omnes tamen conciliationis rationes ad sedandos animos aptas, sibique suggestas adhibere non dubitavit: ipsum etiam Purpuratorum Collegium nullum non movit lapidem, ut promeritæ anathematis

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

tis pœnæ ſuſpenderentur, & refracta rii ultro ad ſubjectionem permoverentur: Denique cuncti ferme Galliarum Epiſcopi, Clerus Gallicanus & Sorbona ad omnes concordiæ vias ſeſe propenſiſſimos exhibebant, & animo profuſus heroico tot tantaque incommoda convitia Religionis pacisque ſtudio tolerabant, unice, ut a veritate deviatos ad rectam ſemitam reducerent. Sed caſſum tamen omnia; Queſnelliſtæ enim, ut ſedis Apoſtolicæ jugum excutere poſſent, Pontifices in ſuo magiſtrio erraſſe, pertinaciter contendunt, & ſi ab adventu Chriſti Domini usque ad hodiernum diem ſoli Pontifici & Episcopis res fidei juxta poteſtatem ipſis a Deo datam decidendi auctoritas competat; cum ergo hi Novatores contra Chriſti promiſſionem Papam & Epiſcoporum Corpus erraſſe propugnant, quid aliud faciunt, quam ut ipſum Evangelium evertant? cumque iteratis Regum ſuorum edictis pervicaciter obſtrepant, quid aliud timendum, nisi quod hæc factio per alias Societates æque perverſas aucta tandem non modo Eccleſiaſticam, ſed & profanam Monarchiam eliminare moliatur.

§. XLV.

§. XLV.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Nova concertatio ob emendatum Breviarium Parisiensis Archiepiscopi.

Sicut Quesnelliſtarum pertinacia ſat turbulentos in Galliis excitaverat motus, ita immoderatus Moliniſtarum fervor vix non parem conflavit tumultum. Illius occaſio erat hæc: Carolus Caſparus Guilielmus de Ventimilia Comes Maſſilienſis du Luc Pariſienſis Archiepiſcopus, quædam abſurda in Breviario, quo hucusque ejus Diœceſis utebatur, contineri exiſtimabat, eapropter Viros pietate ac eruditione Eccleſiaſtica claros jam quatuor abhinc annis ſelegit, qui illud emendarent, & additis, demptisque aliis ad formam Clero magis proficuam redigerent. Hi anno priori demandatum opus feliciter ad exitum deduxerunt, & correctiones factas Archiepiſcopo exhibuere: Tantopere Præſulem hic labor oblectabat, ut novum hoc Breviarium hoc anno Pariſinis literis excudi curaret, illudque in omnibus Eccleſiis, Monaſteriis, aliisque Communitatibus in uſum deduci præciperet, eo potiſſimum nomine; quod ſibi probe perſpectum haberet, jam antea a Ludovico de la Vergne de Treſ-

Sæc. XVIII A. C. 1735. Treſſan Rothomagenſi Archiepiſcop
conſentiente ejus Capitulo Cathedr
ejusmodi emendatum Breviarium
hac Diœceſi invectum, non ſine co
muni applauſu receptum fuiſſe.

§. XLVI.

Pariſini hujus Archiepiſcopi mandatum pro recipiendo novo Breviario.

Parem ſibi applauſum utilitatemq
pollicebatur Pariſienſis Archiep
copus, quapropter die decima ſeptim
Maij ex ſuo Archiepiſcopali Palatio
univerſum Diœceſis ſuæ Clerum
quens promulgavit præceptum:

Dilectiſſimi Fratres.

„Quamprimum Divina providen
„nos ad regendam hanc Diœceſin voc
„verat, mox edocti, ſummopere neceſſ
„rium eſſe, ut Breviaria, Miſſalia,
„cetera Eccleſiæ ritualia noſtrorum
„Prædeceſſorum juſſu confecta recen
„ederentur, hinc noſtrarum partium
„eſſe judicavimus, ut juxta S. Decreta
„& præcipue ex præſcripto Canonis vi
„geſimi primi Synodi Pariſinæ anno
„ſupra milleſimum quingenteſimo vige
„ſimo octavo celebratæ quædam ed
„præ

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

„præfatis libris eliminemus, & quæ„dam in eis immutemus, alia vero sub„rogemus, quæ Clero & fidelibus no„stræ curæ commissis utiliora censebi„mus. Eo fine ejusmodi selegimus Vi„ros, quorum dexteritate ac eruditio„ne exoptatam hujus operis perfectio„nem nobis polliceri possemus: Hi „etiam per plures annos huic labori „cum tanto progressu insudarunt, ut „non nisi magna animi nostri satisfac„tione & solatio perceperimus, Bre„viarium a nobis nuper publicatum cum „applausu fuisse exceptum, & a pluri„bus Præsulibus in eorum Diæceses in„troductum fuisse. Enimvero illud ex „ipsis S. Paginæ verbis & SS. Ecclesiæ „Patrum libris ex integro compositum „est, & quicquid in eo legitur, Divini „cultus Majestatem, Religionis sancti„tatem, & sponsæ Christi dignitatem „manifestat. Præterea Ecclesiastici, „quibus cura animarum demandata est, „in eo uberem, ac superabundantem „apparatum ad propriam utilitatem & „fidelium institutionem reperient.

„Eapropter ex consensu & appro„batione Venerabilium Fratrum nostro„rum Decanorum, Canonicorum, & „Metropolitanæ nostræ Capituli, om„nibus Ecclesiis, Communitatibus, Or„dinibus,

Sæc. XVIII. A.C. 1735

„dinibus, Collegiis, Monaſteriis, alis
„que Religioſis Domibus & denique
„omnibus & ſingulis, qui in noſtr
„Diœceſi ad perſolvendum penſum C
„nonicum adſtringuntur, præcipimus
„atque injungimus, ut ſibi ſpeciatim
„de novo hoc Breviario proſpiciant
„ita ut illud privatim & publice a D
„minica SS. Trinitatis hujus anni, a
„ſaltem intra trimeſtre a die dati hu
„mandati recitare incipiant, diſtinc
„autem omnibus & ſingulis intimi
„mus, ne juxta mandati noſtri Brevi
„rio præfixi tenorem ullo alio Brevi
„rio intra totam Diœceſin noſtram u
„antur, adeo, ut, cum noſtras pr
„ces invicem hac ratione conjungimus
„& in unitate Spiritus perſeveramus
„pariter in tempore noſtro eandem in
„petremus gratiarum abundantiam
„qua primi Chriſtiani olim repleti
„erant. Ne igitur quiscunque ignoran
„tiam obtendere queat, omnibus De
„canis, Sacerdotibus, & Eccleſiarum
„ac Ordinum Superioribus &c. præcip
„mus, ut præſens hoc noſtrum mandat
„tum proximo Pentecoſtes feſto, a
„proxima poſt ipſius receptionem Do
„minica die publicent, & in Sacriſtia,
„aliisque locis affigi curent. Datum &c.

§. XLVII

§. XLVII.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Quorumdam oppositiones contra hoc Breviarium.

Quamvis hoc Breviarium non modo in Parisina sed & aliis Diœcesibus communi ferme usu ac calculo comprobatum esset, immoderatiores tamen quidam Constitutionis Vindices, quod in eo carperent, brevi invenere, ac intempestivo suo ardore eo processerunt, ut palam divulgarent, in hoc libro doctrinas reperiri adhuc magis periculosas, quam in Jansenii & Quesnelli propositionibus fuissent damnatæ: Paulopost in vulgus spargebant scriptum quoddam, cui titulus: *Epistola circa novum Breviarium Parisiense*, in ea hujus Breviarii Authores sine ambage vocabantur *Calviniani systematis hæredes, iniquitatis ac hæresis rei &c.* Verum vix Parlamento hoc scriptum innotuerat cum illico Conventum celebraret, in quo præsentibus Triumviris Regiis Petrus Gilbertus de Voisin Regius Advocatus in hæc verba effatus est:

„Quis unquam credidisset, Breviarium non ita pridem ab hujus Metropolis ac Diœcesis Archiepiscopo compositum tam infami libello prosciissum

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„iri: minus vero præſumi potuiſſ
„quod tam laudabilis conatus tot vo
„exoptatus, & luculentum Paſtor
„ſollicitudinis monumentum tam
„pigro labore, ac tanta circumſpec
„ne elaboratum inſimularetur, peri
„acſi Janſenianæ factionis opinionib
„de quibus tamen Pariſienſis Archie
„copus nulla vel leviſſima unquam
„ſpicione violatus erat, plus nimio
„veret. Nihilominus tam indigna
„tari cernimus in quadam epiſtol
„jusdam Anonymi furtive impr
„qua Auctor ſub tam vano prætex
„Præſulis ſui auctoritati opponit,
„modo prorſus indigno in Breviar
„ab eo Diæceſanis traditum calu
„proterve debacchatur, imo nec
„ejusdem Archiepiſcopi Perſonæ
„cit, ſed ſtupido prorſus artifici
„mulat, ac ſi ipſius auctoritatem
„fendere vellet".

„Si impii hujus libelli judicio
„dendum foret, hujus Breviarii Auct
res *ſuſpicandi anſam præberent, ſe non*
ſpecietenus eſſe Catholicos, eosque in
concinnando non niſi hæretico ſpiritu
in ſacram ſedem animatos fuiſſe. . . .
utpote digniſſimos Calviniani dogmatis
redes, luculenter prodere, quod doc
Eccleſiæ auctoritatem haud ultra

rent, ſed profiterentur, quemlibet fidelium poſſe ac debere ſemetipſum juxta privatum ſuum judicium judicare: Præterea hujus Epiſtolæ Auctor illos, qui huic Breviario operam dedere, *palam de hæreſi & malitia* poſtulat, & queritur eo rem eſſe deventam, ut *venerandi Eccleſiæ Patrum textus e fidelium manibus rapiantur, eisque e contrario cujusdam Appellantis, & hæreſin foventis blaſphemiæ ſubrogentur, & fidelium labiis imponantur.* Verbo dicam, vix magis virulentæ & calumnioſæ expreſſiones, vix acerbiora probra excogitari poſſunt, ac in infami hoc libello usque ad extremum apicem expreſſa leguntur. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Quam horrendum Spectaculum! exclamat Auctor, hujus Breviarii oppugnator, *abominatio deſolationis in ipſum quoque Sanctuarium invehitur; ſacrata Sacerdotum labia ad impietatem Baals evehuntur, noſtraque Templa Blasphemiis ac hæreſibus reſonare audiuntur.* Cuncta in Breviario contenta Authori diſplicent, illudque vocat monſtruoſum, ait quoque *totum Corpus eſſe maſſam infecto ac fœtido fermento repletam, quam quis tangere non poſſet, quin ea inficiatur.* Tam proterve loqui audet de opere adeo venerando, de quo tamen conſtat, *illud conſcio, promovente, imo etiam jubente*

Sæc. XVIII A. C. 1735.

Archiepiscopo Parisiensi publici juris fuis factum.

„Frustra Auctor jactitat reverentiam erga hujus Præsulis Personam „in vanum gloriatur, quod ipsius orthodoxiam. Dei timorem ac Zelum „vindicare velit, dum ejus auctoritatem, agendique rationem tam indigno modo insectatur, & laudum præconia huic Præsuli jure debita in toto libello velut inique attributa venditat; omnes enim ferme pagina Archiepiscopo obicit, quod Breviarium divulgarit, quod tenebrarum opus esse tam manifeste patet, ut haud exacta inquisitione egeat, sed ubique hostis vestigia & errorum abominatio se prodat. . . . Ubique Novitatum Amator detracta larva agnoscitur, quamvis studiose sese occultare satagat; ubique enim bonum semen Zizaniis suffocat.

„Quis sibi quæso, persuadere potuisset, tam atroces & male consutas „criminationes tantum valituras, ut „operi, quod ex tam Venerandis manibus, quales sunt Parisiensis Episcopi, suum honorem eriperent, illudque traducere possent, velut medium, quo fidelium Religio perturbatur, cum erroris novitatisque stigma in fronte gerat.

„Ve-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Verum hæc probra duntaxat in „eorum recidunt capita, quibus firmum fixumque est, ejusmodi errores „ac novitates aut adoptare, aut propagare. De cetero semper nostrarum „partium est, ut eas in hoc libello contentas supprimamus; præsertim vero „malitiosæ illæ artes, quibus dissensionis semina in sacratum nostrum Ministerium spargere & oves contra Pastorem incitare adlaboratur, Parlamenti censuram exposcunt; severe etiam „castigari meretur temeraria protestatio, qua Author declarat, *veros Catholicos in acceptationem hujus Breviarii „nunquam consentire posse; illud enim unice eo collimare, ut Catholicæ Religionis fundamenta evertere, & super ejus ruinis centies damnatas doctrinas erigere valeat.* „Hæc vox longe diversa est a jactata, submissione erga legitimi superioris & „præcipue primorum Pastorum auctoritatem: nempe certissimum est, quod privati commodi spiritus ad quamcunque „demum corruptelæ & excessus speciem „inducat, semper debitam subordinationem excludat, & si semel in homine dominatur, nullam aliam legem, quam inordinatas passiones, „nullum alium ductorem, quam cæcum opinionum suarum impetum, & „protervíam admittat. Igitur necesse

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„eſt, ut libellus hic tantopere impi
„juſtitiæ ac Parlamenti ſeveritatem n
„nime effugiat: eo fine Vobis illius a
„emplar porrigimus, qua vero pœ
„in damnandum hunc fœtum anima
„vertendum eſſe cenſemus; ex annex
„noſtro judicio perſpicietis". Abſolv
Regii Procuratoris oratione Triumv
præfatum libellum, cui præfixus er
hic titulus: *Epiſtola circa novum Br
viarium Pariſienſe anno* 1736. *die 25
Martii impreſſum*, unacum Procura
ris judicio diſcuſſerunt, & habi
ter ſe deliberatione die octava ju
præceperunt, ut hæc epiſtola in pub
co foro carnificis manu dilacerata co
buratur, cunctisque Typographis
Bibliopolis ſevere inhibeatur, ne illa
vel imprimere vel vendere præſuma
Porro hæc ſententia præfata die ex
cutioni data eſt, nec tamen propte
intempeſtivus Moliniſtarum ardor re
dit; paulopoſt enim alium divulgarun
libellum ita inſcriptum: *Expoſitio ju
Epiſtola ſecunda ad Archiepiſcopum Pa
ſienſem*, in qua rurſus hunc Præſulem
Janſenianæ hæreſis inſimulabant, ple
lumque mordaci calamo, indignum in
modum inſectabantur: Verum hæc
quoque epiſtola Parlamenti decreto di
decima Auguſti ad rogum damnat
fuit:

Tan

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Tanta vero erat Oppugnatorum temeritas, ut tertiam quoque epistolam atra bile infectam adversus hoc Breviarium in vulgus spargerent. Eapropter sedulo in earum Authores inquisitum, quorum tamen astutia, & arcani religio inquirentium solertiam fallebat: insimulabantur quidem Jesuitæ, qui tamen apologia Archiepiscopo porrecta suam innocentiam vindicabant, allatisque rationibus demonstrabant, se nullam omnino partem in conficiendis evulgandisque ejusmodi scriptis habuisse. Ceterum Doctores illi immoderatiores cum Parisiis parum proficerent, magis prosperum sui Zeli successum sibi Romæ pollicebantur; nec irrito prorsus conatu; quippe per suos Emissarios ex Cardinalibus ac Prælatis nonnullos tam dextre ad sua pertrahebant studia, ut Clemens XII. Papa Parisios ad Reinerum Delcyum sedis Apostolicæ Nuntium literas daret, in quibus præfatum Breviarium sibi usquequaque non probari declarabat: Acceptis hisce Papæ literis Nuntius Compendium contendit, illas Fleuryo Cardinali porrecturus; Hic vero propositis variis rationibus has literas accepiare recusabat, ac Nuntio persuadere conabatur, nil consultius esse, quam ut præfatas Papæ literas Romam re-

Sæc. XVIII, A. C. 1735.

mitteret, atque urgendo hoc negot
penitus ſuperſederet : Enimvero in
perhabitis omnibus hiſce motibus h
Breviarium non modo in omnibus f
me Pariſinæ Diœceſis, ſed & in a
locis recipiebatur, & Seminariſtæad
Sulpicium, & ad S. Nicolaum, q
ceteris acrius ſeſe opponebant, ſem
remiſſius agere, nilque adverſus Br
viarii uſum movere cœperunt, eoquo
illud tanquam magnæ utilitatis, ſanc
que doctrinæ liber a potiſſimis aqu
haberetur : Fertur quidem, quod Ar
chiepiſcopus ad declinandam ulter
rem moleſtiam ſtatuerit, encyclic
divulgare literas, in quibus unicuiq
novo Breviario utendi libertatem f
ret : aſt Parlamentum, & ſanctio
Regis Senatus immote inſtitit, ut hu
Breviarii uſus ubique invaleſceret. D
nus propitium ſui laboris ſucceſſum h
buit Boſſuetus Trecenſis Epiſcopus, q
novum quidem Miſſale ac Breviarium
pariter edidit, & approbantibus vigin
ti tribus Canonicis illud in ſuam Dio
ceſin invexit : octo tamen Canonici il
lud apud Senonenſem Archiepiſcopum
denuntiabant, qui etiam ſevero man
dato ad ſuæ Diœceſis Clerum, & Tre
cenſe Capitulum miſſo illius uſum in
dicto anathemate inhibuit, eoquod in
illo plures errores in Janſenio, Baio &

Quel

Quesnello damnati innovarentur, & variis Missæ ritibus immutatis, plura pietatis exercitia erga B. V. usu approbata abolerentur. Eo Religionis studio Cameracensis & Embrodunensis Archiepiscopi Missale proscripsere. Trecensis vero Episcopus illius integritatem vindicaturus unacum aliis Episcopis sibi saventibus apud Regem querebatur, qui hujus libri examen Viris probis ex Episcopali Ordine & Regis Senatu electis commisit, ut juxta datam relationem, quod veritati æquitatique consonum esset, decernere posset, interim die undecima Junii edito decreto tam Senonensis, quam Trecensis Episcopi libellos supplices his reddi præceptum, inhibitumque ceteris Curiis, ne sese huic negotio ingererent. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. XLVIII.

Plures libelli contra Constitutionem editi & ad rogum damnati.

Præter supradictas epistolas contra Breviarium vulgatas per deputatos Judices eodem hoc anno insuper singulari edicto publice infami igne absumpti sunt sequentes libelli. *Annotationes, quibus doctrinæ per Constitutionem damnatæ conformitas cum S. Scriptura & tra-*

Sæc. XVIII. A. C. 1735. *ditione oſtenditur* II. *Reflexiones in miran la moderna Abbatis Pariſii.* III. *Veri per errorem oppugnata*, in quo libel Author adverſus Conſtitutionem ta quam errorem vehementer declam IV. *Reflexiones & reflexionum argumen circa captivitatem Babylonicam*, ubi p riter Conſtitutio *Unigenitus* impugn tur. V. *Farrago circa Eccleſiæ contro verſias*; infamis hic libellus præterea ris malitiam inſuper præfixas habe figuras æri inciſas, & oppido turpes VI. *Diabolus ægrotans.* Hæc rapſoda ad normam allegorici figmenti concin nata, calamo effræni, & dente livido tam Conſtitutionem, quam præſentem ævi politicum regimen corrodit, & pr cipuos Aulæ & Eccleſiæ Miniſtro probroſum in modum inſectatur: O terum hi libelli non modo a carnifi lacerati, atque in ignem conjecti, ſe inſuper Typographi, qui eos furtiv impreſſerunt, ac vendiderunt, grav bus ſuppliciis mulctati fuere.

§. XLIX.

Fleury Cardinalis ſollicitudo in di lendis Gallicanæ Eccleſiæ diſſidiis.

Sub idem tempus Cardinalis Fleuryus nullum non movit lapidem, ut ejus mos

modi schediasmatum torrenti aggerem opponeret, & tandem Ecclesiæ Gallicanæ pacem restitueret. Eo fine varia concordiæ media summo Pontifici proposuit, & præcipue perdemisse ab eodem petiit, ut ea, quæ in Constitutione *Unigenitus* nonnullis duriora videbantur, edita reconciliationis Bulla temperaret, & duodecim illos articulos, quos ad declarandam Constitutionem edere, Benedictus XIII. parabat, ad octo novos redigeret, quorum temperamento utrique contendentium parti, salva fidei puritate, & debita S. Sedi obedientia satisfieri posset. Hunc in finem Fleuryus celebriores ex illis theologis, qui tam Constitutioni adhærebant, quam qui eandem oppugnabant, in consilium adduxit, ac non raro cum Nicolao Petit-Pied, qui ante biennium ex Hollandia Parisios revocabatur, Issiaci hac super re colloquebatur Evocabat quoque Montpessulanum Episcopum, ut collatis ac perpensis utriusque partis rationibus tandem exoptatus hujus controversiæ tantopere exagitatæ exitus promoveri posset. Horum consilio Fleuryus formulam concepit, juxta quam reconciliationis ineundæ Bulla ederetur, quam annuente ipso Rege Romam ad summum Pontificem transmisit. Insuper Rex Sant-Aigna- Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

Aignano Duci Gallico Oratori negotium dedit, ut Papam eo inducere conetur quatenus præfatam Bullam auctoritate Apoſtolica firmaret, tandemque diuturnis æque ac moleſtis hiſce diſſidiis finem imponere niteretur. Iuſſa illico exequitur Orator, ac ſummo Pontifici Bullæ ideam, de qua diximus tradit, qui etiam octo ex propoſitis articulis ratos habuit, ſuaſitque, ut Embrodunenſis Epiſcopus, vel alius Præſul doctrina & auctoritate clarus Romam decerneretur, ut tandem gravi hoc reconciliationis negotium junctis viribus ad deſideratum finem deduci poſſet. Attamen tam ſalutaris conatus fruſtratio nonniſi obduratæ Queſnellianorum pertinaciæ adſcribenda eſt: Enimvero Clemens Papa contra hos, contumacesque, qui Conſtitutionem acceptam renuerent, ſacrum Eccleſiæ fulmen interminabat; ejus tamen minas Sectarii, utpote Parlamenti auctoritate ſuffulti, flocci habebant.

§. L.

Ludovici XV. Franciæ Regis mittitur ad Generalem Congregationis S. Mauri.

Ne

Nec tamen omnis ſperatæ reconciliationis fructus impenſo Fleurii Cardinalis labori defuit; ejus enim impulſu Ludovicus XV. Franciæ Rex pertinaces via clementiæ ad obſequium revocare ſtuduit: Eapropter illos, qui ob ſuam oppoſitionem, qua Conſtitutioni repugnabant, tam Baſtiliæ, quam in aliis carceribus detenti fuerant, libertati reddidit, pluresque eam ob cauſſam in exilium detruſos inde revocari juſſit. Pari etiam benignitate quosdam ex Congregatione S. Mauri Monachos, qui Conſtitutionem acceptare, pertinacius renuebant, ſibi ac Sacræ Sedi obſtringere nitebatur; quamvis enim Hi in ſuis comitiis ante triennium celebratis præfatam Conſtitutionem ſolemni decreto acceptaſſent, ac ipſemet Rex illos, qui eidem obluctarentur, a jure ſuffragii tam *activi* quam *paſſivi*, ut vocant, excludi juſſiſſet, pauci tamen adhuc erant, qui in erronea ſua opinione ad repugnandum obſtinati perſtarent: Horum ſortem miſerti ex eadem Congregatione non pauci ſtrenue adlaborabant, ut & illos ad veritatis & obſequii ſemitam reducerent. Eapropter ſupplices Regi exponebant, ſpem plenæ reconciliationis certam fore, ſi Rex excluſionis decretæ pœnam refractariis clementer relaxare

Sæc. XVIII. A.C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

laxare dignaretur. Horum votis i
clinatus Rex, die quarta Martii h
anno ad Patrem du Pre Vicarium G
neralem præfatæ Congregationis p
Comitem de Maurepas Regii Senat
Secretarium hæc Verſaliis perſcri
juſſit.

Reverende Pater!

„Regiæ ſuæ Majeſtati tam per d
„ditioſos in vulgus ſparſos libelles,
„quam per aliorum relationem inde
„tuit, ad quem deplorandum intum
„veſtra Congregatio potiſſimum ea ex
„cauſſa ſit redacta, quod nonnulli Cor
„ſtitutioni in veſtris comitiis anno 1
„Regis juſſu celebratis ſancitæ pertin
„cius ſeſe opponant. Enimvero Re
„tantam inobedientiam ſuprema d
„auctoritate reprimere & caſtigare p
„tuiſſet, ac etiamnum poſſet; cum re
„ro ex vobis non pauci certam fec
„ſent ſpem, fore ut ſi Rex nuper de
„cretas quorumdam excluſiones cle
„menter remittere vellet, per hanc
„Regiæ clementiæ teſtificationem cor
„cordia revocari, & bonum Ordinis
„regimen reſtitui, certo certius poſ
„ſet: Hac fiducia fretus Rex conce
„ventia uti ac concedere voluit, ut in
„Monaſteriis pro Conventualibus, &
„in comitiis pro Deputatis ejusmodi
„Mo

„Monachi in Superiores eligi possint, Sæc. XVIII.
„qui juxta vestras Constitutiones eligi- A. C. 1735.
„biles sunt. Serio enim Regia sua Ma-
„jestas inhibet, ne in ejusmodi elec-
„tionibus a tenore Constitutionum vel
„in minimo recedatur, vel quicquam
„contra ea, quæ in nuperis comitiis
„anno 1733. sancita & decreta fuere,
„agatur, vel proponatur eoquod Regia
„sua Majestas præfatum Capitulum jam
„antea sua auctoritate confirmasset, ac
„etiamnum confirmet: Rex igitur cer-
„to confidit, nuper exclusos Monachos
„libertate a Rege clementissime indulta
„ita usuros, atque adlaboraturos, ut
„quicquid hucusque in eorum agendi
„ratione reprehensione dignum erat,
„emendaturi, seque dignos reddituri
„sint, ut Regia sua Majestas luculen-
„tiora adhuc suæ benignitatis specimi-
„na vobis in futuro vestro Capitulo Ge-
„nerali præbere valeat. Petit igitur
„impense, ut in vestra Congrega-
„tione, quam Rex sua veneratione ac
„patrocinio omni tempore honorat,
„subordinatio, & unio tantopere ne-
„cessaria refloreſcat, & reddita pace
„Congregatio vestra imposterum quo-
„que, uti hucusque omni tempore fe-
„cit, Ecclesiæ utilitatem promovere,
„eique deservire possit. De cetero,
„Reverende Pater, supplico, ut de
„meo

Sæc. XVIII A. C. 1735.

„meo erga Te affectu, jugique vene„ratione perſuaſus &c. Acceptis hiſce literis ſingulari benevolentia plenis præfatus Vicarius Generalis die decima quinta ejusdem Menſis ex Generalis ſui mandato Pariſiis ad omnes Congregationis Superiores has dedit literas Encyclicas:

„Transmitto atque accludo man„datum, quod Rex ad noſtram Con„gregationem expediri clementiſſime „præcepit. Ex allatis rationibus quæ „Regem ad id permoverunt, necnon „ex benigniſſimis verbis, quibus hæc „juſſa conſtant, nova Regiæ gratiæ „ac clementiæ ſpecimina agnoſcetis. „Rex enim eo usque ſeſe demiſit, „ut noſtræ calamitatis originem ipſe „indagaret, & media ad plene ſanan„da noſtra vulnera excogitaret oppor„tuna: Relaxatæ excluſiones, & red„ita ſuffragiorum libertas computan„dæ ſunt inter beneficia, quibus ultro „modum excitari debemus, ut indies „magis magisque nos Regiæ protectio„nis dignos efficere certemus: Summa „igitur utamur promptitudine, ſum„mo ſtudio conemur Regiæ ſuæ Ma„jeſtatis voto ſatisfacere, prout ipſa a „noſtra gratitudine & ſubmiſſione præ„ſtolatur: nec utilius, nec dignius „in-

„indulta libertate uti poterimus, quam „ſi benignæ voluntati Regiæ tuæ Ma- „jeſtatis ad amuſſim reſponderimus: „Nullus porro dubito, quin vos & ve- „ſtra Congregatio, perlectis hiſce Re- „giis mandatis, idem ſapiatis: perga- „mus itaque ſincera noſtra vota pro „conſervatione Regiæ ſuæ Majeſtatis, „& pro totius Regiæ familiæ proſperi- „tate offerre; ipſimet enim de noſtræ „Congregationis neceſſitatibus adeo „perſuaſi eſtis, ut ſuperfluum foret, „vos ad fervidas preces ideo ad Deum „fundendas incitare, ut Clementiſſi- „mum Numen ſpiritum pacis & ſub- „ordinationis reddere velit. Id a ve- „ſtra pietate, veſtroque Zelo mihi pol- „liceor &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Hoc Præpoſiti Generalis monitum apud illos, quos magis falſa perſuaſio & ſuſpicio minus fundata, quam erroris malitia contaminaverat, tantum profecerat, ut ferme omnes debitum obſequium corde, ore, & calamo palam profiterentur; prout P. Jacobus Martinus ex monaſterio San-Germanenſi Monachus Benedictinus, in ſua epiſtola ad Cardinalem Quirinium die prima Octobris 1742. data, & Benedicto XIV. nomine ſuorum Sodalium oblata teſtatur: En illius tenorem:

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Panurgia, qua tamdiu jactatam fu-
„se Ecclesiam Gallicanam *dicis, ut pe-
rimum confossa est scriptis San-Germanen-
sium; quos inter (si gloriari oportet, ut
expedit quidem) gloria qualiscumque mi-
mihi parta est. Sicque evenit, uti de in-
dustria Ludovicus decimus quartus,* „
„& nomine Magnus, dum in vivis
„fieri jusserat, paulo post mortem ejus
„factum sit. In ejusdem gloriosi Prin-
„cipis proposito susceptoque consilio
„tres Ecclesiæ Gallicanæ Purpurati Pro-
„ceres permanenter, Historiam consti-
„tutionis unigenitus potissimum a no-
„bis confici texique voluerunt. Unus
„etiam e nostris, unus, inquam, Epi-
„stolis Theologicis miracula a jansen-
„stis contra Doctrinam Constitutionis
„*Unigenitus* conficta, asserta, atque ad
„Cœlos usque elata, ita explosit, ut
„nunc ab omnibus exsibilentur. Tale
„etiam in eandem Constitutionem in-
„tenta & contorta acriter, fortiterque
„retudit; eaque re Episcopalibus insu-
„lis donatus est. Quanti autem sint
„hæ Epistolæ Theologicæ, probant
„plura Testimonia, quæ ex iis Sanctis-
„simus Dominus noster Benedictus
„XIV. Pontifex maximus in doctissi-
„mum suum uberrimumque de San-
„ctorum Beatificatione & Canonizatio-
„ne opus cum Auctoris Elogio tradu-
„xit.

„xit. Hinc fit, ut a Rege, aliisque Sæc. XVIII.
„Regni & Eccleſiæ Proceribus e no- A. C. 1735.
„ſtris eligantur ad ſedandas diſſenſio-
„nes, quæ in Religioſorum Monialium-
„que conventibus a Sedis Apoſtolicæ
„hoſtibus excitantur.

„Quanta autem nos obſervantia,
„quantoque nexu Eccleſiæ Romanæ,
„utpote Chriſtianæ Religionis centro,
„adhæreamus adglutinemurque, pa-
„tet ex ea, qua factum eſt diligentia,
„ut intra Congregationem noſtram una
„fere ſit nunc fides mentium & pietas
„actionum. Adeoque dicemus obiter
„inopinatam illam Benedictinorum
„San-Mauriorum in melius commuta-
„tionem Clero Gallicano, Regi Chri-
„ſtianiſſimo, ipſique Summo Pontifici
„inſtar miraculi admirationi eſſe, eam-
„que Chriſtianis omnibus & ſingulis in
„Teſtimonium debiti redditique Sedi
„Apoſtolicæ obſequii proponi. Si qui
„autem etiamnum apud nos ſecus ſen-
„tiunt, præterquam quod ii de die in
„diem ad bonam frugem ſe recipiunt,
„ac magna eſt ſpes fore, ut brevi ul-
„troque unius moris inhabitent in do-
„mo Dei: tacent illi quidem, ac in
„Dei Eccleſia ſciſſuras eſſe nolunt: re-
„ſpuunt enim dici eſſe Pauli aut Ap-
„pollo, aut etiam Cephæ, cum Chri-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„sti esse debeant. Urget imprimis ex„emplum eorum, quos Beatissimi Pa„pæ Benedicti XIV. ad Summi Pontifi„catus apicem promotio ad saniorem „mentem certatim revocavit. Mirari „enim nobiscum, & revereri non de„sinunt virum, cujus laus dudum est „in Evangelio, cujus Electio Spiritus „sancti opus est & fructus, cujus mores „Apostolorum tempora respirant, cujus „virtus animi supra dignitatem est, „cujus actus salutis sunt documenta, „cujus charitas nos omnes cupit invi„ceribus Christi, cujus sollicitudo om„nium Ecclesiarum Laicis est norma jus„titiæ, Clericis sanctitatis forma, „Episcopis vigilantiæ pastoralis deco„neamentum, Regibus & Principibus „rectæ administrationis exemplar; Qui „non quærens quæ sua sint, Dei æmu„latione Deum ipsum Ecclesiamque „sponsam dumtaxat æmulatur; Qui „Legum & Canonum est Defensor, „orphanorum Pater, & judex vidua„rum; Qui Petri navem regendam non „suscepisset, si extra eam salvari quis „posset; Qui tandem de Sanctorum „Beatitudine & Canonizatione sen„tens, Beatitudini & Canonizationi „suæ viam straverit.

„Hæc, ut nos amas, Antistes Præ„stantissime, Summo Pontifici, meo „&

„& Congregationis noſtræ nomine Sæc. XVIII.
„quam primum in memoriam revoces A. C. 1735.
„velim. Nam uti ille Superiori noſtro
„Generali ſignificavit, ſæpius auditum
„Romæ fuit de ejus in Apoſtolicam ſe-
„dem ſingulari obſequio, de ſtudio re-
„tinendæ monaſticæ diſciplinæ, de ſol-
„licitudine evellendæ a ſodalibus no-
„ſtris perverſæ doctrinæ, quæ priſti-
„num ipſorum decus inobſcuraverat.
„Hinc Sanctiſſimus Dominus noſter,
„mirifice delectari ſe teſtatur veterem
„tranquillitatem exercendis ingeniis
„fovendæque pietati nimis utilem, no-
„bis tandem reſtitutam fuiſſe. Hæc
„inquam, ſedulo in memoriam revo-
„ca, ut Apoſtolicam Benedictionem
„nobis ac Ordini noſtro, quem præ-
„ſtantiſſimum dicere haud gravatur,
„peramanter impertiri pergat.

„Hæc enim una omnium noſtrum
„vota complectitur. Id autem benefi-
„cii a Te obtinere eo confidentius ſpe-
„ramus, quod litteris ad nos tuis illud
„nobis te præſtiturum eſſe libentiſſime
„promittis, quod te ſanctiſſime ac di-
„ligentiſſime colimus, quod te apud
„ſanctam Sedem unicum Patronum ha-
„bemus, quod tuis ſapientiſſimis mo-
„nitis obtemperamus, quod primordia
„Corcyræ, Pauli II. vitam, ſancti

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

„Philastrii opera, aliaque scripta v
„a te, vel te curante in lucem emiss
„plurimi facimus, ac in iis quidqui
„eruditionis, ingenii & curæ invent
„potest animadvertimus; quod om
„nium Operum Divi Ephræm editi
„nem hactenus frustra tentatam, di
„que expetitam, tua diligentia, tu
„que ex parte expensis omnibus num
„ris absolutam, brevi prodituram a
„accepimus; quod in tuis Platon
„lucubrationibus Platonem reviv
„tem cernimus; quod antiqua Be
„dictini Ordinis laus & gloria in Te
„sidet; ac demum quod a Vatica
„Bibliothecæ Præfectura ad nov
„majoresque honores tua Te meri
„virtus evehunt.

„Has litteras peculiari quadam
„guinis, patriæ, studiorumque affi
„tate Montfauconio devinctus, a
„multo magis admirabili virtutum tu
„rum fama incensus, dabam in Sa
„Germanensi Parisiorum musæo X
„Kal. Aug. illas Tu, Cardinalis co
„sultissime, qui nugas meas esse aliq
„putas, quique nuperrime Diptycha
„me tua Brixia misisti, ut de cælatur
„affabre elaboratis judicium ferre
„clementer accipe, ut quam expect
„tionem tui in me concitasti, eam a

„Om

„omnino, aut magna ex parte ex- Sæc. XVIII.
„pleas". A. C. 1735.

Ceterum Janſeniſtæ, ut ex tot proſcriptis eorum libris infamiam, & ex tot aſſeclarum transfugio damnum ſectæ illatum reſarcirent, vicemque rependerent, toti in eo erant, ut liber quem P. Bernardus Arras ante triennium ſub titulo: *Ordo Eccleſiæ ſeu Primatus & ſubordinatio Eccleſiaſtica* juxta S. Thomam edidit, pariter in Galliis publice proſcriberetur, quod & hoc anno impetrarunt.

§. LI.

Iterati Proteſtantium motus pro abolenda Rysvicenſi clauſula.

Quamvis jam anno hujus ſæculi tri- *Vid. ſup.*
geſimo quarto, uti memoravimus, *tom.* 74. *pag.*
Imperator collatis cum Galliarum Rege 538.
conſiliis, Proteſtantibus palam demonſtraſſet, minus æquam eſſe eorum petitionem de abroganda clauſula Rysvicenſi, nihilominus hoc item anno die vigeſima ſexta Aprilis Ratisbonenſes Principum Proteſtantium Legati, qui ſe *Corpus Evangelicorum* vocant, iterato Cæſarei Commiſſarii Principalis aures pulſabant, exponentes, jam ante biennium die decima ſexta Februarii

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

concluſum fuiſſe, omnia in loc
tam Gallico bello partis, quam recen
recuperandis juxta Imperii leges ann
1689. ſancitas eſſe reſtituenda; idem
quoque a Cæſare die decima nona Fe
ruarii, necnon in quarto Capitulat
nis ſuæ articulo fuiſſe promiſſum, n
ergo æquius eſſe, quam ut iterata p
licitatio tandem adimpleretur. Ad hæc
ergo Commiſſarius Princeps Cæſar
nomine die quinta Maij Ratisbona re
ſcripſit, reddita pace Cæſarem mi
rum prætermiſſurum, quæ in declara
tione anni 1734. continerentur: Com
autem fama ferret, pacem inter Cæſa
rem ac Franciæ Regem proxime con
cluſum iri, hinc Comes de Teſſin Sue
ci Regis Orator denuo urgebat, ut
Clauſulæ, utpote omnium gravami
num cauſſæ, & Weſtphalicæ paci, co
jus præcipuus fidejuſſor Rex Sueciæ
eſſet adverſantis abrogatio ineundæ pa
cis articulis inſereretur. Verum Cæ
ſaris Miniſtri die decima quarta Maij
reſponſi loco ad Sueciæ Regem trans
miſerunt nuperam Cæſarei Commiſſa
rii declarationem. Die vero vigeſima
quarta ejusdem Menſis Baro de Schu
lenburg Daniæ Regis Legatus Parisiis
Galliarum Regi ſupplicabat, ut præfa
tæ clauſulæ abrogationem anno 1734.
in Imperii comitiis concluſam & a Cæ
ſare

sare approbatam proximæ pacis tractatui inseri juberet. Nec hic stetere Protestantium molimina, sed iterum die decima Maij Ratisbonenses Legati ad Cæsarem dederunt literas, in quibus eidem ob factam ipsius declarationem grates quidem rependebant, intimabant tamen Cæsari, quod controversia de hac clausula, necnon consensus inter Cæsarem & Imperii status circa ejus abrogationem nullatenus ad Gallorum arbitrium esset remittendus, sed duntaxat attendendum, ne proximo pacis instrumento quidquam paci Westphalicæ adversum inseratur sed juxta clausulæ abrogationem solemniter & optima fide utrinque decretam ipsa abrogatio executioni detur, cunctaque inde enata gravamina tollantur. Hunc in finem iidem Legati die vigesima sexta Maij Ratisbonæ Georgii II. Angliæ Regis patrocinium implorabant, datis ad eum hisce literis. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Serenissime & Potentissime Rex, Domine longe clementissime.

Egregium illud patrocinium, quod Regiæ Majestati Vestræ in Aula Christianissimi Regis alibique locorum, ubi commodum visum, hactenus, ut compertum habemus, proprio jam animi motu in se susci-

Sæc. XVIII. A. C. 1735. *pere placuit, ne scilicet, notissima illa Co sula, quæ Pacis Ryswicensis Artic quarto Religionis causa adjecta fuit, proxima pacificatione reviviscat & no vires consequatur, in sempiternam & n quam satis prædicandam Regiæ Majes Vestræ gloriam cedere, Statibus Imperii mano-Germanici Evangelicis ingens præcipuum solatium afferre, imo neq Statibus Catholicis, quibus æquitas & stitia curæ cordique sunt, displicer potius jucundum & gratum esse, hujus negotii rationes & circumstanti titant, exposcunt & pollicentur. Co enim certius est, effatam Clausulam mento Pacis Westphalicæ, Legi S. R. fundamentali perpetuo valituræ, tam viter adversari, ut neutiquam credibile ipsam Aulam Gallicam tunc tempor quum anno 1697. prima, & anno 17 secunda vice tabulis Pacis inseria fuit, animo intendisse vel saltem cogitasse. P inde eo calamitosior, periculi plenior, demque intolerabilior Evangelicis s apparuit stupendus ille dictæ Clausulæ tra Germaniæ limites abusus, quem tim immodicus Religionis Zelus, effrenus privati commodi amor peperit, la nec naturalis vocum acceptationis, inde secundum saniores interpretationes gulas fluentis intellectus, nec denique tot tantarum Aulæ Gallicæ, prætensæ*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Clausulæ auctoris, declarationum habita ratione. Quapropter eidem non solum a statibus Evangelicis tam inter ipsos illico Tractatui Ryswicensi, quam postea quavis data occasione strenue contradictum fuit, sed etiam Status Imperii Catholici, ejusdem illegitimam originem & injuriam, indeque in rebus Ecclesiasticis ortarum turbationum gravitatem in Comitiis sæpius agnoscentes, tandem die 26. Februarii 1734. unacum Evangelicis in Clausulæ Ryswicensis abrogationem per solemne Conclusum convenerunt, nec minus sua Majestas Cæsarea ex connato sibi justitiæ & æquitatis amore, ductuque Articuli IV. Capitulationis Cæsareæ, eidem abolitioni per peculiarem declarationem die 19. Februarii 1734. statibus Evangelicis exhibitam, clementissime annuere non dubitavit. In aprico igitur est, hanc controversiam inter Cæsarem & Imperium, interque Catholicos & Evangelicos Imperii status felicissime compositam, eoque ipso Clausulam quæstionis e Germaniæ finibus omnino esse remotam. Persuasissimum habemus, Majestatem suam Cæsaream ceu nobis nuperrime in æternam nominis sui gloriam de novo polliceri benignissime voluit, in præsenti Pacis Negotio huic Imperii Concluso æque ac suæ ipsius Declarationi de anno 1734. firmiter inhæsuram omnique id cura evitaturam aut declinaturam esse, unde iterum, ne gravamina obtentu Clausulæ

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

sulæ Rysvicensis in Imperio nata tra
removeantur, nova obligatio quædam
Coronam Galliæ elici prætexique
Quid quod sperare prorsus liceat,
quoque Aulam Gallicam non solum tot
bus repetitarum Sinceration um suar
verum etiam Articuli XXI. Pacis
quam cum magna Britannia Ultraje
henum iniit, memorem, ab ulteriori
sulæ hujus tuendæ & conservandæ
to penitus discessuram esse.

Ne tamen hæc fiduciæ nostræ
utque ex prioribus liquet, juri &
innixa fundamenta sive per præcon
opiniones, sive finistras insinuationes,
denique ullas alias vel apertas vel clan
nas machinationes præter omnem spem
nuo labefactari aut destrui possint; Reg
vestram Majestatem submisse venerantes
cedimus, nomineque Dominorum nos
superiorum, & Committentium Nostro
pro benignissima illa ab initio statim
dicata interpositione sua decentissimas &
spective humillimas gratias persolven
eandem Majestatem vestram enixissimis
cibus rogamus, ut huic negotio con
que auctoritate sua, ubicumque loc
expedit, ulterius opitulari ne desistat,
primis vero in Aula Regis Christian
omnem curam impendere pergat, quo
allegatæ ex nostris die 10. hujus mens
Co

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Cæsaream suam Majestatem transmissis hic adjacentibus literis latius perspiciendæ Majestatis Cæsareæ Declarationes officiis Vestræ Majestatis sultæ ex voto efficiant, ne quid in proximæ Pacis Tabulas irrepat aut referatur, quod de instrumenti Osnabrugensis in Ecclesiasticis sancitis denuo detrahere, Clausulæ Ryswicensi sive implicite sive explicite spiritum & vires reddere queat, quin potius Rex Christianissimus eandem ipse abrogatam agnoscere, eoque ostendere & publicum convincere velit, Paci Westphalicæ ceu Legi Imperii fundamentali & pragmaticæ suum adhuc constare & conservari pretium, seque tandem promissis liberare velle, quorum fidem Magnæ Britanniæ atque duobus aliis potentioribus Europæ statibus inter Tractatus ultrajectinos dederit.

Regia Majestas vestra (Cui conservatio aut restitutio pacis & tranquillitatis publicæ nunquam non primo loco fuerunt, cuique hæc palma debetur, quod præsens hoc Pacis negotium indefesso duorum annorum labore suo & vigilantia non solum acceleraverit, sed etiam primam illius delineationem ceu Ichnographiam Belligerantibus inter se suppeditaverit) designatum consiliorum suorum finem tanto glorioſius assequeretur, si sua opera & Mediatione in Germania quoque Clausula Ryswicensi in perpetuum eliminata, utriusque Religionis statibus aureum illud

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

illud per Pacem Weſtphalicam ſtabilitum ſuum cuique poſtliminio quaſi reſtituetur, ſartum tectumque conſervabitur. Quæ Regium Majeſtatis veſtræ in rem Evangelicam conferendum beneficium Domini Noſtri nec non ſuperiores & Committentes grata & devotiſſima mente agnoſcent, & ad quævis officiorum genera eos reddet paratiſſimos. Nos vero ſupremum numen demiſſiſſime veneramur, ut Regiam Majeſtatem veſtram longæva annorum ſerie valetudinis integritate omniumque votorum feliciſſimo ſucceſſu conjuncta, in Regni Britannici Regiæque Familiæ Gloriæ & ſplendoris incrementum ſoſpitet atque perennet.

Eadem die præfati Ratisbonenſes Proteſtantium Legati paris ferme tenoris literas ad Fridericum II. Sueciæ Regem dederunt, eidem pariter inſuſurrantes, quod a Catholicis etiam Imperii ſtatibus, imo ab ipſo Cæſare præfatæ clauſulæ abrogatio fuiſſet decreta, proin nil certius fore, quam Cæſarem ſuæ declarationi anno 1734. factæ firmiter inhæſurum, ſe tamen Regiam ſuam Majeſtatem enixe rogare, ut ſua apud Imperatorem & Franciæ Regem officia eo impendere vellet, ne in futuræ pacis inſtrumento quicquam addatur, quod paci Weſtphalicæ in Eccleſiaſticis deroget, aut quo Ryſvicenſis clau-

clauſula reviviſcere valeat; Regem Franciæ id Sueco denegare haud poſſe credebant Legati, eoquod ambo Reges ſe præfatæ pacis ſponſores præſtitiſſent, & Lutherani hac in re non de lucro captando, ſed de damno evitando agant. Idem quoque rurſus ad Chriſtianum VI. Daniæ, & Fridericum Guilielmum Boruſſiæ Reges necnon ad Fœderati Belgii Ordines perſcripſere: Verum Chauvelinus Regii Sigilli Cuſtos ad horum Legatorum literas nomine Ludovici XV. Galliarum Regis reſpondit, Regiam ſuam Majeſtatem haud remiſſiori Zelo Religionem Catholicam, ac Proteſtantes ſuam tueri eſſe intentam, ac propterea firmiter decreviſſe, præfatam clauſulam pro viribus propugnare. Cum autem Proteſtantes ſæpius expoſuiſſent, quod ipſi ſemper contra eam fuiſſent proteſtati, & quod Franciæ Rex Anglis & Hollandis Ultrajecti in II. articulo promiſiſſet, cuncta ad priſtinum ſtatum eſſe reducenda, & Imperator id ipſum anno 1734. pollicitus eſſet, ad hæc reſpondit Chauvelinus, quod Imperator id promiſiſſet eo tempore, quo aliter agere non potuiſſet, Franciæ autem Regi firmum fixumque eſſe, pacti & tractatus tenori firmiter inſiſtere, & proxime ad

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ad omnia ab his Legatis propoſita re-tionem reddere.

§. LII.

Sueciæ & Angliæ Regum reſponſum ad Ratisbonenſes Legatos.

Accepto hoc reſponſo Proteſtantes ferme animos deſpondere cœperant, haud temere perſuaſi, Cæſarem quoque ad Franciæ Regis exemplum nil conceſſurum, quod Religioni Catholicæ per publicum & ſolemne pactum firmatæ adverſari poſſet: Nihilominus tamen Proteſtantes nonnihil reſpirare videbantur, cum ad eorum preces necnon ad urgendam clauſulæ abolitionem adeo pronos cernerent cunctos ferme Principes Acatholicos, ex quibus Angliæ Rex die vigeſima ſecunda Junii ad Ratisbonenſes Legatos hæc ad eorum vota perſcripſit:

Ampliſſimis & Conſultiſſimis Viris, S. R. I. Electorum Principum & ſtatuum Auguſtanæ Confeſſioni addictorum Conſiliariis & Legatis ad Comitia Ratisbonenſia Deputatis atque ibidem congregatis, Amicis noſtris perdilectis, ſalutem! Ampliſſimi & Conſultiſſimi Viri Amici, perdilecti! Literas veſtras ex Comitiis Ratisbonæ die 26.

26. *Menſis Maij ſuperius elapſi ſcriptas recte excepimus, ex iisque haud ſine voluptate quam plurima animadvertimus, illas quas hactenus inivimus rationes de Clauſula Art. IV. Pac. Ryswic. abroganda vobis fuiſſe gratas acceptasque. Deſideria veſtra ut pergamus porro atque opus illud Evangelicis S. R. J. Statibus exoptatiſſimum perficere enitemur, tam juſta ſunt tantaque laude digna, & tam noſtræ de ea re Sententiæ congrua, ut curas cogitationesque omnes, una cum Dominis Ordinibus generalibus uniti Belgii, Principibusque aliis Proteſtantium cauſſæ addictis, iisdem ex Voto explendis impendere non omittemus. Adeoque bonos fratres noſtros, præcipue Romanorum ſcilicet Imperatorem & Regem Chriſtianiſſimum permovere conabimur, ut pro ſumma illa Æquitate & moderatione, quibus in rebus pro communi bono adminiſtrandis ſeſe gerere ſolent, velint, hic quidem virtute concluſi ſolemnis S. R. J. & ſuæ ipſius Declarationis anni 1734. alter ad mentem 21. Art. Pac. Ultrajecti (*) & Rhenum cum*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

(*) Tenor hujus articuli erat ſequens: *Amicitiæ Dominæ Magnæ Britanniæ Reginæ dabit Dominus Rex Chriſtianiſſimus, quod in tractatu cum Imperio ineundo conceſſurus ſit, ut omnia*

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

cum corona noſtra initi approbationem co- ſenſumque ſuum præbere, ut pax Weſtpha- lica, clauſulæ iſtius Ryswic. ſanctiona haud parum labefactata in integrum denu reſtituatur & pro lege & Norma in S. R Rom. Germanico haud unquam in poſteru temeranda firmiſſime conſervetur. Et opera atque officiis noſtris (adnitentibu junctim quoque aliis Principibus ſtatibusque) id quod tantum cordi habetis, & tam ex æquo a nobis expoſcitis, feliciter ad finem perducere poterimus, nullum majus cum- latiusque gaudium habituri ſumus, quam hoc beneficium, apud Amicos noſtros perdilectos Evangelicos S. R. J. Ordines meritiſſime collocaſſe. De reliquo autem vos Divinæ Tutelæ ex animo commendamus.

Pariter die duodecima Julii Fride- ricus Sueciæ Rex Ratisbonenſes Ora- tores de potenti ſuo officio hac in cauſ- ſa apud Cæſarem & Galliarum Regem impendendo certos eſſe voluit, datis Holmia ad eos hiſce literis.

Quam gratioſum nobis fuit, ex literis Veſtris Ratisbonæ die 26. Menſis Maij jam præ-

omnia in antedicto Imperio, quæ Religionis ſtatum concernunt, ad tenorem pactorum Weſt- phalicorum conformentur, ita, ut manifeſte ap- pareat, nolle & noluiſſe Regem Chriſtianiſ- ſimum in dictis pactis quicquam eſſe mutatum.

præterlapsi datis cognoscere, consilia nostra, quibus communi statuum Evangelicorum commodo ac emolumento consultum voluimus, vobis maxime accepta fuisse. Placuit vobis enixe ibidem a nobis petere, ut curas nostras salutari huic negotio amplius addicemus, cui desiderio vestro nos tanto magis satisfacere proni sumus, quod nostræ ea de re sententiæ apprime conveniat, ac rei ipsius necessitas, non minus quam prædecessorum nostrorum Exempla id ipsum a nobis exigant. Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Digna sane res est, cui Reges aliique status communi opera incumbant, ut malo late latiusque in dies serpenti unitis consiliis quantocyus occurrant. Nos, quantum in nobis erit, non desinemus, nostris, Romanorum imprimis Imperatori, Regique Christianissimo, omni meliori modo exponere, ab Eorumque æquanimitate & solito tranquillitatis publicæ servandæ studio speramus, nocivæ illi IV. Articuli Instrumenti Riswic. Clausulæ, quam abolitam maxime cuperemus nos, congruum ex voto obicem positum iri, tam vi Declarationis Anni 1734. quam ex Norma Pacis Ultrajectensis, quo Paci Westphalicæ tanquam S. R. Germanici Imperii Sanctioni Pragmaticæ ac Legi fundamentali, suum tantum redeat robur: Quod si nostris Consiliis aliorum Principum ac statuum desiderio studioque suffultis eventus respondeat,

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

jam dudum meliori fato ſituque Evangelio-
rum res procul dubio apparebit & turbi-
quæ ſacris Religionique ab omni parte mi-
quid ominari videntur, rite ſopitis, exop-
tata tamdiu quies cito redibit. De cæter-
vobis Propenſione & Benevolentia Regi
manemus faventiſſimi, divinæ tutelæ vo-
etiam atque etiam commendantes.

Ingens ſane horum fervor, & lau-dabilis etiam, ſi cauſſæ æquitas con-curreret!

§. LIII.

Epiſtola Clementis XII. Papæ hac in cauſſa ad Archiepiſcopum at-que Electorem Moguntinum.

Enimvero Proteſtantes cœlum & acheronta movebant, ut inviſam ſibi clauſulam ex Albo Conſtitutionum Imperii deleri obtinerent, e contrario Catholici Principes vero Religionis Ze-lo animati nil intentatum relinquebant, ut omnia in eo ſtatu, quo vi hujus clauſulæ erant reducta, remanerent; iniquum enim reputabant, Prote-ſtantibus id indulgeri, quod ipſi Ca-tholicis nullo pacto concedi volunt; cum enim per pacem Weſtphalicam in Proteſtantium favorem innumera bona Ec-

Ecclesiastica Catholicis adempta & in plurimis locis Religionis Catholicæ exercitium exulare jussum sit, Protestantes vero ad iteratas fervidasque Catholicorum preces sub obtentu pacis solemnis, nullo pacto violandæ nec pungum terræ restituere; aut minimum de articulis pacis in favorem Catholicorum abrogari velint, immerito a Catholicis petere possunt, ut quæ per clausulam duobus publicis æque ac solemnibus pacis tractatibus in favorem Catholicorum statuta sunt, abrogentur. Hæc erat mens & sententia omnium ferme Catholicorum Principum ac Regum: Solus tamen Franciscus Ludovicus Comes Palatinus & Archiepiscopus Moguntinus S. R. I. Elector ad abrogandam hanc clausulam inclinare videbatur: id vero dum innotuit summo Pontifici, eundem mox die decima quarta Aprilis, ut salutarem hanc clausulam omnino salvam conservari curaret, serio hortabatur, transmissa ad eum hac epistola: Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Venerabilis Frater! Salutem & Apostolicam benedictionem.

Quod impositio nobis Apostolicæ servitutis oneri quam maxime convenit, assidua urgemus solicitudine sanandi Ecclesiæ vul-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

nera, ubi aliqua opportunæ curationis ef-fulgere ſpes videatur; Quam ob rem poſ-quam Ratisbonenſis Conventus duos ante annos, quarto Ryswicenſis Pacis Articulo neglectui habito, Catholicam Religionem non paucis Germaniæ locis, quo poſtlimi-nio redierat, exulare iterum juſſit, nun-quam conquieſcere animo nobis licuit. Quot querelarum, admonitionum officiorumque ad-hibuerimus, ut eam ab inclyta veſtra gente procellam declinaremus, Fraternitati tuæ non eſt ignotum, cui hac de re literas dedimus. Voluere tunc alii, ne quærendo remedio im-penderent operam, excuſare turbulenta Re-publicæ tempora, alii belli neceſſitatem. Nunc autem, cum Pax, jactis jam funda-mentis cito coalitura ſit, eademque proinde excuſatio valere nequeat, abs te majo-rem in modum petimus, ut vehementer con-tendas pro tua Eccleſiaſtica atque Electora-li authoritate ut quartus ille Ryswicenſis Articulus integer perſeveret, quin & novæ præſentis Pacificationis lege confirmetur ve-lut in Badenſi apud Helvetios Congreſſu geſtum fuit, ſi ſecus accideret (quod omen Deus avertat) doleremus utique, ac mira-remur plus exterorum ſedulitatem petiiſſe, ad revocandam in eo loco veram fidem, quam domeſticorum ad retinendam, quan-tum in nobis, & in Romana ſede auxilii eſſe queat in tanto gravitatis negotio, tantum ultro ſpondemus.

Incla-

Inclamamus præterea huic malo, priusquam obfirmetur, medicinam fieri oportere; Nolumus enim alienam culpam, in Curia aut silentio nostro dissimulatam in nos transferre, quod ut nec ipse careas paterna benedictione tibi Venerabilis Frater permanenter impertimur.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

§. LIV.

Archiepiscopi Moguntini responsum ad præfatas Clementis XII. Papæ literas.

Acceptis hisce Papæ literis Archiepiscopus atque Elector hac super re mentem suam sincere aperuit, & Moguntia die quinta Junii hæc Clementi XII. respondit:

Beatissime Pater!

Exhibuit Sanctitatis vestræ venerandum Breve die decima quarta Aprilis nuperi assiduam suam, qua pro conservatione Articuli IV. Pac. Ryswic. urgetur sollicitudinem concomitante quadam indignatione de neglectu a Conventu Ratisbonensi, ante duos annos desuper habito proindeque ardentius instando, ut prænumeratus Articulus integer maneat, quin & nova præsentis Pacificationis Lege confirmetur; Placeat autem sanctitati vestræ ex devotissima mea responsione

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

die quinta Octobris Anni 1734. *Clementissime reminiſci de genuina ſerie, quæ tum temporis Catholicos inter & Proteſtantes, cauſſa hujus Articuli contigit, & reluctabile inde, nil novi peractum, & coronam Galliæ idipſum jamjam Magnæ Britanniæ Reginæ & ſtatibus uniti Belgii ſolennissimo Ultrajectenſi Pacto, ſine ſtipulatione Imperii, & minus Catholicorum promiſiſſe, ſtatumque præſentem concernens, cum rei evidentia fere totius orbis Chriſtianus, maxime vero Catholicus ingravejcente bello quotidie majori periculo videbatur involvi, per gratiam divinam ſumma ſacræ Cæſareæ Majeſtatis cura & ſollicitudine, non minus ac pro præſentibus circumſtantiis, neceſſaria præcautione & circumſpectione, pro reſtituenda univerſa firma pace, & remediandis præſertim Imperii vulneribus, facta (Ut ſanctitas veſtra in ſuo venerando Brevi memorat) Pacis fundamenta Præliminaria, nimirum inter altiſſime fatam ſacram Cæſaream Majeſtatem & Coronam Galliæ inita, ſtatibus Imperii in univerſalibus Comitiis Ratisbonæ, pro requiſito conſenſu clementiſſime communicata, & ab iis cum ſumma gratitudine per totum conſeſtim, pro neceſſitate diu expectandæ Pacis ratihabita; cogita inſimul ſuæ Majeſtati plena concludendi deſuper facultate & quid proni periculi, ob articulum quæſtionis, tam de præſenti, quam de futuro timendum, ſanctitas veſtra per-*

perſpicaciſſimæ mentis luſtratione conſideran- Sæc. XVIII.
do Coronæ Galliæ præpotentiam, ſumma A. C. 1735.
qua par eſt reverentia ſubmitto, rogando enixiſſime, ne ſiniſtris delationibus, ſummo periculo concludendæ Pacis, locum concedere velit, qui pro mea parte, divina gratia ſuffultus & Sanctitatis veſtræ conſtanti Protectione confidens pro incremento noſtræ unicæ ſalvificantis Religionis ad aras usque ſtare non deero.

De cætero Sanctitatis veſtræ cum devotiſſimo voto omnigenæ felicitatis, me meamque Eccleſiam quam humillime commendo. Nec tamen ſegniori ſtudio Clemens Papa apud ceteros Catholicos Reges, & Principes contendit, ut hi præfatam Ryſvicenſem clauſulam ſartam tectamque ſervari conniterentur, & Romanæ Eccleſiæ cauſſam propugnare, hæreticorumque conatus pro facultate retundere ſatagerent. Nec in vanum cecidere Pontificis hortamenta; quippe confecta pace Cæſar Proteſtantibus ad libellum die 17. Novembris anni prioris reſpondit, ſibi integrum haud fore, Franciæ Regem ad abrogationem hujus clauſulæ cogere, aliunde vero illas urbes, ubi hæc abrogatio peteretur, non eſſe Imperio obnoxias, eas proin, etſi clauſula in Im-

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

perio aboleretur, quicquam in Religione immutari, haud passuras, consultius igitur fore ut mutua concordia extinctisejusmodi dissidiis in Imperio foveretur. Igitur hæc clausula adeo non est abolita, minusque ejus abrogatio pacis anno 1738. initæ tabulis inserta, ut potius in tertio ejusdem articulo tam Westphalica, quam *Rysvicensis* & *Badensis* pax pro fundamento definitivi tractatus pacis Viennensis haberetur, salva & integra permanente hac clausula, prævalentibus Catholicorum suffragiis, & æquitate.

§. LV.

Viennensis Archiepiscopi querelæ contra auctam Protestantium numerum.

Quanto studio Protestantes sectam suam etiam in locis, ubi tolerata non est, propagare, & Catholicis omnem suæ Religionis libertatem per publica licet pacta assertam adimere conarentur, ex nupera oppositione contra Rysvicensem clausulampatuit, magis tamen ex Sigismundi Comitis de Collonitz Cardinalis & Archiepiscopi Vienensis querelis luculenter apparuit. Res ita se habuit; paucis abhinc annis Protestantes in Viennensem Metropolin, & vicina oppida ac pagos maximo numero irrepse-

repserunt, variisque artibus, dolis ac sollicitationibus Catholicos contra Imperii Constitutiones ad suam Religionem induxerunt. Grave igitur, quod inde fidelium saluti immineret, periculum serio perpendebat vigilantissimus Archipræsul Viennensis; ut ergo malo latius grassanti obicem tempestive opponeret, libellum supplicem Imperatori obtulit, atque in eo potissimum sex, eaque maximi momenti gravamina contra Protestantium ausus exposuit. 1. Quod aliquo abhinc tempore plures Protestantium familiæ sub obtentu plurium, quæ recens invectæ sunt, texturarum in Austriam irrepserint, & præsertim Schwöchtæ, urbe uno lapide Vienna distante, integra Lutheranorum opificum colonia stabilem sedem fixerit. Hi vero non sine Catholicorum detrimento nonnisi Lutheranos famulos famulasque ad sua servitia reciperent, & si quandoque quosdam Catholicos assumunt, eos ad fidei defectionem vel sollicitarent, vel saltem in Religionis fervore tepidos reddere satagerent. Inde vero accideret, ut non raro Catholici Nobiles Viennæ famulos alienæ fidei addictos per integrum annum & amplius in suis servitiis sine scrupulo retineant, etsi eos ad veræ Ecclesiæ sinum revocandi spes nulla super-

Sæc. XVIII. A C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

superesset: Insuper Lutherani Textu-rarum Præfecti sæpissime juvenes quos-dam Prædicantes Viennam advocarent, sub falso prætextu, perinde acsi suarum prolium Institutores essent. II. Quod ex tempore, quo Catholici opifices in diebus Dominicis quatuor temporum, pro more rei Divinæ interfunt, Lutherani vel abessent, vel sine omni pietatis sensu præsentes forent: Si vero intersesse jubentur, relictis Catholicis opificum Magistris mox ad Lutheranos transirent. III. Quod Lutherani, etsi Protestantium Legatorum famulitio minime adscripti sint, nihilominus ad eorum Oratoria accurrerent, proin consultissimum foret, si per excubitores ab accessu arcerentur. IV. Quod Protestantes Legati non paucos, qui cum legatione nullum omnino nexum habent, in sui tutelam assumant, eorumque Præcones passim in Urbe Infirmos visum eant, eisque suam cænam Lutherano more porrigant. V. Quod, cum Bibliopolarum potissimi Viennæ Lutheri sectæ addicti essent, quamplurimi libri Acatholici in Austriam inveherentur. VI Quod fatali experientia compertum esset, quosdam a Catholica fide ad Protestantium sacra defecisse. His fusius expositis Cardinalis Carolo Imperatori supplicabat, ut Protestan-

tice

ticæ Religionis exercitium Viennæ, inque aliis Auſtriæ locis ad debitos limites reſtringeret: proin I. nulli exceptis exterorum Legatorum famulis, Acatholicorum ſacris in Legatorum Proteſtantium Oratoriis intereſſe liceret. II. Proteſtantium nulli integrum eſſet, Acatholicum Inſtitutorem pro ſuis prolibus habere. III. Proteſtantibus incolis ac ſubditis ſevere prohiberetur, ne deineeps intra Urbem ullum opificium vel artem exerceant. IV. Acatholicorum numerus, quantum fieri poſſet, reſtringeretur: Ut vero hac in re efficax opponeretur remedium, Cardinalis ab Imperatore petiit, ut huic negotio Cæſareos Miniſtros præficeret, & duos etiam Deputatos ad hunc Conventum ablegare, Cardinali Archiepiſcopo concederetur: Tam æqua Cardinalis petitio religioſiſſimo Imperatori videbatur, ut diſcuſſis rei momentis non modo conſilia a Cardinale propoſita adprobaret, ſed etiam eorum executionem tam ſtrenue urgeret, ut plusquam centum familiæ in ſecta pertinaciores ſolum vertere juberentur. Hoc remedio vix adhibito fructus adeo præſens extitit, ut non pauci ejurato errore ad fidem Catholicam reverterentur, obſtinatioribus Urbe ejectis

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

Sæc. XVIII. A. C. 1735

ejectis. Præterea *Decretati* (*) interminata etiam graviſſima pœna jubebantur, ut proximo S. Bartholomæi feſto aut Civitatis jus acquirere ſatagerent, aut ab exercendis ſuis opificiis abſtinerent. Inde factum eſt, ut non pauci ultra fidem Catholicam amplecterentur, alii vero ex Auſtriæ finibus excederent: Denique idem Archiepiſcopus cunctis Sacerdotibus natione Italis, quorum tum Viennæ plures agebant, ſi literas ut vocant, *Dimiſſoriales* non haberent, præcepit, ut in ſuas quisque Diæceſes redirent.

Promulgato hoc Cæſaris edicto Proteſtantes altum inclamare, de violata pace Weſtphalica & conſcientiæ libertate palam conqueri: immerito tamen; præterquam enim, quod Viennæ nequidem vi pacis ſectæ libertatem prætendere

(*) Ita Viennæ vocabantur illi Proteſtantes, qui potentum patrocinio ſuffulti anno 1727. & 1728. Viennæ nulla habita Religionis ratione recipiebantur, & ab Aulicis *decretum* extorquebant, vi cujus, numerata certa pecuniæ ſumma eis indultum, ut artes & opificia Viennæ exercendi facultatem haberent, quin propterea civium albo adſcribi, neceſſe foret.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

tendere poſſent, & hanc urbem incolendi facultate gratioſe conceſſa abuterentur, in animum revocare debuiſſent, Catholicos indigenas in Angliæ Regno, ex quo avita Religio non niſi Sectariorum violentia, & falſis ſeditionum criminationibus eliminata eſt, anno priori longe durius & quidem ſine omni cauſſa & culpa fuiſſe habitos; quippe Pſeudo-Epiſcopi ac Prædicantes in ſuis comitiis congregati Regi ſupplicabant, ut non modo nimiæ ſentiendi ac vivendi licentiæ frænum iniiceretur, ſed & *Catholicorum augmento obſiſteretur, ne tam Proteſtantium Religio ſimul & politicum Regimen evertatur.* Cum ergo ad eorum preces Gregorius Rex, ſe Papatus progreſſibus impenſo ſtudio obſtiturum polliceretur, inde Presbyteriani atque Epiſcopales audaciores effecti contra Catholicam Religionem & Catholicos in omnibus ferme Eccleſiis contumelioſos ſermones declamabant, ac ipſemet Londinenſis Epiſcopus omnes ſuæ jurisdictionis Præcones inſtigabat, ut acriora ſcripta Pontificiis Doctoribus oppoſita, præcipue quæ Jacobi II. Regis tempore divulgabantur, iterato prælo ſubjici curarent. Ut vero Præcones ad vexandos Catholicos acrius incitarentur, in vulgus ſpargebatur conficta epiſtola cujusdam Catholici

Sæc XVIII. A. C. 1735.

tholici Sacerdotis Londino Romam ad quemdam Cardinalem die prima Januarii anno 1733. ſcripta, in qua fingebatur, Auctorem de ſtatu Catholicæ Religionis & aucto Papiſtarum numero exactam dediſſe notitiam, ac ſcripſiſſe Catholicos clam in Anglia erexiſſe ſingularem Hierarchiam Eccleſiaſticam, in Londinenſem Epiſcopum nominatum eſſe P. Giffardum, ejus ſuffraganeos eſſe Peterſium, pluresque alios, quorum potiſſima cura eſſet, ut Religionem avitam propagarent, ſcholas erigerent, & juventutem Catholicæ fidei præceptis imbuerent: Primariam ſcholam Directore P. Fleetwoodo haberi Viacomiæ, ibique plures quam centum pueros inſtitui: In Anglia verſus ſeptentrionem ſita a Benedicto XIII. jam anno 1724. Epiſcopum fuiſſe electum P. Williamum Dominicanum, in univerſa Vallia Pritchardum & in Occidentalium Regione Stonerum, & a S. Congregatione de Propaganda Miſſionariis ad fidei Catholicæ incrementum Roma anno 1733. ſubmiſſa fuiſſe quadraginta thalerorum millia &c. Ad hæc pluraque alia commenta nullas ſubjicimus reflexiones, utpote unicuique, qui Catholicorum ſtatum in Anglia cum Proteſtantium conditione in Auſtria confert, obvias.

§. LVI.

§. LVI.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Tumultus ab Hiſpanis Romæ concitatus.

Quamvis Clemens Papa Hiſpanæ Aulæ & præſertim Carolo Borbonio Regis Filio haud vulgaria benevolentiæ ſigna, non ſine Cæſareorum invidia dediſſet, tanta tamen officia paribus officiis adeo non æquabantur, ut ex Hiſpanorum violentia non leves moleſtiæ Pontificiis ditionibus accreſcerent: Præprimis novus Neapolis Rex Carolus inconſulto Papa Patrem Roſſium Theatinum præter morem Alexani Epiſcopum nominabat, cumque Pontifex eidem confirmationis literas denegaret, mox Regis juſſu mille Hiſpani in ſedis Apoſtolicæ terras irrupere, qui Pontificiis ſumptibus alendi hoſtilem in modum ſubditos vexabant. Enimvero Clemens exaſperatos animos paterna duntaxat benignitate cicurare moliebatur, ipſique Carolo Regi inveſtituram in Neapolis Regnum ultra offerebat, reſervato tamen ſibi de rebus Eccleſiaſticis ibidem libere diſponendi jure. Verum Carolus nominationem ad Epiſcopatus, aliaque Beneficia Eccleſiaſtica intra ſuum Regnum ſibi ſoli reſervari, vehementer urgebat: Lite hac in-

Sæc. XVIII. A.C. 1736.

terim pendente gravior adhuc tumultus Pontificem in anxias oppido curas conjecit: Hæc, uti evenerint, paucis expediam. Hiſpani, qui undique legionibus ſuis ſupplementa ſcribere intenti erant, ea de cauſſa Romam quoque irrepſerunt, & non paucos ex Romanis aut blanditiis aut promiſſis, imo etiam adhibita vi conſcripſere, quos omnes clam interim in cuſtodia aſſervarunt, donec illos tuto ad exercitum transmittere poſſent: Vix quindecim præterfluxere dies, & jamjam ſexcentos in Urbe Romana ad ſigna coegerant: pari etiam violentia in pagis Urbi vicinis incolas quamplurimos conduxere, in pœnam, uti cauſſabantur, perfidiæ, qua Hiſpanis militibus ad transfugia opem præſtitiſſent: His acceſſit, quod ſi forte ex raptis quidam fuga elaberentur, poſtmodum deprehenſi ab Hiſpanis Conquiſitoribus tanquam militiæ defectores ad carceres & ſupplicia raptarentur: Id in publico foro Agonali contigit; ubi vero captus in horrendos ejulatus eruperat, mox tumultuaria fit Romanorum concurſatio; mutua altercatio maximis clamoribus & contumeliis, & tandem denſus lapidum grando in Conquiſitorem, qui ſummi beneficii inſtar habuit, quod relicta præda, vitæ ſuæ fuga conſulere poſſet:

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

posset: Sero explorata erat ea vexatio, idque sedulo celatum Clementi Papæ, ne majoribus conflictaretur angoribus: Sperabat enim Urbis Gubernator, popularibus hisce turbis sine strepitu remedium opponi posse. Verum paucis post diebus tristior longe scena aperiebatur; cum enim hi Plagiarii suas violentias exercere haud desisterent, & Romani Judices, quid hac in re optimum factu esset, morosius consultarent, ii, qui Regionem Transtyberinam incolunt, & generosum Romanorum sanguinem adhucdum in suis venis habere videntur, moræ ac remedii impatientes consilium capiunt, Civitatem ab ejusmodi raptoribus liberandi, quorum ex iis unus ceteris procacior, atque iracundia magis percitus, vehementer in Hispanos invectus dixisse fertur: *Quid expectamus, socii? Quo usque in timore versabimur? Annon pristinæ virtutis memores nos esse oportet? Majores nostri sæpe parvas ulti sunt injurias; nobis libertatem, parentes, liberos domi, ante oculos ab exteris eripi perferemus? Quid est, nisi hoc impietas est? Juvat juvat magno animo, erectoque esse; abeant, si qui sunt, consilii nostri dissensores timidi: audere enim & præstare fortia, Romanorum est.* Suasit hæc Transtyberinus iste ceteris aliunde sat exasperatis, &

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

in tanta honoris & fortitudinis argumenta jam ſine controverſia credulis, tandem plane perſuaſit. Statim ergo, ne magnanimi auſus cunctatio, ſolito ſuo vitio, bene conſulta deſtrueret, cum aſciis, fuſtibus & lapidibus, armis in inteſtino tumultuariæ plebis bello uſitatis, turmatim in ſuorum liberationem & Hiſpanorum excidium accurrunt. Acuitur vehementius animoſitas, dum die vigeſima tertia Martii in quadam domo prope Farneſianum Palatium quosdam magnis clamoribus ac lamentis opem implorantes audiunt, hos ergo quosdam cives Romanos ab Hiſpanis captos eſſe, haud temere ſuſpicati, mox quinque ſexve millia Transtyberanorum confluunt, in domos, ubi raptos detineri credunt, certatim involant, effractisque foribus quosdam ſuorum in libertatem aſſerunt, parta hac præda ſe ad Farneſianas ædes toto agmine conferunt, ibique lapidibus conjectis feneſtras effringunt, ſupellectilem in forum deportant, atque palam comburunt. Aucto demum ſuorum numero, & indignatione in Hiſpanos per omnes Urbis plateas propagata in Palatium Farneſianum rurſus impetum tentant, & Caroli Borbonii Hiſpani Principis inſignia furibundi abſtrahunt, ac in fruſta non ſine magno

no contemptu comminuunt. His auditis Clementem Papam ingens cura, timor ac triſtitia ſimul occupaverat, nec mora, Urbis Gubernatori negotium dat, ut ducentos Sbirros, Equites ac pedites Pontificios in Forum Farneſianum duci curaret, & vi armisque adhibitis popularium ſeditionem tempeſtive compeſceret, atque ſedaret. Verum ad ultionem tam obſtirmatus erat populi furor, ut tumultuantes nec placari, nec a milite quaquaverſum irruente diſſipari poſſent, quinimo cum eorum nonnullos fuſtibus durius tundi cernerent, ipſa commilitonum incruenta funera illos proritabant in ſanguinem; quocirca in Sbirros confertо agmine effuſi, ne ipſi inulti perirent, eorum quosdam graviter vulnerarunt, & alium interemerunt: In tam turbido rerum ſtatu ac diſcrimine id unicum remedii reliquum eſſe videbatur, pontes cuſtodibus obſidere, ne ſtrages latius per urbem circumferretur, & eo facilius ſeditioſi repellerentur, ſi ipſi ad augendum ſuorum numerum & potentiam, aliarum Regionum juvenes in tumultus ſocietatem evocare molirentur. Id quoque ſapienter proviſum, non fefellit eventus; quippe Transtyberini ſuos liberandi ſtudio, ac propriæ libertatis tuendæ gratia ani-

Sæc. XVIII. A.C. 1736.

Sæc. XVIII A. C. 1736.

mati nullo pacto contineri poterant, quin iterum turmatim confluentes ac lapidibus instructi armatos in Janiculensi ponte milites abigere conniterentur: nihilominus hi in seditiosos acriter invecti illos repulerunt. Tum vero hi aditum sibi ad Hispanense Palatium, ubi Cardinalem Aquavivam morari, & suorum nonnullos in custodia servari noverant, præcludi indignantes, ipsa conatus frustratione animorum exacerbationem inflammante, ad aliud iter tentandum, aliamque insistendam viam consilia & vires colligunt. Mox igitur ad Cestium pontem una concedunt, in excubantes cæco impetu irruunt, & mutuo semet hortatu exstimulantes, juncta vi milites æquo timidiores in fugam agunt, nec non Tribunum natione Hispanum, qui furibundos placare satagebat, lapidum jactu prosternunt. Continuato demum furore Cardinalis Corsinii Palatium cingunt, & ejaculatis saxis fenestras perfringunt, in totam Corsiniorum familiam, cujus Caput erat ipsemet Pontifex, horrendas calumnias, probraque pleno alveo effunduut: Postea agmen suum in duas phalanges dividunt, quarum una ante Comitis de Harrach Cæsarei Oratoris ædes, altera ad Cardinalis Del Judice Palatium exclamat:

Vi-

Vivat Imperator! pereant Hiſpani! præbete nobis arma, ut Auſtriacæ Domus hoſtes exterminemus. Cum vero eorum poſtulatis minime ſatisfieret, ſole ad occaſum inclinato in ædes ſuas reverſi ſunt. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Poſtera autem die ſeditioſi novam faciunt concurſationem, mox tamen diſſipantur: aſt ſequenti die multa cis-Tyberinorum millia confluunt, atque in diverſa agmina diſpertiti præcipua urbis compita obſident: Eapropter omnes Pontificis copiæ & Sbirri cunctos Civitatis pontes firmare jubentur; ipſe quoque Cardinalis Aquaviva præter famulos ſuos armis præcinctos inſuper ad Hiſpanum Palatium centum quinquaginta milites, & totidem ad feneſtras collocavit: Interea vero numeroſa factioſorum turma denſo lapidum grandine pontem *quatuor capitum* aggreditur; ſclopos equidem exonerant præſidiarii milites, & trucidant nonnullos, ſed tandem numero ac furori reſiſtendo impares, in vicinam Eccleſiam ad quatuor Coronatos ſeſe recipere coacti ſunt: Horum fuga freti tumultuantes, trajecto ponte recentem militem, qui laborantibus ſociis ſuppetias ibat, aggrediuntur, & rurſus repellunt, quin tamen ob plateæ anguſtias, & condenſatas Cataphractorum

Sæc. XVIII. A. C. 1736. phalanges ulterius progredi possent, unde accidit, ut utrinque multi cæsi, plures saucii: Nec tamen propterea a tumultu cessatum; ut enim suorum cædem ulciscerentur, extremas vires, quas a desperatione mutuabant, ad Hispanicum forum convertunt, in illud penetrare connituntur, quemcunque ex Hispanis, quos eis casus & fors in manus daret, nullo distinctu, nullisque respectibus trucidaturi. Ast horrendæ lanienæ aggerem opposuere milites Pontificii, qui cunctos aditus tempestive intercluserant: Magis exoptato successu aliud seditiosorum agmen in Circum irruit, raucisque faucibus exclamans: *Vivat Imperator*, juvenem quemdam lauro coronatum & palma in manibus decoratum circumtulit: Inde continuato popularis petulantiæ impetu usque ad Principis Colonnæ forum seditiosi penetrant, sed a Papæ militibus ejaculatis sclopis repulsi, quatuor suorum desideratis, pluribusque vulneratis recedunt, mox tamen collectis animis ac viribus milites in fugam agunt, & triumphatorum more ovantes, ad Comitis Harrachii palatium explicatis vexillis contendunt, una voce clamantes: *Vivat Carolus Imperator!*

§. LVII.

§. LVII.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Tumultus Pontificis prudentia ſedatus.

Ceterum maximo civium animos horrore perſtrinxit rumor, quo per urbem ſpargebatur, ſeditioſos in eo eſſe, ut variis officinis ignem ſupponerent, & populo extinguendis flammis intento, ipſi armamentarium occuparent, ac inde extracto pulvere, Hiſpanum Palatium, ad quod ex armamentario ſubterranea via ducit, everterent, cunctosque Hiſpanos ibidem agentes opprimerent. Enimvero Clemens Papa ſat virium, ſat cauſſæ habuiſſet, ut armata vi, totoque auctoritatis ſeveritatisque pondere in tumultuantes animadverteret, maluit tamen ſubditorum ſanguini parcere, ac potius benignitate & indulgentia illos ad obſequium revocare. Eapropter Principem Santa-Crucium & Marchionem Creſcentium Viros auctoritate & prudentia ſummos ſelegit, qui cum factioſis agerent, eosque hortarentur, ut compoſitis animis a ſeditione recederent. Hi ergo præprimis ad Transtyberinos, utpote ceteris magis formidandos acceſſere, & cum factionis Capitibus colloqui petierunt. Ad horum conſpectum una om-

Sæc. XVIII. A. C. 1786.

nes exclamant: *Vivat Imperator! Vivat Princeps Santa-Crucius!* Utriusque etiam hujus Principis benevolentiæ confisi suos ablegant deputatos, inter quos præcipuus erat quidam Sutor, qui ceterorum nomine ita perorabat: „Nos „Romani sumus, & glorioſorum Majo„rum noſtrorum ſanguis pro conſervan„da libertate fervidus adhuc in venis „noſtris ebullit: Veneramur tamen no„ſtros ſuperiores, & eorum mandatis „prompte nos ſubiicimus: petimus autem „a vobis, ne ab Hiſpanis in exteræ Natio„nis ſervitutem tanquam mancipia nos „raptari permittatis, ſed potius noſtros „Parentes, fratres Filios & Cognatos „a Plagiariorum violentia tueri velitis; „magis enim timemus Hiſpanos hos „Piratas, quam illos, qui mare infeſtum „reddunt: Pro illis, qui bona nobis „furantur, aut noſtras mulieres ſtup„rant, furca & rota eſt parata; cur „ergo Hiſpanis impune liceat, nobis il„los, quos vel genuimus, vel a quo geniti „ſumus, contra fas eripere. Ut ergo nobis in tam gravi calamitate ſuc„curratur, ideo in Societatem coivi„mus, quamprimum id obtinuerimus, „mox quieti ad noſtra revertemur.“ Abſoluta hac oratione ambo Principes deputatis clementiam veniamque Pontificis nomine offerunt, hi vero cogni-

ta

ta Clementis voluntate, conclamant omnes, se ad omnia exacte præstanda paratos esse, rogare tamen I. ut cuncti vel a milite Pontificio vel a Sbirris capti, in libertatem assererentur II. omnes Romani ab Hispanis conducti redderentur. III. Exteri militum Conquisitores in Urbe non tolerarentur IV. omnes, qui in seditionis pœnam in vincula conjecti fuissent, liberarentur V. Denique Pontifex omnibus, qui pro populi libertate dimicaverant, veniam & præteritorum oblivionem clementer indulgeret, nullusque propterea deinceps aut accusaretur, aut plecteretur: His conditionibus concessis & proprio chirographo firmatis una omnes per Urbem cursitantes gratulantesque inter se gaudium & lætitiam ostentabant, festive augurantes, ut Pontifex salvus, sanus, & felix ad plurimos annos servetur. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LVIII.

Periculosi motus ex hoc tumultu enati.

Conceptam sedati civilis tumultus jucunditatem alii inde exorti motus haud parum turbabant; res ita accidit: militum supplementa adhucdum in Cardi-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Cardinalis Aquavivæ Hiſpani Oratoris ædibus erant, hic vero novos Romani populi motus haud temere veritus, a Clemente Papa Syngraphum ſeu liberi tranſitus literas poſtulabat quarum auctoritate fretus eo tutius recens conſcriptos Neapolin ad legiones transmittere meditabatur. Verum ſuſpectam Cardinalis fidem habuit Pontifex, quapropter Marchioni Creſcentio negotium dedit, ut in ſingulos tyrones inquireret, atque exploraret, an ex ipſis nonnulli dolo malo, vi aut inſidiis conſcripti fuiſſent. Re cognita Cardinalis Aquaviva illos, quos invitos ac reluctantes ad militiam raptatos noverat, in latebras abdit, incluſosque ſub militum excubiis detinet: Adventat Creſcentius, & viritim cunctos examinat, omnesque præſentes voluntario ſtudio militiæ nomen dediſſe comperit. Hoc dolo Aquaviva tam pontificis providentiam, quam Marchionis ſagacitatem eluſit, petitumque ſyngraphum extorſit. Itaque omnes conducti Tyrones navi imponuntur, & per Tyberin in mare effuſi jam tertiam leucam emetiuntur, cum ex repente immutata maris fide diſturbatur procellis aer, etiam nubes, æſtivis incenſæ caloribus, inter ſe colliduntur, & ſævo iratorum fluctuum agitatu navigio præceps ruina

Sæc. XVIII. A.C. 1736.

na imminet: Id opis reſtabat unicum, ut improba remorum contentione navis ad littus ſenſim propelleretur, ibidemque ab anchoris, ancipiti fide penderet, donec ſua mari tranquillitas eſſet reddita. Jam integram diem, noctemque navis ſuſpenſis nautarum miniſteriis pone littora hærebat, & nemo ventis adhuc ſævientibus, & nondum plena pace compoſitis alto ſeſe committere audebat: Verum in iſtam ſedulo intentus & nunc tam appoſitam nactus occaſionem unus ex illis, qui vi fuerant conſcripti, ductoribus & nautis in varios curas diſtractis clam a navi profugit, & nando libertatem quærens prope Oſtiam feliciter ripam attingit, ibi ad Salinatorum ædes accurrit, & quis eſſet, Operariis inter lacrimas exponit, cumque hos fatum ſuum audiendi percupidos videret, ſepoſita trepidatione eisdem ſignificat, permultos adhuc alios paris calamitatis ſocios & Hiſpanæ crudelitatis victimas in navi, ex qua ipſe dilapſus eſſet, aſſervari: Iſthæc dum audirent Salinatores, miſeratione ſimul & indignatione commoti, turmatim ad navim alter altero contentioſius accurrunt, factoque impetu miſeros non ſine crebro gemitu & mutua comploratione libertatem depoſcentes militibus Hiſpanis eripiunt:

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

piunt: Nec horum liberatione contenti, ipsos etiam Hispanos militum Ductores secum captos abducunt, conviciis impetunt, & centenis onerant injuriis. Hæc ubi innotuere summo Pontifici, ut tot turbarum scaturiginem obstrueret, die prima Aprilis sanxit edicto, ne milites in Romana ditione conscribere, ulli liceret, & quiscunque demum parere recusaverit, Majestatis damnaretur; ei vero, qui quempiam transgressionis reum denuntiaturus esset, quinquaginta aureorum præmium foret constitutum. Promulgato hoc edicto Cardinalis Aquaviva, ut fraudis calumniam a se amoliretur, tam Conquisitores, quam conductos, qui adhucdum Romæ agebant, ipsus urbe excedere jussit, simul tamen gravissimi delicti se reum fecit, dum die duodecima Maii usurpata jurisdictione suprema ejusmodi Conquisitorem Romæ in publica platea fustigari, & insuper sequenti die in omnibus urbis compitis inscio Pontifice edictum affigi jussit, vi cujus cunctis ejusmodi Conquisitorem tradentibus præmium pollicitus est: quo comperto Urbis Gubernator cuidam Notario præcepit, ut quibusdam testibus & Sbirris stipatus, Aquavivæ edictum, ubicunque affixum esset, abstractum laceraret.

§. LIX.

§. LIX.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Gravis moleſtia ſummo Pontifici ab Hiſpanis irrogata.

Hoc Clementis Papæ edicto Hiſpani vehementer offenſi ultionem in ejus ſubditos exerere connitebantur; ac ideo, cum copias ſuas Neapolin ducerent, ex his tria millia in Veliterano agro conſtitere, ibique ſub prætextu neceſſariæ pabulationis adhuc herbeſcentia frumenta ſuccidere non dubitarunt. At Veliterni, cum ſuas ſegetes, totius anni ſpes, tam fœde deſtructas dolerent, ſeque & ſua ab hiſce graſſatoribus nonniſi oppoſita vi defendi poſſe cernerent, una omnes arma raptim capiunt, generoſo periculi mortis contemptu ratum fixumque habentes, tam infeſtos hoſpites non modo tranſitu prohibere, ſed & ſuis finibus proturbare. Hæc cum Pontifex inaudiiſſet, ut ſanguinis profuſionem, & ſubditorum ruinam præverteret, Franciſcum Cardinalem Barberinum præfatæ Civitatis Epiſcopum ac Principem rogabat, ut Veliternos omni, quo poſſet, rationum pondere hortaretur, ne armis temere ſumptis, ſibi ſuisque excidium accelerarent. Attamen Cardinalis apud eos, quibus per obfirmatam violentiam

per-

Sæc. XVIII A. C. 1736.

perfringere deliberatum erat, allatis suis rationibus nihil profecit; respondebant enim, „se arma sumpsisse, ut „sese ab Hispanorum injuriis vindicarent, neve sua bona, si sibi inermes „eripi paterentur, ignaviſſimi omnium „mortalium a suis, posterisque haberentur; proin se minime ideo reprehendendos esse, quod junctis viribus, „communique consilio communia bona „defenderent". Ergo in Hispanorum agmina majore roboris sui fiducia, quam prudentia irrumpunt, impetum tamen hostium diutius sustinendo impares identidem non sine magna suorum strage repelluntur; demum vero Hispani in urbem penetrant, in obvios quosque indomitis impotentibusque furiis tumultuantur, non cædibus, non ætati, non formæ sexuique parcentes sed uno miscentes interitu armatos & inermes cives vulnerant, & interimunt; illos vero, qui primam victoris militis rabiem effugerant, sedulo conquisitos male habent, nonnullos cum insolito cruciatu enecant, compluribus in custodiam inclusis. Et ne universa Civitas vel flammis vel deprædatione everteretur, Magistratus e publico ærario octo aureorum millia solvere cogebatur: Postea Marchio de Vienvilla Hispani exercitus Mareschallus in præcipuis

cipuis Urbis plateis patibula erigi juſſit, edito mandato, ut omnes, qui Urbe exceſſerunt, mox poſitis armis reverterentur. Nondum tamen Hiſpani tot civium calamitate & cruore erant ſatiati; cum enim Oſtiam pertranſirent, ut vim & injuriam nuper ſibi a Salinatoribus illatam ulciſcerentur, eorum caſas incenderunt, & in vaſtandis Salinarum officinis tantum temporis inſumpſerunt, quantum itineris feſtinatio & laboris improbitas reliquum fecerat. Inde vero Pontificio ærario ingens illatum eſt damnum; maxima enim Salis copia, quæ ex proximis Salinis illuc erat congeſta, deperdita eſt. Nec levioris detrimenti periculum imminebat Prænestinis; quamprimum enim Hiſpani ad hanc urbem appropinquaverant, incendium omneque calamitatis genus minitabantur, adeo, ut cives beneficii inſtar habere cogerentur, quod deflagrationem vexationemque quindecim aureorum millibus redimere, eis datum fuiſſet. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LX.

Difficultates ob petitam ſatisfactionem motæ.

Tam crebras ſubditorum vexationes Clemens Pontifex ſummopere mi-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

fertus, & acerbiora veritus, querulas ad Philippum Hiſpaniarum Regem l teras dedit, quibus ſe hucusque acer bas injurias ſibi ſuisque ſubditis illatas immota patientia toleraſſe ſignificavit, ſimulque Hiſpani militis inſolentias, crudelitates, & inhumanas exactiones expoſuit, orans & poſtulans, ne ſ diutius in ſummo mœrore verſari, Re permitteret. Tam æqua Philippo vi debatur Clementis petitio, ut nulla mora Belliducibus imperaret, quate nus Hiſpanæ copiæ e Pontificii Imperii finibus egrederentur, & recto tramite Neapolin contenderent. Eo facto Car dinalis Aquaviva novæ moleſtiæ fomi tem ſubjecit; querebatur enim ſibi non dum ſatisfactum eſſe de injuriis a plebe Romano in Borbonios illatis; poſtula bat igitur Regis ſui nomine, ut Trans tyberinæ factionis Coriphæi Hiſpano Belliduci traderentur promeritis ſup pliciis mulctandi. Verum Papa peti tionis repulſam conceſſa factioſis venia excuſabat: Accepto hoc reſponſo Car dinalis inſtabat, ut ſaltem ceteris ma gis rei culpam publice deprecarentur & univerſus Romanæ Urbis Senatus ob contumelias Cardinali ejusque famulis irrogatas veniam peteret. Enimvero Pontifex, ut ſemoto novæ indignatio nis prætextu tandem moleſtæ huic con troverſ-

troversiæ finem imponeret, Corsinium Cardinalem Papæ Nepotem ad Cardinalis Aquavivæ Palatium ablegabat, ut cum eo de satisfactionis dandæ modo ageret. Ast nil aliud impetrari potuit, quam ut aliqui ex seditiosis traderentur. Id tamen Papa haud aliter concessit, nisi ut hi tanquam *voluntarii* ceterorum deprecatores respicerentur: Eo fine Pontifex Cardinalis petitioni acquievit, & tam Senatui, quam Transtyberinis ea, quæ Hispani ab eis peterent, exponi jussit: attamen ab exacerbatis utrinque animis, nil obtineri potuit; Senatus enim obtendebat, se in hoc tumultu nullas habuisse partes, & Transtyberini opponebant, unicuique licitum esse vim vi repellere, seque hoc duntaxat jure usos esse: Horum repulsam ægerrime ferebat Cardinalis, cumque suæ petitioni pertinacius insisteret, populum ad novam, tamque acerbam provocabat iracundiam, ut palam minitaretur, se honorem suum non minori ardore, quam antea libertatem armis vindicaturum, vicinosque ad Romanorum opem certo advolaturos: Nec in verbis ac minis hæsit populi exacerbatio, sed res denuo ad communem seditionem spectare videbatur; quapropter Clemens Papa extremum Reipublicæ fatum præven-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736. turus quinque Romanæ Urbis portas muris obstrui, ceteras valido milite firmari, ac recentes copias ex Urbe Veteri accersiri jussit.

Hæc Pontificis providentia, & Romani populi constantia Cardinali Aquavivæ omnem suæ petitionis pervim extorquendæ spem præciderat; eapropter in artificiosa simulatione opem quærebat, hacque ratione suum honorem ita reparaturum se sperabat, ut omne simul tumultus periculum declinaret. Igitur Cardinalem Portiam adit, rogans, ut ipse Transtyberinos ad debitam submissionem inclinare niteretur; cum autem horum pervicacia nullis precibus, nullisque minis flecti posset, tres infimæ sortis homines auro corrupit, ut sese excitati tumultus Auctores fingerent. Hos Aquaviva in suo Palatio perbenigne excepit, ac semetipsum esse Transtyberinum, utpote hujus Ecclesiæ Cardinalem titularem, declaravit, certosque reddidit, nullam eis molestiam illatum iri, & quamvis gravibus pœnis mulctari fuissent promeriti, impune tamen per triduum in ejus palatio remanerent. Interim Cardinalis Marchioni Crescentio, Montorio, Riccio & Saccheto, utpote Romani populi Conservatoribus nuntiari

ri jussit, ut ad ejus ædes delati, palam declararent, tres præcipuos seditionis Auctores sese Cardinalis arbitrio commisisse, ac palam fassos esse, se acerbissimas pœnas promeritos quidem, nomine tamen totius populi præcipue pro his tribus se gratiam veniamque precari. Verum Conservatores ad hanc ludicram deprecationem concurrere detrectabant: unde Cardinalis Aquaviva dimissis hisce tribus hominibus ad Regem Hispaniæ perscripsit, se nullo pacto satisfactionem a Romanis obtinere potuisse. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXI.

Hispaniæ & Neapolis Regum indignatio contra summum Pontificem.

Frustrata petitæ satisfactionis spes Hispaniæ & Neapolis Reges ad reciprocas offensiones provocabat; accepto quippe datæ repulsæ nuntio Philippus Hispaniæ Rex Cardinalibus Aquavivæ & Bellugæ præcepit, ut insalutato Papa Urbe excederent. Pariter omnes tam Hispani quam Neapolitani Roma intra duodecim dies, & octavo post die e tota ditione Ecclesiastica ad sua quisque Regna transmigrare

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

jussi sunt, quod si secus facerent, eos pro Regum suorum hostibus habendi: mox vero Cardinalis Aquaviva Hispani & Neapolitani Regum insignia ab eorum Palatiis abstrahi ædesque occludi mandavit. Enimvero Pontifex hos Principes placandi omnia adhibuit media, & satisfactionem, quæ par esset, obtulit. Ast incassum omnia; eodem enim ferme tempore Neapolis Rex Raynerium Simonem Pontificium Oratorem Regno abire jussit, & Silvio de Valentibus pariter Apostolico apud Catholicum Regem Nuntio, qui Madritum post Alammanii obitum ad suam Legationem contenderat, Philippus Rex Bajonæ significari præcepit, ne Regnum ingredi auderet. Insuper inter Romanam & Neapolitanam Aulam omne commercium ac societas interdicta; & Hispani in exerenda sua ultione moram ideo duntaxat trahere videbantur, ut de præscribendis durioribus reconciliationis legibus sat amplum deliberandi spatium nanciscerentur. Interim Pontifex singulis fere diebus Cardinalium cætus habebat, in quibus serio deliberatum, qua demum ratione salvo sedis Apostolicæ honore reconciliatio cum utroque Rege iniri posset: Verum omnia Patrum consilia elusit Aulæ Hispanæ gravitas; Regi enim

enim perſuadebant Miniſtri, nunquam pacem Pontifici eſſe reddendam, niſi, uti Franciæ, ita & Hiſpaniæ & Neapolis Regibus, omnia Beneficia Eccleſiaſtica pro ſuo arbitrio conferendi jus eſſet indulturus. Dura quidem erat hæc conditio, ejus tamen aſperitatem ſuperabat ardentiſſimum, quo Pontifex flagrabat, reſtituendæ unionis deſiderium; haud parum vero ad proſperum negotii ſucceſſum attulere preces publicæ, quas in Lateranenſi Baſilica expoſitis ſacratis utriusque Apoſtolorum Principis Petri & Pauli Capitibus indixerat: ut concordia tot humanis conatibus incaſſum quæſita tandem divino munere reperiretur. Nec Papam ſpes ſua fefellit; ſiquidem mox de reddenda pace, & quod ſane mirum, ipſo etiam Aquaviva ſtrenue adlaborante, ſerio agi cæptum eſt, & jamjam inter Madritenſem, & Neapolitanam Aulam cum Pontificia commercium epiſtolare apertum, ipſisque Eccleſiaſticis indultum, ut denuo Romam reverti poſſent. Aſt adverſus hæc bene cæpta aſperiores Hiſpani Regis conditiones animum jamjam ad mollitudinem pronum rurſus indurabant: primo enim a Papa petebat, ut Feudi, quod in Neapolis regnum obtendit, juri cederet II. Caſtrum & Ro-

Sæc.XVIII. A.C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

ncilionem Carolo Hiſpano aſſereret, eumque prærogativa *perpetui dictatoris & Senatoris Romani* decoraret III. Ut riusque Siciliæ Regi idem, quod ceteri Reges haberent, Purpuratos nominandi jus concederet. IV. Pugliam arcem Hiſpanis vel Carolo Infanti traderet, bellique nuperi expenſas reſarciret. V. Tam Hiſpano quam Neapolitano Regibus omnia beneficia Eccleſiaſtica conferendi facultatem daret. VI. Regi Neapolitano Auditorem Rotæ & Conſiſtorii Advocatum Romæ habendi jus indulgeret. Præterea Hiſpaniæ Regina a Pontifice poſtulabat, ut Barnabitarum Ordinem aut penitus extingueret, vel eorum bona Regi adjudicaret, eoquod hic Ordo, ut obtendebatur, contra Regis edictum Regiosque Miniſtros mercium prohibitarum negotiatoribus auxiliatrices manus præſtitiſſet. Verumtamen harum petitionum inſolentia ſummum Pontificem tantopere offendit, ut palam declararet, ſe de concordiæ legibus nunquam deinceps acturum, niſi prius tam Neapolitano quam Hiſpano ſedis Apoſtolicæ Nuntio ſuam legationem obire concederetur, & Roma evocati Hiſpani unaomnes redeundi facultatem haberent, ac denique dimiſſo Cardinale Aquaviva alius Orator Pon-

Pontifici magis acceptus, magisque pacatus nominaretur: Insuper Altovitius Præsul, qui ut Ludovico Cardinali Hispani Regis Filio rubrum Biretum Madritum delaturus jamjam sese itineri accinxerat, Romæ subsistere a Papa jussus est. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXII.

Paterna Clementis sollicitudo pro reparandis damnis ditioni Pontificiæ illatis.

Per assiduas Hispani, Austriacique exercitus exactiones, transitus, stativa, cursus & recursus tam gravia ditioni Pontificiæ, ejusque subditis damna fuere illata, ut Clemens quamvis Ferrariæ Bononiæ ac Ravennæ legationes & status ingenti pecunia sæpius sublevare conatus fuerit, nihilominus tamen cum ei innotuisset, quod æs alienum contrahere, & cives iniquis etiam conditionibus usuras accipere compulsi fuerint, insuper etiam maxima rei frumentariæ inopia, & insolita olei caritas accessisset, hinc anxiis curis agitabatur, qua demum ratione publicis & privatis subditorum miseriis potenter subvenire posset. Tota rei difficultas in eo erat, quod Pontificium

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

ærarium omnino egens, & pene exhauſtum, ac illa Urbis Romanæ Argentaria Menſa, quæ a Spiritu S. nomen habet, in decoctionis diſcrimen eſſet redacta: Nec minoribus anguſtiis premebatur vicinum Noſocomium, quod, ſi grandem pecuniarum vim, quam ejusdem Argentariæ nomine debebat, ſolvere cogeretur, vix quicquam de ampliſſimis ejusdem bonis pro alendis pauperibus & infirmis conſervari potuiſſet; quot annis enim ſexaginta aureorum millia ſuper cenſum expenſa ferebantur. Tam gravi neceſſitati, ut mederetur Clemens, Cardinali Leandro de Portia negotium dedit, ut etiam atque etiam ponderaret, quæ maxime præfati Noſocomii, adjectæque Argentariæ rationibus conducerent. Hic ergo juncta opera Præſulum Marij, Mellinij & Joannis Baptiſtæ Meſmeri, quos hujus muneris ſocios ac Conſortes ſibi ſelegit, toto animo in exequendum Pontificis mandatum incubuit, & permulta quidem hanc in rem utiliſſima decrevit, quæ omnia auctoritate ſua comprobavit Pontifex, qui inſuper illud quoque ſalubérrimum attulit remedium, cum enim ſortium ludum, vulgo *Lotto* in ſingulos annos pro octoginta aureorum millibus elocaſſet, hunc cenſum Noſocomio

mio adscripsit, ita tamen, ut ex eo tertia pars demeretur, qua sensim solveretur, quod ex ædificiis ad Urbis ornatum a Papa erectis solvendum supereſſet. Præterea statuit, ut S. Petri, ut vocant, Fabrica ex repositis suis pecuniis centum & viginti aureorum millia eidem Nosocomio suppeditaret. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXIII.

Clemens Pontifex nova moleſtia affectus.

Vix Pontifex a gravibus hisce curis respirare cœperat, cum identidem in novas easque sat periculosas coniiceretur angustias: Res ita contigit: Die undecima Februarii Donghius Cæsarei exercitus supremus Vigiliarum Magister ad plateam, quæ a *cursu* nomen sortitur, vectus equestri decursione oculos suos pascere cogitabat; cum autem curru suo præcedentium rhedarum ordinem insequeretur, & ad S. Marci forum delatus ad alteram plateæ partem currum suum inflecteret, accidit, ut Fiscalis Pontificii Filius cum rheda sua sese intrudere, & Donghii currum antecedere pararet: id cum hic permittere nollet, Sbirrorum Præfectus ejus aurigæ præcepit, ut Fiscali

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

li locum cederet: hoc audito Donghius ex Præfecto ſciſcitatur, qua auctoritate id ſuo Aurigæ mandare præſumeret? eo autem reſpondente, ſe Miniſtrum eſſe Romani Gubernatoris, hunc vero Pontificis, ſe igitur utriusque nomine id præcepiſſe: Hoc reſponſo offenſus Donghius, Præfecto repoſuit, ſe eſſe Cæſaris Miniſtrum idque patere ex teſſera, dein Sbirrum effuſis quibusdam probris rejecit; Altera autem die, cum in ædibus ſuis quosdam legionis ſuæ Tribunos convivio exciperet, domi ſe continere, jubetur, ſecus, ſi inde excedere præſumeret, decem aureorum millium mulctam penderet: Percepto hoc mandato Donghius maxqueſtum ibat ad Cæſaris Adminiſtrum Comitem de Harrach, qui Coiro Gubernatori & Cardinali ſtatus Pontificii Secretario, ſignificari juſſit, Donghium eſſe Cæſari ab obſequio, caverent igitur, ne hunc adeo indignum in modum haberent. Verum fruſtranea erat Comitis hortatio; cum enim Donghius veſpere curru vectus, domum reverti vellet, in publica platea, inſpectante magna populi frequentia ad communes carceres rapitur, & in ergaſtulo, ubi coquus quidam incluſus hærebat, per totam noctem detinetur, altero autem die ad ſeparatum cubile transfertur.

Eo

Eo comperto Comes citatis equis Cursorem Viennam cum literis misit, & Donghium nulla mora liberum dimitti jussit, quo facto pariter misso ad Cæsarem Cursore Pontifex significabat, id se penitus inscio factum, seque ad omnem, quæ peteretur, præstandam satisfactionem paratissimum esse: Acceptis hisce Papæ literis Imperator transmissa ad Comitem Harrachium epistola eidem mandavit, ut pro illatæ injuriæ reparatione postularet, quatenus Romanæ Urbis Gubernator publice ad Comitis Palatium accederet, & improvidi mandati sui culpam deprecaretur: Sbirrorum vero Præfectus, cunctique ejus satellites, qui ejus jussa executi essent, ad triremes damnarentur, & denique Fiscalis, si hujus violentiæ participem se reddidisset, promerita pœna plecteretur: Id omne Pontifex exacte adimpleri curavit, quamvis Sbirri, qui jam ad transtra alligati hærebant, per Cæsaris clementiam a suo supplicio liberati fuissent. Ita Clementis prudentia tot tamque periculosos tumultus aliorum imprudentia concitatos feliciter composuit. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXIV.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXIV.

Diſſidium Papam inter & Luſitaniæ Regem.

Nondum tamen moleſtiarum finis: quamvis enim Pontifex Bichio & Firrao Purpura decoratis, Joannem V. Luſitaniæ Regem ex integro placatum crederet, hic nihilominus duriora indies poſtulata interponebat, cauſſatus, ſibi nondum plene ſatisfactum eſſe de injuriis, quæ ejusdem Bichii cauſſa per tot annos accepiſſet. At Clemens, cui nihil magis cordi erat, quam firma cum Principibus pax & concordia, ut tandem ejusmodi diſſidiis finis eſſet, Turconium Roma Ulisſiponem ablegavit, qui Regis animum ad æquiora flecteret conſilia, ac præprimis ab eo impetraret, ut Rex plurima, eaque graviſſima, quæ ex diuturnis hiſce triciis orirentur, incommoda & ſcandala tolleret, &, quod Pontificem intime cruciabat, tandem dignos Viros ad Eccleſias tot annis ſuis viduatas Paſtoribus nominare vellet: Hæc ut eo facilius obtineret Pontifex, non modo Regi gratiam fecit, ut Ulyſſiponenſis Patriarcha ſemper Cardinalitia præfulgeret dignitate, ſed inſuper præter alia plurima beneficia Regi indulſit, ut quar-

quartam penſionum partem, quam annuis Epiſcopatuum, ceterorumque Sacerdotiorum proventibus imponendi facultatem jam antea Reges Luſitani habebant, ad tertiam usque partem extendere poſſet. Cum vero Rex nec tam amplo favore ſibi ſatis datum crederet, & Pontificem ad tam duras conditiones, quas ipſe præſcripſit, flecti poſſe deſperaret, conſueto Regiæ ultionis terriculamento uſus, Pontificii Oratoris ac Nuntii negotiis interdixit: Tandem anno proximo hæc lis penitus terminata eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXV.

Alia controverſia a Gallis mota.

Nec magis pacata ex Galliis ſpirabat aura; quamprimum enim Clemens Papa Auguſtum III. prout in præliminaribus pacis articulis conventum erat, Poloniæ Regem agnoverat, mox Galli hanc agendi rationem ægris oculis aſpiciebant, horum quoque indignatio novum cepit incrementum ex eo, quod Pontifex ad Poloni Regis nominationem Grobowskio ejus Legato Vilnenſem Epiſcopatum contuliſſet, cum tamen Franciæ Orator Comitem Zaluskium ad præfatæ Eccleſiæ Infulam promoveri

Sæc. XVIII. A. C. 1736. moveri poſtulaſſet: deſuper Orator prolixiſſime querebatur, cui tamen Pontifex reſpondit, graviſſimis ex cauſſis ſe Poloniæ Regis precibus hac in re ceſſiſſe, de cetero autem ſe intentiſſimum fore, ut alio modo Stanislai precibus obſecundare poſſet: Aſt importuniſſimo tempore accidit, ut Poloni a Nationis ſuæ Templo præfati Stanislai inſignia auferrent, ſubrogatis illis Auguſti Saxonis: Tum vero Gallicus Orator mox, nequidem Papa valere juſſo, Roma Tuſculum feceſſit; & quia Hannibal Cardinalis Albanius, utpote Polonici Regni Protector, hæc inſignia a dictæ Eccleſiæ frontiſpicio abſtrahi juſſit, ideo Franciæ Orator præcepit, ut viciſſim hujus Cardinalis inſignia, quæ ante Eccleſiam SS. Trinitatis ad Montes Fratrum Minimorum, quorum Protector erat Albanius, abſtraherentur: quo facto Cardinalis Manlianam ad ſuam Epiſcopalem Eccleſiam rediit, ibidem tamdiu ſubſtiturus, donec hæc lis cum Galliarum Rege compoſita eſſet: Orator autem palam declarabat, Regem ſuum cunctas Congregationes, quibus hucusque Albanius Cardinalis interfuiſſet, pro nullis irritisque habiturum. Aſt Ludovicus XV. Franciæ Rex frivolas ejusmodi altercationes pertæſus, comprobatis Papæ rationibus

bus priſtinam reſtituit pacem, & Oratorem Romam reverti juſſit. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Supererant adhuc inveteratæ lites a Sardiniæ Regis Adminiſtris propagatæ, quas, ut tandem componerent, Cardinales Alexander Albanius, & Petrus Corradinius extremos adhibebant conatus, hucusque tamen irritos.

§. LXVI.

Clementis Papæ oppoſitio contra Neapolitani Regis poſtulata.

Exeunte hoc anno inter Carolum Cæſarem & Galliæ Regem de pace ineunda ſerio cogitatum eſt, cui quoque ſubſcripſerant Hiſpaniarum & Sardiniæ Reges, qui Gallicis armis faventes fœdus cum iis percuſſerant. Illud vero præprimis doluit Clementi, quod in altera transactionis parte die tertia Octobris Viennæ ſancita ducatus Parmæ & Placentiæ Domui Auſtriacæ aſſerti fuiſſent, nulla omnino habita ratione Sedis Apoſtolicæ, quæ has ditiones tanquam avita ſua feuda ſibi vendicabat. Eapropter Pontifex graviter apud Cæſarem, aliosque Principes paciſcentes querebatur. Nonnihil tamen dolorem leniebat, quod in quinto ejusdem pacis articulo Cæſar Ducatus Caſtrum

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

& Roncilionem eidem Sacræ Sedi re-
ſtituere juſſus fuerit, ſeque obſtrinxe-
rit, quod utriusque Ducatus incorpo-
rationem ulterius proſequi haud vellet.
Acriter tamen Carolus Borbonius Nea-
polis Rex, cui in Parmæ Ducatum
ſucceſſio erat deſtinata, ſeſe huic pa-
cis decreto oppoſuit, poſtulans, ut u-
rumque hoc feudum redderetur. Ve-
rum Pontifex præſcriptionis jus oppo-
ſuit, declaravitque, bona ſemel Apo-
ſtolicæ ſedi firmo jure aſſerta alienare,
ſibi integrum non eſſe: Ut vero univer-
ſo Orbi conſtaret, penes Sacram Se-
dem plenum utriusque Ducatus Domi-
nium ex antiquo fuiſſe, Pontifex Car-
dinali Aldobrandino negotium dedit,
ut Eccleſiæ jura in præfatos Ducatus
ſolidis rationibus, editoque ſcripto
comprobaret. Nihilominus juris firmi-
tati adeo prævaluit imperium proten-
dendi cupiditas, ut Curiæ Parmenſis
Cancellarius nomine ſui Principis ad
utriusque Ducatus ſubditos edictum
transmitteret, vi cujus eis inhibitum,
ne deinceps ullum alium præter Par-
mæ Ducem, ceu Dominum ſuum ag-
noſcerent, & tributa, ceterasque ex-
actiones duntaxat in Parmenſi Camera
penderent: Attamen tam firmum erat
Sedis Apoſtolicæ jus, ut initæ pacis
arti-

articulo, quo Ducatus Pontifici fuit adjudicatus, immote insistendum decerneretur. Sæc XVIII A.C. 1736

§. LXVII.

Caroli Cæsaris oppositio contra decimarum exactionem a Papa concessam.

Jam anno priori Carolus III. Palatinus Elector allatis pluribus rationibus Clementem Papam eo induxit, ut ex Ecclesiasticorum bonis decimam partem exigendi facultatem eidem indulgeret. Alt quo promptior Pontifex erat in concedendo, eo morosiores erant hujus Regionis Ecclesiastici in elargiendo; cum enim per belli calamitates, hostiles exactiones, hybernacula, aliasque expensas pene innumeras damna immensa pertulissent, grave nimis onus vix reflorescente pacis tranquillitate sibi imponi existimabant; quapropter hanc in rem Cæsaris officium opemque supplices implorarunt: Nec eorum precibus defuit æquitas Imperatoris, qui illico datis ad Electorem literis eundem hortabatur, ut attenta temporum injuria, & Cleri inopia decimarum exactionem differret: Eo etiam fine Romam ad suum Oratorem

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

perscripsit, dato negotio, ut summa Pontifici graves illas exponeret rationes, ob quas in præsenti rerum vicissitudine concessus Electori favor Palatino Clero haud tolerandus videretur. Interim vero Jacobus Oddius Coloniensis Nuntius Apostolicus, insuperhabita Cæsaris interpellatione decimas pendi præcepit, & tres Ecclesiasticos, qui eas colligerent, nominavit. Id ubi resciverat Imperator, mox edito Cæsarei Consilii decreto inhibuit, ne deinceps hæ decimæ exigerentur, & jam jam exactæ nulla mora Palatini districtus Clericis restituerentur, in transgressores indicta capitali pœna & viginti marcarum auri mulcta. Ceterum Pontifex cognitis Viennæ gestis, & ponderatis Palatini rationibus rem ea dexteritate circumegit, ut ipsemet Imperator hanc decimarum exactionem ratam haberet, & sua quoque auctoritate firmaret.

§. LXVIII.

Connubium solemne inter Mariam Theresiam Austriæ Archiducissam & Franciscum Stephanum Lotharingiæ Ducem.

Fla-

Fluxerat hic annus currentis sæculi trigesimus sextus longe celeberrimus ob auspicatissimum connubium, quo Maria Theresia Caroli VI. Imperatoris Filia primogenita, Leopoldi Cæsaris Neptis, Domus Austriacæ Archiducissa Francisco Stephano III. Regio Principi, ac Regnanti Lotharingiæ Duci desponsa fuit. Hic eam die trigesima prima Januarii ab Augustissimis Sponsæ Parentibus ritu solemni, & pompa haud vulgari expetierat, firmatisque utrinque pactis festivæ conjunctioni nil deerat, nisi Pontificia impedimenti solutio; quippe Carolus Leopoldus Regii Sponsi Avus secundis nuptiis sibi junctam habebat Eleonoram Mariam Ferdinandi III. Imperatoris Filiam, Augustissima vero Sponsa descenderat ab Avo paterno Leopoldo Cæsare, qui ejusdem Ferdinandi III. Filius erat, proin ambo inter se tertii æqualisque gradus propinquitate devincti. Pontifex igitur, ut hoc vinculo Principes Sponsos solveret, nomine utriusque a Cardinale Del Judice rogatus, mox legis gratiam fecit, ac Reginæ Hungariæ titulum *Apostolicæ* attribuit: dein Clementis Papæ jussu Cardinalis Oliverius, qui a Secretis epistolis erat, dispensationis diploma expedivit. Quo accepto die duodeci-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

ma Februarii Viennæ fauſtiſſimæ hæ nuptiæ ſolemni ritu fuerunt celebratæ, quarum pompam Sacris cæremoniis auguſtiorem reddidit Dominicus Paſſioneus Epiſcopus Epheſinus, & in Cæſaris Aula Nuntius Apoſtolicus, cui hanc in rem Clemens Papa facultatem dederat, ac die vigeſima Januarii ad illum in hæc verba reſcripſerat. „Cum „inter Mariam Thereſiam Archiducis„ſam noſtram in Chriſto dilectiſſimam „Cæſaris natu maximam Filiam & no„ſtrum pariter dilectum Filium, No„bilem Virum Franciſcum Stephanum „Lotharingiæ Ducem proxime matri„monium ſit ineundum, illudque ad „commune Catholicæ fidei commodum „redundare cenſeatur, Nos non modo „ob rei dignitatem, ſed & propter ſin„gularem noſtrum affectum erga Cæ„ſarem huic ſolennitati intereſſe ſtatui„mus. Impediti tamen volumus, ut „fraterna tua charitas noſtro Nomine „juxta ſolemnem Eccleſiæ ritum nup„tias ſacra precatione conjungas, „Deumque Omnipotentem genuflexus „invoces, ut Auguſtiſſimos Sponſos „omni benedictione cumulet, eosque „ejuſmodi Filiorum Parentes conſtituat, „qui tanquam digni Majorum ſuorum „imitatores ad Catholicæ Religionis, „& Romanæ ſedis protectionem & orna-

„mentum

„mentum excreſcant. Si vero caſu „impediaris, quo minus ipſus deman- „dato muneri fungi poſſes, Con- „cedimus tibi facultatem, ut alium „auctoritate dignitateque parem ad ſub- „lime hoc opus ſubrogare poſſis. Ce- „terum tibi Venerabilis Frater, pater- „no affectu Apoſtolicam noſtram bene- „dictionem impertimur. Datum Ro- „mæ &c".

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Eadem die Clemens Pontifex ad Carolum Cæſarem ſereniſſimæ Sponſæ Parentem haſce gratulatorias transmiſit literas.

Carolo noſtro in Chriſto dilectiſſimo Filio Catholico Hiſpaniarum, necnon Hungariæ, & Bohemiæ ſereniſſimo Regi, & electo Romanorum Regi, Clemens Papa XII. ſuam ſalutem,

„Quo magis ſerio perpendimus, „quam uberes fructus in Catholicæ Re- „ligionis, & Apoſtolicæ Sedis bonum „ex piis, ac proxime ſubſecuturis „nuptiis inter dilectiſſimam in Chriſto „noſtram primogenitam Filiam Mariam „Thereſiam Archiducem, & pariter „dilectum ac Nobilem Virum Franciſ- „cum Lotharingiæ Ducem accreſcant, „cumque veram fidem nunquam certius „in tuto collocari poſſe, probe proſpi- „ciamus, hinc deeſſe non poſſumus, „quin Majeſtati tuæ, totique Eccleſiæ

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„de concepto consilio gratulemur, & „perpetuum lætitiæ nostræ monumen„tum relinquamus. Eapropter per ac„clusas literas, Venerabili Fratri no„stro Episcopo Ephesino, sedis Apostо„licæ apud tuam Majestatem Nuntio „demandavimus, ut nulla mora Te ac„cedat, & præsentes litteras nostras, „tanquam gaudii nostri de prospero suc„cessu concepti testimonium porrigat, „Tibi negotium eidem a Nobis com„missum exponat, vi cujus subsum„mi Sacerdotis ministerio & juxta so„lemnes Ecclesiæ ritus, nostro nomine „Illustrissimos Sponsos conjungat, eis„que ab Omnipotenti Deo per juges „preces prædilectos ejusmodi Filios ex„oret, qui Tuum exemplum, ac Majo„rum suorum hortamenta ad Dei timo„rem & pietatem æmulentur, utpote „quorum præcipua semper cura erat, „ut vera fides conservetur, propagetur, „& propugnetur, Romanaque sedes „beneficiis, benevolentiis, & liberali„bus donis augeatur: Enimvero Te ob „eminentem primogeniti Ecclesiæ Filii „prærogativam, necnon propter tuum „erga Apostolicam sedem potenter præ„stitum affectum, jam antea maximi „habuimus, Tibique tamquam egregio „Tuorum Majorum optime meritorum „exemplari, summo studio addicti fui„mus,

„mus, nunc vero affectus noſter fau- Sæc. XVIII.
„ſtiſſimo hoc vinculo, per quod Natio- A. C. 1736.
„ni Catholicæ in Germania, multis-
„que aliis Provinciis omne bonum pol-
„licemur, tantopere auctus eſt, ut
„quantumcunque Te jam antea ſervi-
„diſſime dileximus, hic tamen amor
„noſter nunc longe magis, quam ver-
„bis exprimi poteſt, excreverit, & cor
„noſtrum tibi intime addictum ſit. Per-
„ge igitur, & Te de Chriſtiana Repub-
„lica præclare meritum redde, ut inde
„certus ſis de potenti Altiſſimi Dei au-
„xilio, & glorioſiſſima Auſtriacæ Do-
„mus propagatione, deque ſumma No-
„minis tui gloria, devotione ac pieta-
„te lætari valeas, quod ad Eccleſiæ
„utilitatem propriumque cordis noſtri
„ſolatium intimo affectu exoptamus,
„& prævie Nobis pollicemur per pater-
„nam noſtram benedictionem, quam
„Tuæ Majeſtati Cariſſimo noſtro in
„Chriſto Filio amantiſſime impertimur.
„Datum Romæ &c". Copulatis itaque indiſſolubili fœdere Sereniſſimis Sponſis Nuntius Apoſtolicus Hymnum Ambroſianum intonabat, quo ſolemniter decantato omnibus adſtantibus Pontificiam benedictionem impertitus eſt.

Sæc. XVIII. A. C. 1726.

§. LXIX.

Fleuryus Cardinalis ob pacis ſtudium de Eccleſia & Francia optime meritus.

Inter turbidas rerum viciſſitudines, quibus tam Eccleſia Gallicana, quam Franciæ Regnum per tot jam luſtra agitabatur, nullius ſollicitudo ardentius occupabatur, quam Fleury Cardinalis, qui in reddenda tam Eccleſiaſtica, quam politica pace aſſiduum impendit ſtudium: Res equidem in componendis Eccleſiæ diſſidiis per Quesnelliſtas excitatis, minus ac ſpes ferebat, ex animi ſententia proceſſit, magis tamen exoptatum habuit exitum immenſus pene labor, quem Fleuryus in concilianda pace inter Cæſarem & Galliarum Regem per plures annos adhibuit; huic enim velut præcipuo Mediatori tota Chriſtiana respublica redditæ tranquillitatis felicitatem in acceptis retulit, & ipſemet Ludovicus XV. Franciæ Rex Fleuryum priſtinæ inter Principes amicitiæ reſtauratorem, & populi ſalutem deprædicavit, ac æquiſſimum cenſuit, ut bene de Regno meritus fidelitatis ac laboris ſui ampla ferret præmia. Eapropter eidem indulſit, ut de omnibus beneficiorum Eccleſiaſticorum

corum redditibus, qui viginti quinque Ludoviciorum aureorum millia æquabant, pro arbitrio in Agnatorum favorem libere disponere posset: Ejus quoque Agnatum Marchionem de Perpigniano Rex Ducem ac Franciæ Parem nominavit, concessumque diploma Regium die decima quinta Maij ad tabulas referri jussit, voluitque, ut præfatus Marchio deinceps Fleuryus *Dux* nominaretur, ejusque prædium Perpignianum titulo Fleuriani Ducatus ornaretur, adjectis quoque pluribus aliis prædiis huic Ducatui vicinis: Enimvero Cardinalis Ludovico Regi ob tam liberalem munificentiam grates repensurus Versalias contendit, tenero ipsius Regis complexu honoratus, mundanæ tamen pompæ pertæsus, ac imminentis mortis memor, nil avidius, quam animæ suæ quietem anhelabat, ea de causa in Parisinæ Cathedralis cæmeterio sibi locum selegerat pro exstruendo sacello, in quo ossa sua tumulo contegi curaret; utque vita ab aulico strepitu vacua, piisque exercitiis sese ad extremam luctam accingere posset, Regi supplicabat, quatenus politicæ administrationis onus deponere, sibi liceret. Attamen Rex, cum illum fraterno veluti amore complecteretur, eumque ceu Ministrum ceteros longis inter-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

intervallis antecellentem respiceret, allatis rationibus tantum effecit, ut Cardinalis in Regis Regnique utilitatem obsequiumque ulterius suas vires & operam impendere polliceretur; unde imperium per manus Regis denuo traditum, nullo, quod sane mireris, auctoritatis summæ rivali, diuturna securitate usque ad obitum suum tenuit. Sub idem quoque tempus Clemens cum eo egerat de instaurandis renovandisque edictis, quæ Ludovicus XIV. contra Hugonotas seu Calviniſtas in occulto latentes tulerat.

§. LXX.

Historia de Concilii Tridentini versione a P. Courayero concinnata.

Hoc item anno nova tempestas in P. Courayerum coorta est. Illius occasio erat hæc: Jam priori Sæculo Paulus Sarpius Servita Venetæ Reipublicæ Theologus Tridentinæ Synodi Historiam ediderat, malignis ac perniciosis reflexionibus inspersam, quæ nihilominus in varia idiomata fuit translata: Hanc ut denuo notis illustratam Gallice redderet, Wilhelmina Carolina Magnæ Britanniæ Regina Petro Franciſco Le Courayer e Galliis in An-

Angliam profugo in mandatis dedit: Peropportuna huic Viro accidit hæc provincia; inde enim Ecclesiæ Catholicæ fundamenta, sedisque Apostolicæ auctoritatem dolosis cuniculis oppugnandi, erroresque suos palliandi occasionem nanciscebatur. Igitur Calviniana animositate calamum stimulante, intra breve temporis spatium suam versionem absolvit, eamque hoc anno Amstellodamensibus literis excusam vulgavit, præfixo hoc titulo: *Historiæ Concilii Tridentini a Fra Paulo Sarpi Ord. Servorum Italice conscripta, & in idioma Gallicum unacum criticis Historicis & Theologicis annotationibus illustrata a Petro Francisco le Courayer in Oxoniensi Academia Theologiæ Doctore, & Canonico Regulari, necnon Seniore Bibliothecario Abbatiæ S. Genovevæ Parisiensi.* Sunt qui vehementer mirantur, quod hic Versor in suis scriptis Catholici Canonici ad S. Genovevam & simul Doctoris Acatholicæ Universitatis titulum conjunxerit. Id vero, ponderata, quam sibi Courayerus præfixit, scribendi ratione, facile conciliari potest; quamvis enim pro more omnium Apostatarum Romano-Catholicæ Ecclesiæ, ejusque supremi Pastoris auctoritatem acri admodum stylo infectaretur, ubi tamen præcipua sexdecim fidei capita inter

Sæc.XVIII. A.C.1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

ter Catholicos & Proteſtantes controverſa impugnabat, nunc cum illis, jam cum his ſentire videbatur, adeo, ut de eo idem quod ipſe de ſuo Sarpio cenſuit, æquali jure dici poſſit, *ipſum fuiſſe Catholicum in craſſioribus, in minutioribus quandoque heterodoxum.* Porro adverſus novam hanc Courayeri verſionem Editorum calami tam Pariſiis, quam in Italia ſtrenue exercebantur; & quidem Menſe Februario anni ſequentis in Societatis Collegio Pariſiis habebatur *publica diſputatio*, in qua Sarpii & Courayeri opiniones in ſua Hiſtoria Tridentini, necnon in notis contentæ vehementer impugnabantur. Solemnior reddebatur Theologicus hic conſeſſus ex numeroſa præſentia Cardinalium, Archiepiſcoporum Præſulum & præcipuæ Canonicorum Abbatiæ ad S. Genovevam. Præ ceteris vero Petrus de Tencin Embrodunenſis Archiepiſcopus poſtea Cardinalis anno ſequenti contra ſpurium hunc fatum, Paſtoralem edidit inſtructionem, in qua præter alia Courayeri effigiem his coloribus delineavit: *Vir ille eodem numero habet verum & falſam Religionem, confundit Lutheri & Calvini doctrinam cum illa Jeſu Chriſti, ſubruit Eccleſiæ fundamentum & ſubjectionem erga Eccleſiam velut inſaniam deridet, horrendosque errores inter tolerandas opinio-*

nes

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

nes numerat, & effrænem humani intellectus licentiam tuetur; ejuravit universam Christi Ecclesiam, & in hæresis gremio asylum quæsivit, ut totum suum venenum contra Christi Ecclesiam, Sacramque Sedem eo tutius evomere posset. Nec ipsis etiam Jansenistis ex integro probabatur Courayeri liber, quem Montpessulanus, seu verius enthusiastarum factio (*) sub hoc nomine latitans, & Antissiodorensis Episcopus damnarunt, edita peculari lucubratione post Montpessulani obitum sub ejus nomine a Jansenistis publici juris facta: Verum horum Præsulum scripta Courayerus livido dente proscindere nitebatur, edita apologia, cui titulus: *Vindiciæ versionis novæ Concilii Tridentini contra quorumdam Præsulum censuram &c. anno* 1742.

Tandem vero anno hujus sæculi quadragesimo die vigesima sexta Januarii Clemens Papa Courayeri Historiam Apostolico diplomate proscripsit, hoc tenore: „Cum in lucem prodierit quidam liber Gallico idiomate editus: cui „titulus. *Histoire du Concile* & Venerabiles

(*) Certissimum, quod Jansenistæ confutationem Courayeriani scripti primum post obitum hujus Montpessulani Episcopi publici juris fecerint.

Sæc. XVIII A. C. 1736.

„biles autem Fratres noſtri S. R. E. „Cardinales in tota Republica Chriſtia„na contra hæreticam pravitatem Ge„nerales Inquiſitores a ſede Apoſtolica „ſpecialiter deputati, audita Libri hu„jusmodi Cenſura ſibi relata, illum „tanquam continentem propoſitiones „falſas, temerarias, ſcandaloſas, capa„tioſas, ſeditioſas, alias damnatas, „omnibus Epiſcopis, Sanctæ Sedi, to„tique Catholicæ Eccleſiæ injurioſas, „erroneas, ſchiſmaticas, ac hæreticas „reſpective, nec non ad ſtabiliendum „ſyſtema Religionis impium, & hære„ticum tendentes, prohibendum & „damnandum eſſe cenſuerint.

„Hinc eſt, quod nos de memorato„rum Cardinalium conſilio, ac etiam „Motu proprio, & ex certa ſcientia, & „matura deliberatione noſtris, deque „Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſup„radictum Librum ſub ſupra expreſſo, „aliove quocumque titulo, ubicumque, „& quocumque alio idiomate, ſeu quä„vis editione, aut verſione huc uſque „impreſſum, aut in poſterum, quod ab„ſit, imprimendum, tenore præſen„tium damnamus, & reprobamus, ac „legi, ſeu retineri prohibemus, iſtius„que Libri impreſſionem, deſcriptio„nem, lectionem, retentionem, & „uſum

„usum omnibus, & singulis Christi fi- Sæc. XVIII.
„delibus, etiam specifica, & indivi- A.C. 1736.
„dua mentione dignis, sub pœna Ex-
„communicationis per contrafacientes
„ipso facto absque alia declaratione in-
„currenda, a qua nemo a quoquam
„(præterquam a Nobis, seu Romano
„Pontifice pro tempore existente) nisi
„in mortis articulo constitutus, absolu-
„tionis beneficium valeat obtinere,
„omnino interdicimus". De cetero Courayerus Calviniana sua versione, notisque haud aliam, quam non pauci ejusmodi Cuculati transfugæ retulerunt, & ipse mercedem acceperat, scilicet ut cum ita Protestantibus favere vellet, ut a Catholicis palam dissentire nollet, nec his nec illis satisfecerit, sed ab omnibus tanquam hypocrita, vel idiota, & Calvinianæ simulque Catholicæ doctrinæ systema ignorans derideretur. Denique anno Christi supra millesimum septingentesimo quadragesimo sexto Sacræ Inquisitionis Romanæ Congregatio die septima Octobris pariter Courayeri Vindicias atro stygmate notavit.

§. LXXI.

Diversæ summi Pontificis Constitutiones & decreta.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Inter tot tantasque turbas, quibus Clemens Papa identidem jactabatur, nequaquam animum oculosque avertit a paterna sollicitudine, qua utrumque Clerum ad exactam disciplinæ observantiam inducere, & subinde succrescentia zizania eradicare curabat. Eo tendebat præprimis ejus Constitutio, qua die nona Januarii decretum Congregationis Episcoporum & Regularium die decima sexta Decembris anno priori editum confirmavit. Illius occasio erat hæc: Pluribus abhinc annis in Hispana Congregatione FF. Eremitarum discalceatorum S. Augustini abusus conferendi nonnullis Religiosis Congregationis præfatæ, qui munus Ministri Provincialis minime exercuerant, gradus, honores, vocem, privilegia, & exemptiones, quibus gaudere solebant illi, qui provincialatus hujusmodi munere functi fuerunt, cum nomine Provincialium honoratiorum irrepserat, totumque id in detrimentum Regularis observantiæ redundabat, ambitionis causam præbebat, & in Religionis ruinam tendebat, inter Religiosos invidiam concitabat, nec non in multis dissidia fovebat, videns non esse necessarios labores in Religione pro acquirendis illis honoribus, & exemptionibus, qui de jure solum dignis impertie-

pertiebantur, idque aliarum dissensionum causa fuerat. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Adversus hunc abusum Alphonsus a S. Magdalena dictæ Congregationis Vicarius Generalis reclamans, a S. Congregatione Regularium decretum vi cujus ejusmodi gradus honorarii prohibebantur, obtinuit, illudque ad ejus preces Clemens Papa auctoritate Apostolica confirmavit.

Die etiam decima quarta ejusdem Mensis idem Pontifex in causa Suessana Jurium Parochialium innovavit S. Congregationis Concilii decretum jam anno supra millesimum sexcentesimo quinquagesima editum, cujus verba sunt hæc: „Sacra Congregatio Con„cilii, post maturam discussionem, „censuit, Archiepiscopum Burdigalen„sem non posse prohibere Regularibus „habentibus privilegia Apostolica, ut „a Dominica Palmarum usque ad Do„minicam in Albis inclusive non va„leant ministrare personis secularibus „Sacramentum Communionis, posse „tamen iisdem prohibere, ut personis „secularibus die Paschatis non admini„strent dictum Eucharistiæ Sacramen„tum, etiamsi dictæ personæ seculares „satisfecissent præcepto Ecclesiæ hac „de re edito". Alterum emanavit in causa Mechlinien. anno 1682. quod in

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

sacræ Congregationis Actis ita legitur adnotatum : „Parochi loci Lovan „conquerentes sanctissimum Eucha „stiæ Sacramentum personis secular „bus ministrari a Dominica Palmarum „usque ad Dominicam in Albis a Re „gularibus, & præsertim Societatis Je „su, prætextu privilegiorum, unde „arguunt, juribus parochialibus præ „judicium inferri, & Ecclesiæ præcep „tum eludi, cum non desint falso asse „rentes, se in Ecclesiis Regularium il „li satisfeciisse; libellum porrexerunt „Sanctissimo Domino nostro, ut hisce „malis occurreret, vetando Regulari „bus, ne præfato tempore dictum Sa „cramentum audeant ministrare. Cum „autem Sanctitati suæ placuerit ad hu „cram Congregationem Concilii remit „tere hujusmodi preces, Patri Procu „ratori provinciæ Belgicæ Jesuitica „succesive communicatas, proponitur „dubium: An Patres Societatis Jesu, „aliique Regulares possint ministrare „sanctissimum Eucharistiæ Sacramen „tum personis secularibus a Dominica „Palmarum usque, & per totam Oc „minicam in Albis. Cui die 31. Ja „nuarij ejusdem anni 1682. respondum „fuit affirmative, excepto die Paschæ „tis; ita tamen, ut in aliis diebus fo „mentes Eucharistiam a Regularibus „intra

„intra duas hebdomadas Palmarum, Sæc.XVIII.
„& Paſchatis, non ſatisfaciant præ- A. C. 1736.
„cepto".

Præterea ſummus Pontifex die decima tertia Martii Tertiariis Capuccinis Ord. S. Franciſci communicavit illas quoque indulgentias, quæ Fratribus & Sororibus Ord. B. V. Mariæ de Monte Carmelo a Sacra Sede fuerunt conceſſæ: die autem vigeſima ſecunda ejusdem Menſis idem Pontifex confirmavit Regulas & Conſtitutiones Collegii ſub titulo *Familiæ Jeſu Chriſti* pro educatione Alumnorum Sinenſium & Indorum erecti extra Muros Civitatis Neapolitanæ, necnon Conſtitutiones Seminarii Corſini pro Italo-Græcis Albanenſibus in oppido S. Benedicti de Ullano Biſinicenſis Diæceſis fundati. Innovavit etiam die vigeſima ſexta præfati Menſis Innocentii XI. decretum, vi cujus Græcis cujuscunque ſtatus & conditionis prohibitum, ne pecunias peterent, aut alio quovis modo eleemoſynas pro terra ſancta colligerent; cum enim ſancta hæc loca Jeroſolymitana, in quibus Verbum caro factum eſt, & noſtræ reparationis Myſteria, Deo miſerente, completa ſunt, hactenus adminiſtrationi, & cuſtodiæ Sancti Franciſci de Obſervantia a Sancta Sede Apoſtolica commiſſa nuperrimis

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

hiſce diebus a Græcis ſchiſmaticis ſubornatis aulæ Turcicæ miniſtris de manu dictorum Fratrum S. Franciſci ſummo latinorum dedecore uſurpata ſint iis præcipue ſubſidiis, quæ ex fidelium Chriſtianorum eleemoſynis iidem Græci perceperunt; ut huic ſceleri modus imponatur, neve ex fidelium pietate ſchiſmaticis, & perpetuis Eccleſiæ Romanæ hoſtibus aditus ad novas cumulandas injurias aperiatur, Sanctiſſimus Dominus Noſter Innocentius PP. XI. ſuorum Prædeceſſorum ſummorum Pontificum veſtigiis inhærendo etiam de Conſilio, & Voto Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium Congregationi de Fide Propaganda præpoſitorum omnibus, & quibuscumque S. R. E. Cardinalibus a latere Legatis, Nuntiis Apoſtolicis, Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis, Epiſcopis, Abbatibus, ceteriſque omnibus Ordinariis de utroque Clero ſæculari, & Regulari Eccleſiaſticam jurisdictionem tam ordinariam, quam delegatam in jurisdictionibus, ſive ſuis Diœceſibus reſpective exercentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ injunxit, atque inhibuit, ne de cetero quibuscumque Græcis tam ſæcularibus, quam Eccleſiaſticis, etiam Regularibus quacumque

Digni-

Dignitate, quamvis Abbatiali, seu Archimandritiali, Episcopali, Metropolitica, Archiepiscopali, sive Patriarchali fulgentibus tacite, vel expresse sub quocumque prætextu permittant pecunias quæstuare, vel quovis alio modo eleemosynas a fidelibus petere, etiamsi de eorum unione cum Ecclesia latina per abjurationem Schismatis & fidei Catholicæ professionem in manibus Episcoporum, vel Inquisitorum contra hæreticam pravitatem literis testimonialibus docuerint, vel per alios Episcopos, & locorum ordinarios similis quæstuationis facultates in scriptis acceperint, vel ad fidem de novo conversi aliorum Schismaticorum iram, & insidias effugere conati sint, vel ad effectum reparandi Ecclesias ab Infidelibus dirutas, & non obstantibus aliis quibuscumque prætextibus, & causis: Immo potius omnes, & singulas literas patentales a quocumque Præsule, etiam speciali nota digno, & a Tribunalibus Curiæ Romanæ, & ejusdem S. Congregationis de Fide propaganda (dummodo contentis in præsenti Decreto specialiter, & expresse non fuerit derogatum cum posteriori data) statim ac in eorum Ordinariorum manus pervenerint, ad Sacram de Fide propaganda Congregationem transmittant. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736

Cum autem poſtea Clementi Papæ nuntiatum eſſet, non deeſſe ex Græcis Schiſmaticis, qui ſubdolis artibus, ac mentitis prætextibus Chriſti fidelium pietatem circumvenientes, in diversis Catholicis Regionibus pecunias quæſtuare, ſeu eleemoſynas colligere præſumunt, iisque ad eorum ſchiſma confovendum, erroresque pertinacius retinendos, necnon ad ipſius veræ Fidei & Catholicorum perniciem contra eorundem fidelium mentem, ac intentionem, nequiter abutuntur, eapropter Clemens Pontifex innovato Innocentii XI. decreto non modo Græcis literas ad collecturam ſcripto datas revocari, ſed eis etiam collectas pecunias adimi præcepit.

Prohibuit quoque die quarta Maji Benedictinis Congregationis Silveſtrinæ, ne ad Tribunalia recurrant, niſi prævia appellatione ab Abbate Monaſterii ad Abbatem Generalem: die autem decima ſexta ejusdem Menſis indulgentias, quæ jam antea Doctrinam Chriſtianam Romæ, in Italia, Inſulisque adjacentibus, docentibus vel diſcentibus conceſſæ fuerant, ad univerſos Chriſti fideles ubicunque locorum exiſtentes extendit. Fratribus quoque Ordinis Minorum S. Franciſci Capucinorum

norum inhibuit decreto vigesima tertia Maij promulgato, ne ab Episcopis in Confessarios ordinarios Monialium deputentur. Die autem prima Junij Confraternitatem sub invocatione S. Catharinæ Senensis ad Archiconfraternitatem erexit. Insuper Pontifex die decima quarta Augusti omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus qui sub horam noctis ad pulsum Campanæ Psalmum *de profundis*, vel semel Orationem Dominicam, & salutationem Angelicam cum versiculo *Requiem æternam &c.* in suffragium animarum Christi fidelium defunctorum flexis genibus devote recitaverint, quo die egerint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxavit. Sæc. XVIII. A C. 1736.

Insuper eisdem Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, & Sacra Communione refectis, qui per annum præmissa peregerint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam in uno die cujuslibet anni duntaxat per unumquemque Christi fidelem ad sui libitum eligendo lucrifaciendam omnium peccatorum suorum Indulgentiam

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

tiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſit.

Sub idem tempus nonnulli in dubium vocabant, an ſtatus ſeu Inſtitutum Congregationis Portugalliæ Monachorum Ordinis S. Hieronymi ſit Monachale, Benedictus XIII. autem jam anno hujus ſæculi vigeſimo quinto die vigeſima octava Junij declaravit illud illiusque Religioſos inter Monachos vere, & proprie recenſendos eſſe, voluit proinde, ac mandavit Pontifex, ut qui ordini præfato nomen dediſſent illumque expreſſe profeſſi fuiſſent, pro veris Monachis haberentur, cunctasque de Monachali ejusdem Congregationis Portugalliæ, illiusque Alumnorum appellatione, ac inſtituto controverſias, ſi quæ excitatæ eſſent amputari, & removeri juſſit, diſtricte præcipiens, ne quis in poſterum ſuper hac re illis negotium faceſſeret, aut litem intenderet, ac alias prout in ſupradictis Benedicti Prædeceſſoris literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & de verbo ad verbum inſerto haberi voluit, uberius continetur.

Ut autem hæc declaratio eo firmior eſſet, Clemens Papa die decima Novembris illam denuo auctoritate Apoſtolica

ſtolica confirmavit: quarto autem poſt die, ut tollatur in Congregatione Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum piarum abuſus frequentium appellationum, & recurſuum, extra eamdem Congregationem, quæ corruptela in eam ſenſim invehebatur ſtatuit, ut nullus niſi in caſibus vel in Jure, vel in Inſtituti legibus conceſſis, ita appellare valeat. Denique Pontifex ad exteras quoque Chriſtianæ Reipublicæ terras vigilem ſuum intendit oculum, & præcipue adfuit Maronitis, & genti huic, quæ ſuſceptam a primis Eccleſiæ ſæculis Catholicam fidem inter crebras Infidelium ac Schiſmaticorum vexationes ſemper puram, incorruptamque ſervaverat; cum enim Patriarcha Joſephus Gazenus ad Papam literas daret, eique ſignificaret, quorumdam perverſitate plures, easque graviſſimas in Eccleſiaſticam diſciplinam irrepſiſſe corruptelas, his perceptis mox Pontifex Joſephum Aſſemanium, Virum illo ævo longe celeberrimum in Syriam Legatum miſit, qui Keſroani ad Montem Libanum Synodum convocavit, in eaque conditis decretis ſaluberrimis collabentem Maronitarum diſciplinam ad priſtinum ſplendorem revocavit.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Vid. infra §. 74.

§. LXXII.

Sæc. XVIII. A. C. 1736

§. LXXII.

Lutheranorum querelæ contra demandatum Baptiſmum parvulorum non ex integro natorum.

Vid. ſup. tom. 73. pag. 96.

Jam ſupra ad annum hujus ſæculi vigeſimum nonum meminimus, Lutheranis in Sileſia a ſuprema Cæſarea Curia imperatum fuiſſe, ut infantes non integre natos, qui tamen aliqua ſui parte in lucem prodierunt, aqua ſalutari tingerent, cum id nec in Auguſtana Confeſſione, nec in concordiæ libro, utpote præcipuis ſuæ ſectæ fundamentis prohibitum legatur: Aſt Sileſitæ Prædicantes Catholici Magiſtratus præcepto morem gerere, haud aſſueti, textus ex S. Literis male interpretatos, Patrum ſententias perperam intellectas, & quorumdam Præconum aſſerta opponebant; nec his contenti, inſuper hoc anno prolixo libello ſupplici hanc in rem Cæſaris aures fatigabant, queſti, quod quamvis Imperator ipſis utpote fideliſſimis ſubditis liberum Religionis exercitium, illiusque uſum a nemine turbandum pollicitus eſſet, nihilominus iis inſtigante Wratislavienſi Vicario Generali, & a ſuprema Curia Menſe Septembri anni ſupra milleſimum ſeptingenteſimi tri-

trigesimi primi mandato ad Schweidnicenses & Jauravianos Magistratus dato injunctum fuisset, *ut omnibus Lutheranis suæ jurisdictioni subjectis obstetricibus sine mora præciperent, quatenus in casu necessitatis infantes Baptismali aqua tingerent, etiam in casu, ubi infantes non ex integro ex utero Matris prodierunt, dummodo aqua lustrali perfundi possint: utque hoc mandatum exacte in usum deducatur Magistratus serio invigilarent.* Hoc mandatum minime urgere sperabant Protestantes, eoquod illud, ut ajebant ipsi claris principiis & Canonibus Augustanæ Confessionis, & principio, quod *nemo possit renasci vel baptizari, nisi qui perfecte jam sit natus*, recta adversetur, aliunde vero ceteri Con-Status, ad quos specialiter hoc mandatum fuit directum, illud declinare nisi fuissent: se tamen, prosequebantur, non sine maximo animi mærore intellexisse, quod Lutheranæ obstetrices eo tempore, quo recipiuntur ad necessitatis Baptismum non integre natis infantibus conferendum juramento fuerint adstrictæ, secus ab hoc ministerio excludendæ, uti ex Schweidnicensi juramenti præscripti formula elucet in hæc verba, *si partus aliqua parte natus repertus fuerit vivus, illum Baptizari volo & debeo.* Præterea querebantur

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

bantur hoc idem mandatum cuidam scripto ante quadriennium Wratislaviæ cum approbatione Ordinarii in hujatis Academiæ typographia impresso (*) integre fuisse insertum, & ad illius calcem hæc verba vel maxime offensiva reperiri. *Inde Lutherani inferant, & sciant, quod hucusque non sine conscientiæ reatu docuerint, & inexcusabili errore egerint, proin deinceps vetulas & obstetrices audirent, & ab eis discerent, necessitatis esse, ut infantibus nondum perfecte natis Baptismus conferatur &c.* Id eo magis, exponebant illi, grave ipsis accidere, quo manifestius liberum Religionis exercitium fidelissimis Augustanæ Confessionis Statibus & subditis a sua Majestate Cæsarea clementissime indultum exinde labefactetur, & propterea suarum partium esse, ut has novitates sibi non sine maximo damno imputatas denuntiarent, & quidem

Querebantur I. hoc mandatum sine præscitu, approbatione & jussu Sacræ Cæsareæ Majestatis, sed unice ad petitionem Ordinarii Wratislaviensis fuisse pro-

(*) Hujus scripti titulus erat: *Solida confutatio Lutherani principii, vi cujus infantes non ex integro nati sine recepto necessitatis baptismo salvari possent.*

promulgatum, huic autem in ejusmodi casibus quicquam statuendi jus non competere. II. In Cæsareo Statuto & præscripto circa liberum Religionis exercitium Augustanæ Confessionis addictis Statibus & Incolis in hac Regione indultum Viennæ die sexta Septembris anno 1707. promulgato diserte sancitum esse, *ut causæ matrimoniales, & acta &c. Religionem concernentia, vel omnino non ad Catholicorum Consistoria adducantur, vel saltem secundum Canones in Augustana Religione receptos dijudicentur.*

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

III. Augustanæ autem Confessionis Ecclesiam uno ore & calamo (*) in om-

(*) Et tamen Joannes Samuel Otten Torgaviensis Præco ipsus ejusmodi infanti Baptismum anno 1739. contulit, & quod plus est, postquam Joannes Schroeren alius Præco edito libello ejusmodi Baptismum irritum esse statuit, ipse Otten hunc impugnavit alio scripto, in quo ostendit, hunc necessitatis Baptismum nec Dei Verbo nec Ecclesiæ disciplina esse prohibitum, idem etiam alius Præco stabilivit in suo libro: cui titulus: *Jus tertii in causa Otto-Schroerriana*, cui etiam sententiæ haud obscure suffragabantur Auctores innocuarum relationum: Quis horum Evangelii & Augustanæ Confessionis sensum genuinum in re tam magni momenti rite assecutus est?

Sæc. XVIII. A. C. 1735.

omnibus locis & Religionibus, ubi publice exercetur, ſtatuere, quod Baptiſmus duntaxat perfecte natis conferendus ſit, proin non ex integro, aut duntaxat uno membro natis non ſit applicandus.

IV. In Saxonicæ Eccleſiæ ſtatuto (quod a multis abhinc annis in Sileſia ab Auguſtanæ Confeſſioni addictis in emergentibus caſibus in uſum fuit deductum) articul. gener. 6. tit. de Baptiſmo neceſſitatis ita ſancitum eſſe: *Eccleſiæ Miniſtri Obſtetrices ſedulo inſtruant, ne ullum infantem vel adhuc in utero Matris, vel non integre in lucem editum baptizarent; cum enim Baptiſmus ſit ſacramentum regenerationis, natura Sacramenti exigit, ut infans, cui Sacramentum Regenerationis eſt adminiſtrandum, prius ſit generatum, illæ tamen quæ in ejusmodi neceſſitatis caſu præſentes ſunt, Matrem & infantem Omnipotenti Deo per fervidas preces commendent, ut Deus Matrem adjuvet, & infantem clementer ſibi commendatum habeat.*

V. Reliqua aliarum Lutheranarum ditionum ritualia in hoc conſentire, & duntaxat perfecte natos ad Baptiſmum neceſſitatis admittere. VI. Lutheranos Juris Eccleſiaſtici Scriptores tam Theologos, quam Jureconſultos pariter in hoc convenire. VII.

VI. Id a fideliſſimis Cæſare ſuæ Majeſtatis Statibus & tam ſuperioris quam inferioris Sileſiæ Lutheranis ſubditis ſemper fuiſſe obſervatum, ac inſuper Lutherana Conſiſtoria in Lignienſi, Brigano, & Wolaviano Principatibus, necnon Conſiſtorium in Olſnano & Bernſtatenſi Principatu ſuper praxi in hac cauſſa, quotiescunque exquirentur, atteſtatura, ſicut etiam in ſtatuto Wratislavienſi die vigeſima prima Aprilis anno 1700. art. 44. de Obſtetricibus ſancitum eſſe, *ne ulli infanti Baptiſmus neceſſitatis conferatur, niſi ſit perfecte natus & ab utero Matris avulſus, nec ulli, de quo dubium, an vivat.* Sæc. XVIII. A. C. 1736.

VIII. Nec obſtare id, quod Curia Wratislavienſis oppoſuit, ſcilicet, de hac doctrina nil *verbotenus* in Auguſtana Confeſſione nec in libro Concordiæ præceptum aut ſtatutum eſſe, eoquod implicite ibi contineretur; cum enim in præfatis libris ſymbolicis S. Baptiſma vocetur Balneum regenerationis neceſſe eſſe, ut infans perfecte prius ſit generatus, quam ſpiritualiter regeneretur, quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, renaſci ſecundum Chriſtum non poteſt. Juxta C. 15. de conſecr. diſtinct. 4.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

IX. Religionis exercitium clementissime indultum nunquam ad nudas verba Augustanæ Confessionis fuisse restrictum, sed prout allegata formalia in vim legis perpetuo valituræ publicatæ Cæsareæ sanctionis sonant, controversias *secundum Canones NB. in Augustana Religione receptos* dijudicandas esse, ad id vero sine dubio dogma generaliter ab omnibus Lutheranis receptum *de non baptisandis infantibus ex parte sal-tem* editis referendum esse.

His expositis rogabant Cæsarem, ne ipsis imputetur, ut sese hac in re a suæ sectæ addictis, & principiis suæ Religionis segregarent, inde enim graves lamentationes, tumultus & scandala oritura, aliunde Cæsaream suam Majestatem die 21. Januarii anno 1700. indulsisse, quod si *taxa stolæ Catholicis Parochis a ceteris suis Augustanæ Confessionis Parochianis pro veteri more fuerit soluta, tunc hi Lutherani nec ad exercitium quoad cæremonialia, nec NB. a quocunque ad ullum in sua Religione non consuetum actum cogerentur.* Eo ex capite ab ejusmodi novitatibus liberari, & præcipi petebant, ut hoc mandatum denuo abrogetur, & Lutheranæ obstetrices ad præfatum juramentum non adstringantur, ac denique Lutherani in dogmatum

tum omnibus Augustanæ confessioni addictis communium usu non perturbentur &c. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Præter hunc libellum supplicem quidam Præco Magdeburgensis in defensionem erroris edidit librum, cui titulus: *iniquitas Baptismi non integre natis conferendi, occasione novitatis in fide nuper Lutheranis Silesitis eapropter impositæ, ex Verbo Divino, antiquis Ecclesiæ Doctoribus, & Romano Catholicis scriptoribus demonstrata.* Totum hoc Auctoris opus huic innititur hallucinationi, quod existimet, infantem, qui principali parte corporis v. g. capitis, humeri, pectoris, scapulæ, brachii &c. in lucem extra Matris uterum prodiit, vere, quantum ad rem attinet, natum non esse; cum autem totum corpus ablui non sit necesse, sed duntaxat caput, vel partem æque principalem, ad valide conferendum baptisma sufficit, ut vere dici possit infantem quoad talem partem esse simpliciter, licet non integre natum, ita ut si mors immineret & prominens caput in quo fundantur omnes sensus, aqua baptismali tangi valeat, absolute, & si duntaxat alia pars, conditionate baptizari debeat. Perperam quoque Auctor allegavit S. Augustinum, aliosque Ecclesiæ Patres, cum hi duntaxat improbent Baptismum

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

collatum Matri pro puero, quem in utero gestat, quod Baptisma utique S. Augustinus contra Julianum rejecit, ita nempe nulli unquam sæculo defuerant, qui antiquas Ecclesiæ doctrinas vel de industria vel ex ignorantia obscurarent.

§. LXXIII.

Religionis Status in Japoniæ Regno.

Quantumvis Missionarij in Japonensi Regno ob inhumanas vexationes publice suis ministeriis fungi haud possent, Apostolicus tamen eorum fervor restingui non poterat, quominus paucos illos Catholicos, qui cruentum Mandarinorum ferrum ac rabiem effugerunt, & in sinu cordis sui Christianam veritatem fovebant, clam Sacramentorum administratione pascerent, & ad fidei constantiam animarent: Parum tamen abfuit, quin Evangelicus eorum labor penitus in irritum caderet, oborta gravi dissensione, cui ansam, quamvis præter opinionem suam, præbuit quidam Episcopus Barnabita; qui a S. Congregatione de Propaganda fide Roma eo ablegatus, quosdam Ecclesiæ ritus a Gallicis Missionariis hucusque invectos partim immutare, partim penitus abolere tentabat; cum ergo

nova

nova inde dissidia enasci possent, hoc anno P. Antonius de la Courte Missionarius, ac Gallicæ Missionis Minister Romam contendit, qui de totius Missionis statu rationem reddens, præfatæ S. Congregationis Cardinalibus libellum supplicem obtulit, in quo illos de innovatione a dicto Episcopo facta, & de periculo inde pertimescendo edocuit: Re igitur maturius pensata Pontifex opportuno remedio utrique parti satisfecit. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXXIV.

Statuta Nationalis Synodi Maronitarum.

Assidua Clementis XII. sollicitudo Pastoralis ad ipsas etiam Orientales Ecclesias hoc anno sese extendit: Exstat gens Catholica in Phæniciæ terris, quæ præcipue Montem Libanum incolit, & sese in Syriam, Syro-Phæniciam, Tripolin, Alepum, Berythum, Sidoniam & Cypri Insulam extendit. Vocantur hi populi Maronitæ, a S. Marone Abbate, qui eos in fide Catholica circa annum Christi quadringentesimum instituit, multasque Monachorum, qui postea sese S. Antonii Regulæ addixerunt, ædes construxit:

Sæc. XVIII. A. C. 1736. Postquam vero Macedonij, Appollinaris, Nestorij, Eutychetis &c. hæreses universam Syriam infecerant, Maronitæ pariter cum aliis velut rapido quodam torrente in errorum colluviem præcipitati fuerant, donec tandem jamjam an. sæculi duodecimi trigesimo primo sese Innocentii II. Pontificis obsequio dicarent, & sub Lucio III. Papa circa annum Domini millesimum centesimum octogesimum secundum in manibus Aimerici Latini Antiocheni Patriarchæ palam una omnes fidem Catholicam profiterentur. Ab eo tempore semper ad confusionem aliorum Syriæ populorum constanti fide Sacræ Sedi addictissimi remansere: Hanc tamen gloriam huic nationi, simulque Ecclesiæ Romano-Catholicæ non pauci ex scriptoribus Acatholicis invident, ac memores infamiæ, qua eorum secta a Græcorum Synodis præsertim sub Jeremia & Cyrillo Berrhoensi, ac Parthenio Patriarchis Constantinopolitanis necnon sub Dositheo Patriarcha Hierosolimitano affecta fuerat, ultionis studio in suis libellis spargunt, Maronitas non ob *veritatis desiderium*, *& doctrinæ unitatem*, *sed propter speratam Pontificis contra Turcas opem* sese Romanæ Ecclesiæ addixisse, de reliquo autem illos potissimam partem cum ceteris Orientalium

talium sectis convenire, & non nisi pauca cum Romano-Catholicis habere communia, eoquod Missam in lingua Syriaca vel Arabica celebrent, Eucharistiam sub duplici specie administrent, Sacerdotes sint conjugati &c. Verum in hoc an malitiam magis Lector miretur, an inscitiam ac stoliditatem, anceps dubiusque hæret; Ergone unitas fidei Catholicæ consistit in Sacerdotum cælibatu, sumptione unius speciei aut in Missa latine dicta? Quis in Ecclesiæ Historia adeo peregrinus est, qui nesciat, has res non ad fidei dogma, sed ad Ecclesiæ disciplinam pertinere hancque salva unitate fidei, uniusque Ecclesiæ universalis integritate diversam in diversis Ecclesiis particularibus, ipso supremo Ecclesiæ Capite id approbante aut permittente, esse posse? Maronitæ æque ac alii Orientales in patria sua lingua Romæ in ipsa etiam Basilica Vaticana Divi Petri Missam publice celebrant, quin ullus eos propterea ab unitate Ecclesiæ Catholicæ vel in minimo dissentire somniasset. Pudet & tædet, tam ineptorum criticorum inscitiam in re adeo manifesta exagitare; si enim hi vel levi hujus rei notitia tincti essent, utique scire possent, Maronitas perfectam cum Ecclesia Romana unionem sæpius

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Unparth. Kirchen-Histori fortsetzung III. p. 588.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

cum ſuis Patriarchis innovaſſe, & quidem anno 1469. cum Paulo II. anno 1526. & 1531. cum Clemente VII. anno 1577. & 1584. cum Gregorio XIII. cum Clemente VIII. anno 1596. cum Paulo V. anno 1612. PP. qui poſtremus pro eis etiam Romæ Collegium fundavit, certe non pro Schiſmaticis, aut ab unitate Eccleſiæ Romanæ abſciſſis: Quam craſſa autem illa ignorantia, qua ſine fronte ſcribitur, Maronitas ſub duplici ſpecie S. Euchariſtiam adminiſtrare, eorumque Sacerdotes eſſe conjugatos? cum tamen matrimonium eis ſit ſummopere inhibitum, præcipue eorum Epiſcopis, quos dignitatis ſuæ eminentia ſeverius a conjugio arcet, & ſi pauciſſimi ex eorum Sacerdotibus conjuges habent, jam ante ſuſceptos Ordines conjugati erant, & eorum Monachi, præter quos & ceteri Sacerdotes, pariter cum ceteris Occidentis Regularibus votum caſtitatis profiteantur: Sed relinquamus inſulſos hos Ariſtarchos ſua ſomniare ſomnia; venia digni eſſe videntur; cum enim ex ſectæ ſuæ inſtituto fidei unitatem, quam in ſua Eccleſia incaſſum quærunt, Romanæ etiam Eccleſiæ invidere teneantur, eam tamen ſolida ratione impugnare nequeant, identidem ad antiquum, quem a ſuis primis Magiſtris

Moreri Dict. V. Maronites.

gistris edocti sunt, errorem recurrunt, quo disciplinam Ecclesiæ, ejusque ritus cum fidei dogmate confundunt, & ex adoptato hoc errore in alios æque crassos præcipites ruunt, simulque vel suam ignorantiam, vel perversum calumniandi, & quod ignorant, blasphemandi pruritum manifestant. Sæc.XVIII. A. C. 1736.

Porro Maronitæ Monachi olim in Monte Libano plusquam quadraginta habebant monasteria, ex quibus tamen potiora a Turcis fuere devastata; plura tamen eorum adhuc ab exacta Monachorum disciplina & pietate inclarescunt: Doctus quoque ejusmodi Monachus, qui per septem annos Romæ agebat, celebrem typographiam anno 1730. secum ad Montem Libanum detulit, atque in Arabico idiomate jam plures libros edi curavit. Ceterum hi Monachi occurrentibus quandoque dubiis aut controversiis utuntur opera, consilio & arbitrio PP. Carmelitarum Discalceatorum, qui Aleppi, Tripoli &c. habitant, ad quorum Conventum, qui vulgo Mar-Elicha vocatur, anno 1635. Galcup de Chasteuil Nobilis in Provincia natus, Vir pietate ac doctrina insignis, vitæ solitariæ & austeræ studio ex Monte Libano secessit, ibidemque die decima quinta Maij anno

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

1644. mortuus ſuos libros a ſe elucubratos præcipue ſua commentaria in S. Scripturam præfatis PP. Carmelitis reliquit.

Cum autem injuria temporum, & quorumdam perverſitate ſenſim primævæ inſtitutionis fervor & diſciplinæ Eccleſiaſticæ obſervantia declinaret, indeque plures corruptelæ, lites & controverſiæ pacem interturbantes inter Monachos & populos irreperent, hinc ipſimet Patriarchæ, Archiepiſcopi, ac hujus Nationis Epiſcopi, Abbates & Monachi pro opportuno remedio ſæpius ad S. Inquiſitionem Romanam, & Congregationem de Propaganda recurrerunt, utque univerſalior firmiorque eſſet diſciplinæ reſtauratio, hoc anno Nationalem Synodum celebrare decrevere. Eo fine datis ad Papam literis Joſephum Simonium Aſſemanium ejusdem Nationis Præſulem Bibliothecæ Vaticanæ Præfectum, & Baſilicæ S. Petri Canonicum ablegari petierunt, ut Pontificis nomine proximæ Synodo præeſſet. Annuit Clemens XII. piis eorum votis, & præfatum Aſſemanium in Orientem transmiſit: Ineunte enim Menſe Octobri hoc anno convenere Joſephus Patriarcha Antiochenus, quatuordecim Epiſcopi Maronitæ, duo Syri, totidem Armeni, Abbates & regula-

gulares quam plurimi, qui in Eccleſia B. M. Virginis de Loaiſa Montis Libani Monachorum S. Antonii huic Synodo initium fecere: Quæ autem ibidem pertractata ac definita fuerint, cum Benedictus XIV. qui hanc Synodum anno 1741. die prima Septembris confirmavit, exacte in ſua Conſtitutione deſcribat, hanc ad verbum huc inferere lubet. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„Quantum (ſunt verba hujus doc„tiſſimi Pontificis) ad Catholicæ Reli„gionis veritatem illuſtrandam, confir„mandamque, quantum ad eccleſiaſti„cæ diſciplinæ obſervantiam procuran„dam, quantum ad Chriſtianæ pieta„tis, & ſanctimoniæ ſtudium promo„vendum prodeſſent hujus modi Cætus, „& Synodi, ſatis ſuperque experimento „comprobavit ipſa antiquitas. *Qua ſa*„*ne ex cauſa*, inquit Sanctus Martyr, „& Epiſcopus Cyprianus, *neceſſario apud nos fit, ut per ſingulos annos ſeniores, ac Præpoſiti in unum conveniamus ad diſponenda ea, quæ curæ noſtræ commiſſa ſunt, ut ſi quæ graviora ſunt, communi conſilio dirigantur.* Eapropter Triden„tina Synodus præcepit, ut Concilia „quidem Provincialia, ſicubi omiſſa „fuiſſent, pro moderandis moribus, „corrigendis exceſſibus, controverſiis „com-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„componendis, aliisque ex Sacris Ca-
„nonibus permissis, quolibet saltem
„triennio, Diœcesanæ vero Synodi
„quot annis renovarentur.

„Etsi autem Venerabiles Fratres
„Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi
„aliique pro tempore existentes Inclytæ
„Nationis Maronitarum, quæ ab ipsâ
„sua origine Orthodoxam Romanam
„fidem professa semper intactam ab in-
„fidelibus, Hæreticis, Schismaticis
„undique circumsedentibus custodire
„atque Apostolicæ huic Sanctæ Sedi
„arctissime adhærere, debitaque obe-
„dientia obsequi studuit, ac pergit,
„Cœtus, & Synodos ejusmodi veluti
„in speciem inter se celebrare non desi-
„terint; nunquam tamen apud illos
„Provinciale, seu totius Nationis Con-
„cilium habitum fuisse constat. Quo
„factum fuit, ut, cum nonnulla ad dis-
„ciplinam Ecclesiasticam potissimum
„spectantia sensim a primæva institutio-
„ne, ac splendore declinare viderentur
„ad eadem sustinenda reparandaque af-
„fidue per Congregationum Venerabi-
„lium Fratrum S. R. E. Cardinalium,
„tum generalis adversus hæreticam
„pravitatem Inquisitionis, tum Propa-
„gandæ Fidei decreta super propositis
„dubiis, & exortis controversiis edita,

„quan-

„quantum fieri potuit, consuleretur. Sæc. XVIII.
„Quæ certe providentia jam dudum ini- A. C. 1736.
„ta, ac servata, & si quodammodo
„salutaris, haud tamen satis visa fuit
„modernis Venerabilibus Fratribus Jo-
„sepho Petro Patriarchæ Antiocheno,
„cæterisque Archiepiscopis, & Episco-
„pis ejusdem Nationis Maronitarum,
„ut votorum suorum compotes fierent.
„Quamobrem per supplices literas exi-
„miis singularis erga Apostolicam hanc
„Sanctam Sedem reverentiæ, & obe-
„dientiæ notis insignes, iterum atque
„iterum datas, non modo abusus sen-
„sim irreptos, ac controversias, & con-
„fusiones pacem plerumque intertur-
„bantes, e medio tollendas significa-
„bant; verum enixis etiam precibus
„tandem postularunt, ut ad gravissi-
„mum hujusmodi negotium cum ejus-
„dem Nationis decore atque utilitate
„conficiendum, adlegare dignaretur
„Apostolica Sedes Dilectum Filium Jo-
„sephum Simonium Assemanium, ejus-
„dem Nationis Virum, primæ in Bib-
„liotheca nostra Vaticana Custodiæ
„Præfectum, Canonicum Basilicæ Prin-
„cipis Apostolorum de Urbe, Magi-
„strum in utraque Signatura nostra Re-
„ferendarium, Prælatum domesticum,
„& intimum Cubicularium nostrum,
„quem triginta fere abhinc annis No-
„bis

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„bis notum, & acceptum, tum prop-
„ter obsequia sua in earumdem Congre-
„gationum Inquisitionis, & Propagan-
„dæ Fidei negotiis Nationum Orienta-
„lium expediendis laudabiliter præsti-
„ta & tot volumina, de Orientalibus
„præsertim, aliisque rebus, jam typis
„edita, plurimi facimus.

„Itaque fel. record. Clemens PP.
„XII. Prædecessor noster, ex ejusdem
„Congregationis Propagandæ Fidei
„consilio, supplicationibus hujusmo-
„di inclinatus, laudatum Josephum Si-
„monium, tum suis Apostolicis in si-
„mili forma Brevis literis, tum decre-
„to, & Instructione super nonnullis ar-
„ticulis peculiari reformatione dignis
„habitis, & facultate Synodum Pro-
„vincialem, seu totius Nationis, si opus
„fuisset, congregandi instructum, ab-
„legare dignatus fuit. Hic autem sa-
„premis ejusdem Clementis Prædeces-
„soris jussibus, ea, qua decebat, obe-
„dientia obtemperans, Orientem con-
„tendit. Postquam ad Libanum Mon-
„tem accessit, Apostolica Mandata,
„decreta, & Instructionem dictæ Con-
„gregationis in Apostolicis literis, &
„decretis, ut præmittitur, contenta
„iisdem Josepho Petro Patriarchæ
„aliisque Præsulibus Maronitis expo-
„suit.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„fuit. Quibus omnibus cum venera-
„tione Apoſtolicæ Sedi debita excep-
„tis, lectisque, unanimi conſenſu ſta-
„tutum fuit, ut Synodus hujusmodi
„haberetur, in qua non ſolum recita-
„rentur, atque obſervanda propone-
„rentur decreta, & ordinationes dictæ
„Congregationis Propagandæ Fidei;
„verum etiam alia decreta, & canones,
„ſi aliquo pacto id ad Eccleſiaſticam
„Diſciplinam cum ejusdem Nationis
„laude reformandam illuſtrandamque
„neceſſarium, atque opportunum fuiſ-
„ſet viſum, conderentur.

„Interea variis proluſionibus, &
„congreſſibus ante peractis, ſynodus
„hujusmodi, quæ jam indicta fuerat,
„in Eccleſia ſub Invocatione Beatæ Vir-
„ginis Mariæ Immaculatæ Monaſterii
„de Loaiſa Dilectorum Filiorum Mona-
„chorum Sancti Antonii Congregatio-
„nis Montis Libani in Provincia Cheſ-
„roanenſi Phœniciæ convocata fuit. In
„ea ſane, præter Patriarcham, & Ab-
„legatum hujusmodi, interfuerunt Ar-
„chiepiſcopi, & Epiſcopi, nimirum
„quatuordecim Maronitæ, duo Syri,
„& totidem Armeni, Abbates Genera-
„les Monachorum tum Sancti Antonii
„Congregationis Montis Libani, tum
„Sancti Iſaiæ, ſinguli cum quatuor dif-

„finito-

Sæc. XVIII A. C. 1736.

„finitoribus, & aliis Abbatibus locali„bus, tam ejusdem Congregationis „Montis Libani, quam Monasteriorum „antiqui Instituti, locum tenens custo„diæ Hierosolymorum, ac totius Ter„ræ Sanctæ, Apostolici Missionarii om„nium Ordinum, qui in Syria, & Pa„læstina commorantur, nempe Sancti „Francisci Minorum de observantia, & „Capucinorum, Sanctæ Mariæ de Mon„te Carmelo excalceatorum nuncupa„torum, & Clerici Regulares Societa„tis Jesu, ac quamplures Archipresby„teri, Parochi, Presbyteri, Theologi, „Collegii Pontificii de Urbe olim Alum„ni, aliique Clerici, Monachi, Prince„pes, ac Magnates Gazeni, Hebaisci, „& aliarum Familiarum insignium Mon„tis Libani, & Antilibani.

„Antedicti omnes in sessionibus, „tam matutinis, quam vespertinis, tri„gesima mensis Septembris, ac prima, „& secunda diebus mensis Octobris an„ni 1736. habitis, insimul conveniен„tes, postquam recitata & proposita „fuerant decreta, canones, & articu„li juxta instructionem dictæ Congre„gationis Propagandæ Fidei, ut præ„mittitur, in Synodo hujusmodi con„dita, & contenta, non solum omnia, „& singula comprobarunt, laudaverunt„que

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„que, iisque omnes, & singuli, qui „suffragium, & votum habebant, alii„que subscripserunt; verum etiam lite„ras, quibus & ea, quæ gesta erant, „significabant, & ipsum Ablegatum „propter suum zelum, prudentiam, „doctrinam, pietatem, sapientemque „in rebus gestis habitam rationem, „maximopere commendabant, diebus „tertia, quarta, quinta, septima & „decima quinta ejusdem mensis, & an„ni datas, ad Clementem Prædecesso„rem præfatum, & sæpedictam Con„gregationem perferendas curarunt; „suppliciter expostulantes, ut Synodus „hujusmodi, prævio Apostolicæ hujus „Sanctæ Sedis examine, censura, & „correctione, quatenus necessitas exe„gisset, Apostolica auctoritate appro„bata, & confirmata, Typis etiam „Arabicis dictæ Congregationis Pro„pagandæ Fidei in lucem prodiret.

„Interea, dum ipse Joseph Simonius „Ablegatus Instructioni memoratæ Con„gregationis, & bo. mem. Felicis Car„dinalis Zondadari, dum viveret, Na„tionis Maronitarum Protectoris, & „hujusmodi ad Montem Libanum Ab„legationis Ponentis, mandatis obtem„peraturus, & iis, qui in dicta Syno„do suffragati fuerant, morem gestu„rus

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„rus, ſtatim nonnulla in quibusdam „articulis, ut præmittitur, contenta, „ac primum hic Romæ, deinde in me„morata Synodo jam diſcuſſa atque de„creta, executioni mandanda curat, „ac præſertim omnimodam Monialium „a Monachis ſeparationem; non levis „eundem Ablegatum inter, & Patriar„cham, quoad modum ſeparationis, „emerſit diſſenſio. Acceſſit deinde con„troverſia de inhibita quacumque vel „modica pecuniæ ſumma aut aliarum „rerum contributione, tum in Sacro„rum Oleorum diſtributione, tum in „Sacrorum Ordinum collatione, Pa„triarchiæ, aut Epiſcopis alias ſolvi, & „erogari ſolita. Demum de ſtatuta „uniuscujusque propriæ Eccleſiæ An„tiſtitis firma incardinatione, & Epiſ„copatuum ad certum numerum, juxta „folium ab ipſo Patriarcha, Archie„piſcopis, & Epiſcopis ſubſcriptum, „reductione, diſſidium erupit. De his„ce omnibus idem Patriarcha, & per „ſuas literas anno 1737. ſcriptas, & per „ſuum Nuntium anno 1738. hanc Al„mam Urbem aſſequutum, Apoſtoli„cam Sedem conſuluit.

„Narratis autem, relatisque prius „in ſæpedicta Congregatione Propa„gandæ Fidei non ſemel habita, quam„plu-

„plurimis, tum quoad puncta in ante- Sæc. XVIII.
„dictis articulis contenta, tum quoad A. C. 1736.
„auctoritatem legitimitatemque Syno-
„di præfatæ, rationum momentis hinc
„inde adductis, & accuratiſſime ex-
„penſis; audita tum Venerabilis Fra-
„tris Gabrielis Eva Archiepiſcopi Cy-
„pri Maronitæ, tum Dilectorum Filio-
„rum Thomæ Budi Abbatis Generalis
„Monachorum Sancti Antonii dictæ
„Congregationis Montis Libani, &
„Pompilii Rodata in Bibliotheca noſtra
„Vaticana Græci Scriptoris, & de re-
„bus Orientalibus non ignari, quibus
„Synodus præfata revidenda, & exa-
„minanda commiſſa fuerat, relatione;
„particularem Congregationem eorum-
„dem Venerabilium Fratrum noſtrorum
„Propagandæ Fidei jam a Nobis depu-
„tatam, coram nobis die 27. proxime
„elapſi menſis Auguſti, ponente Dile-
„cto pariter Filio noſtro Vincentio S.
„R. E. Cardinali Petra ejusdem Con-
„gregationis Propagandæ Fidei Præfe-
„cto, in locum Dilecti itidem Filii no-
„ſtri Caroli S. R. E. præfatæ Cardina-
„lis Rezzonici Ponentis abſentis ſuffe-
„cto, habendam indiximus.

„Propoſita fuerunt in Congregatio-
„ne hujusmodi dubia, quæ ſequuntur.
I. *An conſtet de legitimitate dictæ Synodi?*

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

II. *An Canon quoad cohabitationem prohibitam Monialium, seu Mulierum, cum Monachis, sustineatur, vel quomodo moderandus?* III. *An Canon prohibens Patriarchæ quamcumque exactionem in distributione Olei Sancti Parochis, sustineatur, & mereatur confirmationem?* IV. *An Canon quoad residentiam Episcoporum Maronitarum in propriis Titulis Ecclesiarum Episcopalium, sit approbandus; & quid quoad Appendicem Synodi Cap. 41. in quo adest divisio sedium Episcopalium, cum limitibus Diœcesum Maronitarum, pro distributione Diœcesum in tot Episcopis, ita ut non possint amoveri a Patriarcha?* V. *An sit consulendum Sanctissimo pro approbatione dictæ Synodi etiam per Breve Apostolicum?* „Ad quæ sane dubia, omnibus sedulo expensis, per eosdem Cardinales responsum fuit. Ad primum. *Constare de legitimitate Synodi, omnibus suffragantibus.* Ad secundum. *Pro approbatione Canonis, citra tamen approbationem Monasteriorum.* Ad tertium. *Approbandum: & ad Sanctissimum, qui dignetur alio modo providere Domino Patriarchæ.* Ad quartum. *Pro approbatione Canonis demandantis Residentiam Episcoporum: & ad Sanctissimum quoad contenta in Apendice Cap. 41. in quo proponuntur Metropolitanorum, & Episcoporum Maronitarum sedes, & limites.* Ad quintum.

tum. *Ad Sanctiſſimum, qui dignetur approbare Synodum, cum Brevi Apoſtolico.* Sæc.XVIII. A.C.1736.

„Hinc eſt, quod nos, qui in ſublimi „Sacroſancti Apoſtolatus ſpecula per „Divinæ bonitatis abundantiam conſti„tuti, nihil optamus impenſius, quam „ut per univerſum Catholicum Orbem „Evangelizemus, & dogmata Ortho„doxæ Fidei omnes Chriſti-fideles edo„ceamus, & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ „præcepta intacta ſanctiſſime ſervanda „curemus: Eapropter, omnibus, & „ſingulis diſſidiis, controverſiis, diſ„ſenſionibus, cæterisque quibuscum„que, quæ ad hanc usque diem ſuper „præmiſſis omnibus quocumque pacto, „& quomodolibet excitata fuerunt, „perpetuum ſilentium imponentes; nec „non omnium, & ſingulorum ſupra „memoratorum Patriarchæ Ablegati, „Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, cæ„terorumque Nationis Maronitarum „hominum votis hac in re, quantum „cum Domino poſſumus, favorabiliter „annuere, eorumque ſingulares perſo„nas ſpecialibus favoribus, & gratiis „proſequi volentes, atque Apoſtolicis „laudibus commendantes, & a qui„busvis excommunicationis, ſuſpenſio„nis, & interdicti, aliisque eccleſiaſti„cis ſententiis, cenſuris & pœnis a ju-

Sæc. XVIII, A. C. 1736.

„re, vel ab homine quavis occasione, „vel causa latis, si quibus quomodoli„bet innotatæ existunt, ad effectum „præsentium duntaxat consequendum, „harum serie absolventes, & absolutas „fore censentes; supplicationibus eo„rundem nomine nobis super hoc hu„militer porrectis inclinati, de eorun„dem Venerabilium Fratrum nostrorum „S. R. E. Cardinalium consilio, Syno„dum hujusmodi, omniaque & singu„la in ea, ut præmittitur, edita Sta„tuta, Decreta, Ordinationes, & Ca„nones, auctoritate Apostolica tenore „præsentium confirmamus, & approba„mus, illisque inviolabilis Apostolicæ „firmitatis robur adiicimus; ita tamen „quod per nostram prædictæ Synodi „confirmationem nihil derogatum esse „censeatur Constitutionibus Romano„rum Pontificum Prædecessorum nost„rorum, & Decretis Conciliorum Ge„neralium super Ritibus cæterarum „quarumcumque Nationum, sive spe„cialiter, sive generaliter factis, quæ „non obstante hujusmodi confirmatio„ne, in suo robore permanere debeant; „ac salva semper in præmissis auctori„tate dictæ Congregationis Propagan„dæ Fidei, nobis tamen, ac successo„ribus nostris Romanis Pontificibus „toties

„toties, quoties opus fuerit, super „præmissis omnibus prius consultis. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„Decernentes easdem præsentes li„teras, ac Synodum, in eaque edita „Statuta, Ordinationes, decreta, & „Canones hujusmodi semper firma, va„lida, & efficacia existere, & fore, „suosque plenarios, & integros effec„tus sortiri, & obtinere, ac ab omni„bus & singulis, ad quos spectat, & „pro tempore quandocumque spectabit, „in omnibus, & per omnia inviolabili„ter, & inconcusse observari: sicque „in præmissis per quoscumque Judices „Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau„sarum Palatii Apostolici Auditores, „judicari, definiri, atque interpretari „debere, ac irritum, & inane, si secus „super his a quoquam, sive Patriar„cha, Archiepiscopis, & Episcopis „Nationis Maronitarum, tam singula„tim, quam una in simul convenienti„bus, sive Apostolicis Operariis, qui „ab eadem Congregatione ad quascum„que Orbis Terrarum partes mittuntur, „quavis auctoritate, etiam per hanc „Sanctam Sedem concessa, nisi expres„sa quoad Synodum hujusmodi a no„bis, & Successoribus nostris Romanis „Pontificibus data fuerit facultas, „scienter, vel ignoranter contigerit at-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

„tentari. Non obſtantibus præmiſſis „omnibus, & Apoſtolicis, ac in Uni„verſalibus, Provincialibusque, & Sy„nodalibus Conciliis editis generalibus, „vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordi„nationibus, cæterisque contrariis „quibuscumque.

„Cæterum quidquid quoad omnia, „& ſingula dubia antedicta, aliaque „quæcumque pro totius Nationis Ma„ronitarum ſplendore, utilitate, pace, „ac concordia proficuum, ac ſalutare „fore noverimus, per alias noſtras in „ſimili forma Brevis Literas cumulate „declarabimus".

in Præf. ad tom. 5. Kalend. Eccl. univerſ.

Præterea, idem Pontifex, ut memorat ipſemet Aſſemanius nonnulla dubia, quæ idem Patriarcha circa Canones in hac Synodo promulgatos tam quoad omnimodam Monialium a Monachis ſeparationem, quam quoad Sacrorum Oleorum diſtributionem, atque uniuscujusque Eccleſiæ Antiſtitis firmam incardinationem, & Epiſcopatuum ad certum numerum juxta folium ab ipſo Patriarcha, Archiepiſcopis & Epiſcopis ſubſcriptum reductionem, anno 1742. die decima quarta Februarij Conſtitutione Apoſtolica, præter ſedium ac Dicœceſum Epiſcopalium numerum decidit, & Canonem, quo omnimoda Monialium ſeparatio præſcribebatur,

bebatur, probandum esse edixit: demum quoad S. Oleorum distributionem præcepit, ut eædem pecuniarum oblationes, quæ, cum S. Olea a Patriarcha distribuerentur, eidem ad sustentanda Patriarchalis officii onera exhiberi consueverant, nomine subsidii charitativi ad omnem propellendam simoniæ suspicionem deinceps Patriarchæ traderentur, hacque ratione Pontifex æquis hujus Patriarchæ postulatis benignissime prospexit. Et tamen, quod mirum est, nec Synodi Patres, nec Clemens XII. nec Benedictus XIV. ambo illuminatissimi Pontifices, nihil omnino in Maronitis reperere, quod plenæ cum Ecclesia Catholica unioni contrarium esset. Hæc ergo publicæ fidei monumenta evolvere, non pigeat Acatholicos, si deinceps de Maronitarum Religione &c. Historiam concinnare moliuntur, ne tam fœdis hallucinationibus sese omnium ludibrio exponant. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXXV.

Principes atque Illustres hoc anno denati.

Fuit hic annus plurium Principum, Præsulumque obitu memorabilis;

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

præprimis enim Franciscus Ludovicus Schenk, Comes de Castell. S. R. I. Princeps & Episcopus Eichstadiensis die decima septima Septembris anno ætatis sexagesimo sexto decessit non sine maximo mærore pauperum, quorum liberalissimus erat Pater: unde maximæ sui existimatione, apud omnes relicta, quæ viget hodie quoque, ejus memoria cum magno de virtutibus ejus sensu ac præconio adhucdum celebratur. Successit eidem Joannes Antonius ex Baronum Freibergiorum familia, ad cujus electionem Imperator Comitem Coloredum ablegabat; Hujus obitum Mense Octobri præcessérat Theophanes Novagardiensis Archiepiscopus, qui olim magnæ Synodo præfuit.

Ineunte autem hoc anno Alexander Horain Samogitiæ in Polonia Episcopus ac Regni Senator Regiomonti anno ætatis suæ octogesimo quarto vivis ereptus est. Hic pariter Stanislai partibus longe addictissimus querulas ad Papam dedit literas adversus Posnanienſem Episcopum, eoquod hic Confessariis, qui Augusto faventes juramento in favorem Stanislai præstito liberare renuebant, per Pastoralem instructionem rescripsisset, neminem prop-

propter hoc juramentum ab absolutione esse arcendum. Sub idem ferme tempus Parrettius Panormitanus Archipræsul obiit, postquam anno priori Carolo utriusque Siciliæ Regi Regium diadema imposuerat. Successorem habuit Rossium Episcopum Melphitanum. Sæc. XVIII. A.C. 1736.

Die autem decima sexta Aprilis Romæ mortalitatem exuit Justus Fontanini Ancyranus Archiepiscopus, & honorarius Papæ Cubicularius, Præsul suo ævo longe doctissimus, qui eruditionis suæ famam auxerat solidissimis suis deductionibus juris Pontificii in Comaclensem & Ferrarienſem Ducatus. Celebres quoque sunt ejus antiquitates Hortæ, tractatus de eloquentia Italiana, dissertatio de corona ferrea Longobardorum, vindiciæ diplomatum, Goynæus de situ Istriæ, Sancta Columba Aquilejensis, Discus argenteus votivus veterum Christianorum, disquisitio de corpore S. Augustini Ticini reperto, Catalogus Bibliothecæ Cardinalis Imperiali, Athates Isiacus, Codex Constitutionum in Canonisatione Romanorum Pontificum, Dissertatio de S. Petro Urseola, præter plura alia. Insuper idem Author eruditum opus Comitis Marsilii de *Danubio flumine* latine reddidit.

Por-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Porro diem quartam Novembris vitæ ſuæ poſtremam habuit Michael Celſus Royerius de Buſſy-Rabutin Luconienſis Epiſcopus annos natus ſexaginta, cujus mortem Menſe Julio præceſſerat Honoratus de Quiqueran de Bœnujeu Caſtrienſis Epiſcopus, & die decima ſeptima Aprilis anno ætatis octogeſimo primo obiit Franciſcus de Hauſſoneville de Nettencourt-Vaubecourt Montalbanus Epiſcopus, *qui* Conſtitutionis *Unigenitus* acerrimus vindex ſolitariæ vitæ percupidus anno hujus ſæculi vigeſimo nono ultro Epiſcopalem Infulam dimiſit: Eodem ferme tempore æternitatis iter ingreſſi ſunt Cyprianus Gabriel Bernardus de Razai Engoliſmenſis Epiſcopus Sorbonæ Doctor & Gratiæ Dei Abbas, necnon Cæſar Joannes Rouſſeau Nemauſenſis Antiſtes & S. Ægidii Abbas. Præterea die trigeſima Decembris fatis functus eſt P. Don Claudius du Pré Congregationis Benedictinæ S. Mauri digniſſimus Præpoſitus Generalis annos natus ſeptuaginta quatuor. Denique Menſe Junio Franciſcus D'Andigné Aquæ Auguſtæ Epiſcopus Fontenellæ Abbas vivis valedixit.

Præter hoſce Præſules ex Principibus non pauci hoc anno vivere deſie-

runt,

erunt, inter hos æterna memoria dignus est Eugenius Franciscus Sabaudiæ Princeps, supremus Imperatoris & Imperii Locumtenens, Consilii bellici Præses, Belgii Gubernator, Vicarius Italiæ. Hic ad Christianæ Reipublicæ defensionem natus est anno supra millesimum sexcentesimo sexagesimo tertio die decima octava Octobris ex Eugenio Mauritio Comite Suessionensi, cujus Avus erat Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ. Hic in Galliis enutritus, cum ex suis Fratribus natu minimus esset, Sacræ militiæ destinatus erat, ipse vero mutata sententia Regiis prætoriæ cohortis militibus adscribi voluit, fortuna tamen honoratioribus progressibus adversante, ipsoque Ludovico XIV. eidem minus favente viginti annorum juvenis Viennam ad Cæsaris aulam contendit, ubi voluntarius miles Cæsareum exercitum imperante Lotharingæ Duce expeditioni bellicæ contra Turcas in Hungaria interfuit, atque in solvenda Viennensis Urbis obsidione cum gregario milite spes, incommoda, & pericula partitus est. Tam præclara ibi stupendæ fortitudinis specimina edebat Eugenius, ut equestris legionis, quæ olim Kuffsteiniana dicebatur, supremus Dux a Leopoldo Cæsare nominari mereretur. Hæc munifica pro meri-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII A. C. 1736.

meritis liberalitas tam ingens etat celsioris sui animi incitamentum, ut in obsidione Budensi non tam Ducis, quam militis gregarii officium expleret, ipsus nulla sanguinis parsimonia Turcarum fossas & aggeres inter volitantes grandioris plumbi globos lustraret, & ne quidem in brachio graviter vulneratus suorum animos adversus hostem confirmare omitteret, propterea ab utroque Principe Badensi Ludovico & Hermanno necnon ab Electore Bavaro, omnibusque supremis belli Ducibus apud Imperatorem summis præconiis commendatus. Pari virtutis laude cum sua legione Neosolii, Strigonii, & Albæ Græcæ in Hungaria contra Turcas & in Italia contra Gallos dimicabat, non uno vulnere obfirmatam ad vincendum virtutem attestante. Nondum trigesimum ætatis annum expleverat, cum jamjam meritorum suffragio supremus copiarum Præfectus nominaretur. Nova hæc dignitas Heroi nostro amplissimum victoriarum campum aperuit, ac primo quidem anno 1697. ad Zentam in Hungaria insignem de Turcis triumphum reportavit, cæsis hostium viginti millibus, totidem sauciis, quamplurimis Tibico flumine haustis, captisque potissimis. Anno hujus sæculi primo in Italia Cremonam inter-

intercepit, captoque Villaregio Franciæ Mareſcallo, Gallos Luccaræ devicit, cæſis captisque ſex millibus. Tertio poſt anno Gallo-Bavaros ad Höchſtadium, & biennio poſt ad Taurinum in Italia profligavit: continuato demum victoriarum curſu Gallos in Belgio, & ſeptendecim præliis Turcas in Panonia ingenti clade protrivit. Tot victoriis clarus, confecta pace Viennam rediit, ubi ſecretis belli conſiliis ad ſeram usque noctem indefeſſa aſſiduitate interfuit, ineunte vero hoc anno ob virium debilitatem in gravem incidit morbum, quo tamen medicamentis depulſo, conſueta ſedulitate ad publica negotia rurſus incubuit. Porro diei vigeſimæ Aprilis, quæ poſtrema erat vitæ ſuæ, matutino tempore conſultationem, cui interfuit, his verbis abrupit: *Hodie laboratum ſatis, cetera differamus ad craſtinum, ſi vita ſuperſtes ero.* His dictis domum reverſus, duodecim Nobiles Viros prandio excepit, ipſusque pro more ſuo adventantes, & abeuntes humaniſſime comitatus eſt, veſpere autem cum Comitiſſa Bathiany, Comite de Windisgrätz, Comite de Teſin Sueciæ, & Comite de Taroucco Luſitaniæ Oratoribus aliisque Nobilibus chartarum luſui indulſit, usque ad horam noctis nonam, qua evo-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII A. C. 1736

evoluta consuetudine sua citius lecto sese commendavit, vix autem exacto unius horæ spatio rursus strato prosiliens, persolutis precibus coram Caroli VI. Imperatoris, velut eidem valedicturus, effigiem aliquamdiu defixis oculis substitit, demum vero lectulum repetiit, primario suo Cubiculario demandans, ut alterius diei hora nona illum excitaret. Cum autem famulus, qui in anteriore cubiculo excubabat, Principem tota nocte (quod insolitum quid erat) nec unquam tussire audisset, ea de re Cubicularium monuit, qui tacito pede ad lectum prorepens, Principem suum extinctum reperit. Ita Eugenium rebus gloriosissime gestis toto Orbe clarissimum Heroem furtiva mors in lecto intercepit, cui toties Mars in castris pepercit, postquam vitæ suæ annos usque ad septuagesimum tertium protraxerat.

Erat castitatis studiosissimus, semperque celibem vitam egit, cumque nullas testamenti tabulas conscripsisset, successit hæres ab intestato Ludovica de Carignan, defuncti Neptis: Reliquerat in parata pecunia nonnisi sexcentos circiter aureos, quod non mireris, siquidem ad nuperi belli expensas ingentem auri vim suppeditavit, ac ita

super-

ſuper in ædificia, hortos, rariores libros, picturas, imagines ævi inciſas, aliaque naturæ artisque prodigia immenſos pene theſauros profudit. Sæc. XVIII. A.C. 1736.

Alterum hujus ævi Heroem Cæſareo exercitui infida mors ſubduxit Philippum ex Domo Haſſo-Darmſtadienſi Landgravium, qui, licet in Lutherana ſecta a Matre ſua ſollicite, probeque inſtitutus eſſet, vigeſimo ſecundo tamen vitæ an. Catholicæ Religionis ſacra edoctus, Lutherum Bruxellis abjecit, ac Cæſareæ militiæ adſcriptus in Hungaria, Flandria, atque ad Rhenum ſe Virum animi magnitudine reique militaris præſtantia inclytum omni data occaſione exhibuit. Eapropter ſupremus vigiliarum Magiſter, Friburgenſis præſidii Gubernator, Generalis caſtrorum Præfectus, & demum Senatus Gubernator a Cæſare dictus eſt. Anno autem hujus ſæculi trigeſimo quarto Viennam ab Imperatore accitus non ſine maximo animi jubilo feſtivæ interfuit ſolemnitati, qua ejus Filius natu major Joſephus in Felwarienſem Præpoſitum inaugurabatur. Demum vero digniſſimus hic Princeps die undecima Auguſti anno ætatis ſexageſimo quinto immortalibus (ut ſpes eſt) Principibus inſertus eſt ac majoribus

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

suis hoc ipso felicior, quod in Religionis selectu sapientior.

Pariter in Etallensi Bavariæ monasterio, persici avidius deglutiti nucleo suffocatus decessit decimo octavo ætatis anno Maximilianus Emmanuel ultimus Wartenbergicæ familiæ surculus. Descenderat ea Domus ex Ferdinando Guilielmi V. Bavariæ Ducis Fratre, legitimo quidem, impare tamen thoro: quocirca extincta hac linea ejus bona ad Electoralem Bavariæ Domum redierе: Die autem vigesima nona Martii viginti annorum Princeps præmatura morte ereptus est Carolus 2do genitus Joannis V. Lusitani Regis Filius. Porro Mensem Januar. vitæ suæ exitiosum habuere I. Franciscus Armandus de Gombault Dux de Biron Par Franciæ, qui ex variolis die vigesima octava obiit II. Laurentius Centurione, qui iterato in Genuensis Reipublicæ Ducem electus annos natus nonaginta duos die decima septima ejusdem Mensis vitæ finem fecit. Successorem habuit Nicolaum Cattaneum die quinta Februarii electum III. Vincentius Gradenigo Venetus S. Marci Procurator IV. Clemens Doria Genuensis Consul V. Pignatelius Princeps de Monte Rotundo: die autem vigesima octava Aprilis annos nata sexaginta tres vivere desiit Ludovica Elisa-

Elisabetha Saxonico - Merseburgensis Ducissa. Hos Mense Majo ad æternitatis viam sequebatur Ludovicus Augustus Borbonius Maini Dux Ludovici XIV. Galliæ Regis Filius spurius ex Franciscа de Rochechouart susceptus, qui die decima quarta dicti Mensis annos natus sexaginta sex mortalitatem exuit. Die vero vigesima octava Junii vitæ suæ dies nonnisi viginti quatuor annos natus clausit Christianus saxo-Weisenfelsensis Dux, & septima ejusdem Mensis septuagenaria Maria Angelica de Montmorancia Luxenburgi Princeps de Neuchatel. Obiit quoque Mense Julio nonnisi triginta septem annos nata Francisca Josepha Regia Princeps unica Joannis V. Lusitaniæ Regis Soror, & decima tertia Augusti Carolus Augustus Saxo-Vinarienſis Princeps, præter Ludovicam Dianam Bourboniam Principem de Conte Philippi II. Aurelianensis Ducis Filiam, quæ die vigesima sexta Septembris nonnisi viginti annorum Princeps decessit illam ferali necessitate sequebantur Joannes Dux de Granada, & hæreditarius Princeps de Lamberg, hic die vigesima septima trimulus, ille nona Septembris die septuaginta duos annos natus. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736

Insuper die secunda Novembris fato functus est Ludovicus Antonius de Pardallain Sondrin Dux de Antin, Par Franciæ & Marchio de Montespan, postquam septuagesimum primum ætatis suæ annum expleverat. Denique die vigesima octava Martii Joannes Reinhardus Comes Hanoviæ ultimus hujus familiæ vivis valedixit, nulla relicta prole mascula: quapropter vi pacti successorii cum Electorali Saxonica Domo erecti successio in Domum Hasso-Casselanam quoad Præfecturam Münzenbergensem & annexa devoluta est, cumque Fridericus Sueciæ Rex Guilielmi Hasso-Casselani Landgravii frater natu major die decima tertia Aprilis anni prioris suo jure in præfati Landgravii favorem cessisset, hinc annuente ipso Cæsare Guilielmus renuntiatus est Successor. Obstitit tamen Ludovicus Darmstadius Princeps, qui, cum Carolinam Christinam unicam defuncti Comitis Filiam habuerit conjugem, pluresque liberos ex ea susceperit, hisce partem ampliſſimi Comitatus prætendit, ac præ ceteris Præfecturas Münzenbergam & Bolenhusium cum bonis mobilibus: Hæc tamen controversia ad Consilium Aulico-Cæsareum Viennam delata est.

Hoc

Hoc item anno die vigesima tertia Junii Achmetes III. solio dejectus & integris ferme sex annis in carcere Turcarum Imperator contabescens, demum apoplexia tactus, vitæ ac calamitatibus suis finem imposuit anno ætatis suæ sexagesimo sexto. Successerat eidem Mahumeth V. defuncti ex Fratre Nepos, & Mustaphæ Sultani Filius. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXXVI.

Scriptorum Religione Catholicorum opera & decessus.

Hic pariter annus non paucis Eruditis Religione Catholicis erat funestus, ac vitæ suæ postremus; hos inter primus occurrit Laurentius Josse Le Clerc. S. Theologiæ Professor Tutellensis, & Seminarii Lugdunensis S. Sulpitii Director, qui in controversia Gallica circa gratiam neutri parti adhæsit, sed sibimetipsi systema Thomassinio haud absimile fabricavit; decessit porro Lugduni die sexta Maij: Edidit annotationes in varios articulos Dictionarii Moreryani, Dissertationem circa Authorem Symboli *Quicunque* Bibliothecam Richeleti, seu synopsin vitæ Auctorum in ejus Dictionario allegatorum præter plura alia, inter quæ ceteris palmam

Sæc. XVIII. A. C. 1736. eripiunt criticæ ejusdem literæ in Baylium, Hagæ Comitum anno 1732. editæ, in quibus clare demonstrat gravissimos errores & falsitates, quibus Baylius in enarrandis factis Historicis suum opus fæde commaculavit. Scripsit quoque Historiam Pontificum, chronologiam Franciæ Regum primæ stirpis, tractatum de Plagio, quæ tamen opera nondum publicam lucem aspexere II. Joannes Petrus Gibert utriusque Juris Doctor. Vir eruditione ac pietate insignis, qui die secunda Decembris apoplexia tactus Parisiis obiit. Scripsit tractatum de Christiani officiis in Psalmo centesimo decimo octavo comprehensis, casus practicos de Sacramentis, de doctrina in corpore juris inclusa, disquisitionem circa requisitum ad filiorum matrimonia Parentum consensum, commentaria in S. Scripturam, Theologiam Scholasticam, & Historiam Ecclesiasticam, institutiones Ecclesiasticas beneficiales ex principiis juris communis & praxis Gallicæ, dissertationem de auctoritate Sacerdotum secundi Ordinis in Synodo Diœcesana; praxin Ecclesiæ Gallicanæ, consultationes Canonicas de Sacramentis, traditionem seu Historiam Ecclesiæ circa Sacramentum matrimonii, expositionem juris Canonici per regu-

las

las naturali ordine digestas, & corpus juris Canonici naturali ordine digestum usuque temperatum. III. Antonius Vincentius Thuillierius ex Congregatione S. Mauri Benedictinus, Vir ingenio acerrimus, & labore indefessus, qui præter Polybii Historiam Gallice redditam, scripsit Historiam Constitutionis *Unigenitus*, Mabillonii & Ruinartii opera posthuma vulgavit, & Usuardi Martyrologium nova editione illustravit, necnon octo libros Origenis contra Celsum in latinum idioma transtulit. Edidit quoque Historiam concertationis de Auctore libelli de imitatione Christi, necnon Historiam de controversia circa studia Monastica contra Abbatem de la Trappe, quam tamen Gervasius Trapensis Abbas confutavit, *edita apologia pro defuncto Abbate de la Trappe contra calumnias & insectationes D. Vincentii Thuillier.* Porro vivis ereptus est celeberrimus hic Vir die duodecima Januarij. IV. Martialis a S. Joanne Baptista Carmelita Excalceatus posteris reliquit Bibliothecam Scriptorum utriusque Congregationis Carmelitarum Discalceatorum præter alia nonnulla. V. Franciscus Salmonius Sorbonæ Doctor & ejusdem Bibliothecarius, qui elucubravit tractatum *de studio Conciliorum, & eorum*

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

collectionibus unacum Catalogo præcipuorum Auctorum de iis tractantium, necnon de dilucidationibus in libros de hoc argumento agentes & de seligendis eorum editionibus. Hoc opus sæpius ob sui utilitatem ac præstantiam recusum præcipue commendat Jacobus Fridericus Reimmann, his verbis: „Primus est „Auctor, qui nobis dedit introductionem „criticam in lectionem conciliorum, & „de eorum utilitate, collectionum varietate, & legendi juxta, ac dextre usurpandi ratione ita disseruit, ut „appareat, eum præstantem esse historicum, dilucidum oratorem, & operam non ignavam criticum, præsidiis „omnibus, ad hanc telam pertexendam necessariis, abunde instructum; „fide etiam & sinceritate ea ornatum, „ut in testium veritatis catalogum adscisci ejus nomen queat. Unde &, si „quid eidem accidit humanitus nonnunquam, eo facilius condonari potest. „Quale est v. g. quod illustre problema cui competat jus convocandi concilium? ne extremis quidem digitis „contrectavit. Et concilium Tridentinum omnibus aliis anteferendum existimavit, & judicia de collectionibus „conciliorum sæpius ex aliis exscripsit, „suppressis eorum nominibus".

Con-

Concinnabat idem Auctor pariter Bibliothecam alphabeticam instrumentorum Ecclesiasticorum, & supplementum collectionis Conciliorum Labbeanæ, quod tamen opus postremum morte præventus, absolvere non potuit. Prælo quoque parabat vastissimum opus, vocatis in laboris societatem aliis quinque Sorbonæ Doctoribus: Inscripserat illud *Indicem Generalem* seu Bibliothecam Alphabeticam, in qua omnia acta, vitæ, chronica, historiæ, libri, tractatus, Bullæ, Constitutiones, decreta, dissertationes, epistolæ, diplomata, chartæ, fœdera, liturgiæ, sermones, homiliæ &c. unacum nominibus eorum, qui eorum Auctores erant, alphabetico ordine recenserentur. Eo fine Conspectum hujus libri prævie vulgavit: Cum autem in suis, quas ad Illustrissimum Maffeium hi Doctores dederunt literis Mabillonium, Montfauconium, Marrthenium, aliosque Congregationis San-Maurianæ doctissimos Viros errorum bene multorum perperam insimularent, hi, ne quis modestiam in reatus confessionem duceret, sui, suorumque vindicias ediderunt, easque eodem adhuc anno universæ Sorbonæ inscriptas publici juris fecerunt. Enimvero ceteris omnibus

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

nibus Sorbonæ Doctoribus plurimum displicuit, quod Salmonius indigna ejusmodi opera nomini suo labem inurere non dubitarit: eapropter post ipsius obitum ille, qui Salmonio in Bibliothecæ Præfectura successerat, clarissimum D. Montfauconium adiit, eoque, quo erat animi candore ei declaravit, se suosque Sodales ferme cunctos hanc a Salmonio susceptam contentionem ægris oculis conspexisse. Postea Jacobus Martinus ejusdem Congregationis Monachus longe doctissimus, præfatum Bibliothecæ conspectum a quinque Sorbonæ Doctoribus editum critico examini subjecit, in eoque, quantum ipse solus præ quinque illis Sorbonæ Censoribus artis criticæ, ac rei literariæ peritia præstaret, adeo manifestum fecit, ut plane Adversarii apud omnes omnium Ordinum homines damnati, deinceps nullatenus obgannire vel mutire ausi fuerint, eosque susceptæ hujus operæ pœnitere possit & debeat.

Vid. Hist. re lit. Bened. Part. II. p. 504.

Ceterum idem Salmonius paratum quoque habebat *Historiam de præcipuis Europæ Bibliothecis.* Hæc tamen opera publicam lucem non aspexere, siquidem Auctori Mense Septembri repenti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

na mors calamum excuſſit. VI. Manuel Tellez de Sylva Comes de Alegrette, qui poſteris reliquit præter collectionem Latinorum carminum Hiſtoriam de rebus geſtis Joannis II. Luſitanis Regis, Regiæ Academiæ Hiſtoricæ Luſitanæ Hiſtoriam, & collectionem documentorum, ſtatutorum, & relationum præfatæ Academiæ; vivis valedixit Ulyſſipone die octava Februarii annos natus quinquaginta quatuor VII. Michael Godeau Parochus ad S. Coſmam, & Univerſitatis Pariſinæ Rector, qui octogenarius deceſſit, poſtquam Boileau Poetæ Carmina latinis verſibus expreſſerat, & opera S. Chryſoſtomi, necnon Bartholomæi de Martyribus Gallice reddiderat. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXXVII.

Scriptores Acatholici hoc anno defuncti, eorumque lucubrationes.

Hoc item anno plures Scriptores Acatholici vivis ſublati, relictis lucubrationibus celebre ſibi nomen fecere; hos inter primus eſt Sebaſtianus Edzardi, Vir quidem eruditus, adeo tamen contentioſus & mordax, ut inter

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

ter altercationes seneſceret, & ex illis, quos ſuis convitiis laceſſiverat, ægre inveniret, qui eum reſponſo dignaretur : Impetebat quoque Hallenſem Univerſitatem, quam *Tartaream* vocabat, Lutheranos æque ac Calviniſtas tanta rabie infectabatur, ut ex illis quinque utpote de Blaſphemia inſimulati, per ſententiam Inquiſitionis Calvinianæ (*) Berolini anno 1705. carnificis manu vivi fuerint combuſti: Hujus equidem Auctoris intemperiem coercere nitebantur Ratisbonenſes Proteſtantium Legati, edita contra ejus calumnias ſevero admodum decreto, quod tamen Edzardius confutabat ſparſa in vulgus *apologia contra calumnias Calvinianorum Theologorum.* Tandem die decima Junii Hamburgi deceſſit. Scripſit defenſionem exorciſmi, tractatum de fundamentali diſſenſu inter Eccleſiam Evangelicam & Anglicanam, de termino gratiæ, de cauſſis unionis a Calviniſtis quæſitæ, Manichæiſmum Calvinianorum commonſtratum, Pelagianiſmum Calvinianorum demonſtratum, admonitionem de ceremoniis in Cal-

(*) Ita nempe Eccleſia Calviniana ob Chriſti manſuetudinem abhorret a ſanguine, non autem a flamma.

Calvinianorum gratiam nequaquam mutandis, dissertationem, an Pentateuchus a Samaritano Sacerdote sit conscriptus, Examen rationum, ob quas Calviniſtæ B. Lutheranam quamdam Ecclesiam aucupari nituntur, Satisfactionem Christi a cavillationibus Socinizantis Fanatici vindicatam, Cænam Domini a corruptelis Speneri vindicatam, & alia quamplurima II. Joannes Lackemacher, qui prælo subjecit antiquitates Græcorum sacras, disputationes de Alkendi Arabum Philosopho, de ritibus quibusdam bacchicis a Græcis ad Judæos derivatis, de Gad & Meni sive Hecate & Mana a Judæis culto, momenta quædam insigniora ex Historia Judæ Iscariotæ, de Helotibus Græcorum servis, de ritibus & formulis precum Pharisæi & Publicani & nonnulla alia. III. Philippus Gerder, qui edidit dissertationes de Germaniæ in sex circulos divisionis primævæ origine, de pœna adulterii ex jure Divino & humano, de pœnis hæreticorum, de pœnis usurariæ pravitatis, &c. IV. Christianus Weise, qui scripsit disputationes de spuriis in Ecclesia & re literaria, de factis eruditorum in Aula, de mnemonico spiritus S. officio, de affectu amoris Christi, consensum

Sæc. XVIII. A.C. 1736.

Au-

Sæc. XVIII, A. C. 1736.

Auguſtini & Lutheri, diſquiſitionem doctrinæ de termino temporis gratiæ, & alia potiſſimum exegetica. V. Fridericus Rothſcholz, qui elucubrauit ſuam Scholam mortis pro veris Chriſtianis, icones eruditorum academiæ Altorfianæ, icones Conſiliariorum Norimbergenſium, icones omnium Ordinum eruditione optime meritorum &c. VI. Joannes Chriſtophorus Coler, qui inter alia vulgavit Hiſtoriam *Durræanam*, vitam Bohuslai Haſſenſteinii, Hiſtoriam Gothfredi Arnoldi, analecta ad Struvii introductionem in rem literariam, acta Hiſtorico-Eccleſiaſtica, diſputationes de Ephrem Syro & Joanne Damaſceno, de pyrrhoniſmo in Hiſtoria Eccleſiaſtica &c. VII. Stephanus Vitus fervidus æque ac pertinax ſupralapſarius, e cujus calamo profluxit apologia Synodi Dodracenæ & reformatæ fidei, necnon vindiciæ hujus apologiæ, præter Synopſin Hiſtoriæ univerſalis ab orbe condito usque ad ſæculum XVIII. poſt Chriſtum natum. IX. Joannes Clericus de Socinianis erroribus valde ſuſpectus. Edidit epiſtolas Theologicas ſub nomine Liberii de Amore, criſin in Hiſtoriam Varillasii, Bibliothecam Hiſtoricam univerſalem die decima ſeptima Maij anno 1734 pro-

proscriptam, colloquia circa varia argumenta Theologica, Epistolam ad Origenem Adarantinum, id est Simonium defensionem criticæ artis, vitam Cardinalis Richelii, artem criticam, cujus tamen volumina tria jam anno 1703. die duodecima Martii ad Indicem librorum prohibitorum rejecta fuere: Præterea Clericus imprimi fecit, compendium Historiæ universalis ad tempora Caroli M. Novum Testamentum cum notis. Epistolas criticas & Ecclesiasticas, Bibliothecam selectam, & alia non pauca. Sæc. XVIII. A. C. 1736.

§. LXXVIII.

Varii libri & Scripta a S. Congregatione Romana Indicis proscripta.

Cum indies exitiosa pravorum librorum seges ac zizania copiosius crescerent, indeque fidei integritas, morum pietas, & Christiana charitas gravissime læderetur, hinc summus Pontifex continuato Zelo ac vigilantia prospexit, ut pernicioſi ejusmodi fœtus fidelium manibus eriperentur, inu-

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

inuſtoque proſcriptionis ſtygmate infames atque abominandi redderentur. Spurium ejusmodi partum ediderat in Galliis quidam Janſeniſta ſub titulo: *Documenta circa jus ſecundi Ordinis Eccleſiaſtici unacum traditione, ex quæ præfati Ordinis jura comprobantur.* Nitebatur Auctor demonſtrare, quod ſimplex Sacerdos æque ac Archiepiſcopus vel Epiſcopus in rebus fidei judicandi poteſtatem habeat, *nec Epiſcopus* ſine ſui Cleri aſſenſu *judicium* ferre poſſit: Falſam porro hanc doctrinam & librum S. Congregatio jam anno hujus ſæculi trigeſimo tertio die vigeſima ſexta Auguſti damnavit, hoc autem anno Catholicus quidam Scriptor adulterinum hoc dogma egregie confutavit, edito libro, quem inſcripſit: *Documenta Hiſtorico-dogmatica circa Judices fidei*, in quo Scriptor comprobatum reddidit, quod Epiſcopi ab ipſomet Chriſto in rebus fidei judicandi poteſtatem acceperint, nec eam a Cleri ſui aſſenſu expectare teneantur. Interea per ex eadem Quesneliſtarum & fanaticorum Pariſienſium officina prodierat infamis quidam libellus ita inſcriptus: *Libellus ſupplex Parlamento a viginti tribus Pariſinæ Urbis, Suburbiorum, vicinarumque locorum Parochis oblatus contra Pa-*

Pastoralem Instructionem Langueti Senonensis Archiepiscopi anno 1734. *impressæ occasione miraculorum per merita Domini Parisii patratorum.* Ast hunc delirantis ingenii fœtum S. Congregatio die vigesima Junii per speciale decretum censoriæ severitatis nota perstrinxit, die autem decima septima Maij damnavit sequentes Christophori Cellarii libros: Programata varii argumenti, orationes in illustriori confessu recitatas, Historiam universalem breviter expositam Historiam medii ævi, dissertationes Academicas varii argumenti, & Appendicem duarum dissertationum. Quorum prima erat de excidio Sodomæ altera de Pathmo Lutheri adversus Cardinalem Pallavicinum. Denique die vigesima Junii proscripta est vita Domini de la Noe-Menard Presbyteri Diœcesis Nannatensis unacum Historia sui cultus & relationibus miraculorum, quæ ad ejus tumulum patrata sunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1736.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CONTINUATÆ.

LIBER CCXXX.

CLEMENS. XII. PONTIF. MAXIM.
CAROLUS VI. ROM. IMP.

§. I.

Bellum Caroli VI. Cæſaris contra Turcas.

Hunc currentis ſæculi annum trigeſimum ſeptimum auſpicamur a bello Turcico Cæſareis armis parum fauſto. Occaſio illius erat hæc: Mahomet V. Ottomaniæ Imperator, cum ſedatis Polonorum turbis, & confecta cum Perſis pace nil, quod hoſtile timeret, habere videbatur, pro inquieta ſua indole Moſcoviam infeſtare ſtatuit: nec vero in ſe fractæ pacis recens initæ calumniam accerſeret, clam cum ſupremo Crimeæ ſeu Tartariæ Minoris Principe conſilia cudit, eumque ſubminiſtrato copioſo armorum apparatu, in-

genti-

gentique pecuniarum vi sollicitavit, ut collectis octoginta Prædatorum millibus Daghastanam Provinciam Russis eriperet: Sultani consilium pronis auribus amplectitur Princeps prædas ac latrocinia jam ex antiquo, tanquam artem exercere assuetus. Primum igitur impetum in Ukraniam intentat, & non tam ad confirmandum quam per novas cædes atque injurias proferendum imperium conversus, quicquid in propinquo remotoque populorum erat extra ditionis suæ fines armis aggreditur, totam Provinciam internecinis tumultibus evertit, & viginti incolarum millia in diram servitutem abigit. Id factum, cum Constantinopoli innotesceret, versipellis Sultanus ignorantia alienam crudelitatem excusavit, & ficta miseratione pollicitus est, non modo illatum a Tartaris damnum resarcitum iri, sed ipsum Principem per suum Filium injuriæ veniam rogaturum. Attamen Anna Magnæ Russiæ Imperatrix nullam in Turcis fidem esse, non uno experimento edocta, Münnicho Belliduci suo mandatum dedit, ut cum suis copiis in Tartariam irrueret, & Tanaidem gravi obsidione premeret. Ut autem universo Orbi Russicæ expeditionis æquitas patesceret, Ostermanus Comes Imperii Pro-Cancellarius pub-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

lico ſcripto belli cauſſas expoſuit; vicissim autem Mehmet Baſſa ſupremus Vezirius inaudita arrogantia in ſuo reſponſo ad Europæ Principes dato immotam Ottomanæ Portæ fidelitatem multis extulit violatam, a Ruſſis pacem incuſavit, eisque non niſi ex miſeratione ad eorum preces armorum ceſſationem fuiſſe ad Hiraſum fluvium indultam jactitavit, ac denique concluſit, ob quasvis injurias privatis *in finibus* ſine vicini Principis præſcitu & voluntate illatas non ſtatim ad arma eſſe recurrendum. Interim Münnichius Tanaidem urbem expugnavit, & transcenſis Præcopenſibus aggeribus Koslovum Crimenſis Principis Metropolin (Baziaſerai vocant) poſt cruentam obſidionem, non ſine opima præda (tanti laboris & tot periculorum pretio) cepit. Infauſtus hic armorum ſucceſſus Sultanum paulo manſuetiorem reddidit, qui etiam maritimos Principes, ipſumque Carolum Romanum Imperatorem ſollicitavit, ut inter ipſos & Ruſſos medias partes agerent: cum autem ipſe propoſitas concordiæ leges reſpueret, nec de pace agi pateretur, niſi intra Turciæ fines Miniſtrorum congreſſus fieret, & præceteris Tanais redderetur, res ad belli neceſſitatem ſpectare videbatur.

§. II.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. II.

De reddenda pace irrito conatu actum.

Enimvero hoc responso pacis negotium potius eludi, quam promoveri, probe prospexerat Moscoviæ ac Russiæ Imperatrix; quocirca in novum bellum mente & animo insistere coacta, validissimum exercitum contrahit, quamplurimas naves armis & milite instruit, ac in primum Turcarum occursum omnia parata haberi jubet: Jamjam ad omnem strenue gerendæ rei dexteritatem intentis cunctorum mentibus adversum Ottomanos castra plusquam centum millium Russicæ juventutis habuit. Insuper Imperatrix misso ad Carolum VI. Cæsarem Legato in eventum belli auxiliatrices copias submitti petiit; nec id denegare poterat Imperator, eoquod decem jam annis ante Fœdere Russus conjunctus esset. Nihilominus, ne res ad belli fatalitatem deduceretur, omnem opem & operam adhibuit, ut Sultano declararet, se quidem fœderis lege lacessitis succurrere obstrictum, nihil tamen sibi antiquius esse, quam ut de procuranda prius eisdem æqua satisfactione amicabilem transactionem iniret, & pristi-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

nam inter utramque partem, si fieri posset, concordiam reddere niteretur: Ea fine Imperator die 5. Decemb. anni prioris Comiti de Königseck Cæsareo bellici Senatus Præsidi negotium dedit, ut hanc Cæsaris mentem supremo Vezirio scriptotenus, Cæsareus vero Orator Baro de Dahlmann eidem tum Babadugæ agenti oretenus aperiret, simulque cuncta a præfato Vezirio objecta solide dilueret: Horum, quæ exponenda essent, tenor erat sequens.

„Primas nunquam non curas a Se„reniſſimo & Potentiſſimo Romanorum „Imperatore, Domino noſtro Clemen„tiſſimo, publicæ quieti, tum confer„vandæ, tum reſtaurandæ impendi, „tot annorum experientia, optima ru„mirum rerum magiſtra, univerſo Or„bi ac Præfulgidæ imprimis Portæ com„ſtat. Ex quo tempore pax inter u„rumque Imperium Paſſarovicii felici„ter fuit concluſa, tam ſancte hac ex„parte culta fuit, ut Præfulgidæ Por„tæ tunc quoque, cum cruento bel„alibi quam maxime eſſet implicita, „conquerendi anſa, & materia omni„no deeſſet. Inglorium quippe duci„mus & ab honeſtate alienum, atque „ipſo rerum eventu plerumque infa„ſtum, occaſionem potius captare, ve„cino„

„cinorum quietem turbandi, quam „pacta conventa reſpicere, quibus ſa- „cer, qui humanam ſocietatem ligat, „nodus aſſeritur. Quiscumque ergo „demum ſit rerum ſeu in Europa ſeu „alibi ſtatus, æqua ſemper nos cura „tangit, humani ſanguinis effuſionem, „regionum ac populorum ſtragem, in- „numeraque alia mala, ex bello pro- „manantia præcavendi.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Neque vero in iis, quæ utrumque „Imperium immediate concernunt, „ſubſtitit provida hæc Auguſtiſſimi Ro- „manorum Imperatoris cura. Pari „bona fide tam quæ conſtantis fœde- „rati munia quam quæ amicitiæ bonæ- „que vicinitatis ratio expoſcebat, ad- „implere ſatagens, nihil unquam prius, „nihil antiquius habuit, quam ut di- „verſa hæc ligamina ita inter ſe con- „ciliarentur, ne unum alteri obſtaculo „eſſet. Ictum 1726. cum Sereniſſima „& Potentiſſima Ruſſorum Autocratri- „ce feliciter tunc regnante perenne fœ- „dus non in ullius præjudicium, ſed „mutuæ contrahentium ſecuritatis fir- „mius tutamen unice tendebat, & „etiamnum tendit. Exin tam ante „enatos in Chriſtiano Orbe ultimos „motus, quam poſt eosdem divina fa- „vente clementia jamjam ſopitos pro

Sæc. XVIII. A. C. 1737

„conſervanda inter Principes Auguſtiſ-
„ſimo Romanorum Imperatori partim
„fœderis, partim amicitiæ vinculo jun-
„ctos alma pace, ſua ex parte nihil non
„actum eſt; ſtudio, affectuque ad-
„enixo & ſincero, ut impenſæ ſalutari
„huic ſcopo indefeſſæ operæ non aliam
„quam Præfulgidam Portam teſtem
„velimus. Cæſareus, qui Conſtanti-
„nopoli eſt, Miniſter longe fuit in re-
„bus iſtis curandis, quam in propriis
„Aulæ ſuæ commodis promovendis oc-
„cupatior. Quo poſſet conciliatoris vi-
„ces rite obire, bis eidem Plenipoten-
„tiarum Tabulæ transmiſſæ. Cumque
„hoſtiles incurſiones innocentium cæ-
„des, vicinarum ditionum devaſtatio-
„nes, incendia, ruinæ, abducta inde
„multa captivorum millia, & quæ aliæ
„ſolent eſſe luctuoſiſſimi belli diræ lę-
„quelæ, neque illæſa pace locum habe-
„re queant, neque poſt concluſam etiam
„cum Ruſſis æternam pacem crebro
„contra ſubditas iisdem provincias per-
„petrata fuiſſe diffiteri potuerit Præful-
„gida Porta: per complurium annorum
„decurſum ſubinde, & quo fieri poterit
„efficaciore modo inſtitimus, ut tanto
„malo, nihil fauſti præſagienti, ſuffi-
„ciens adhiberetur medela. Sed tam
„juſta ſuadentibus non, uti ſperaba-
„mus, propitiæ præbitæ fuerunt aures,
„vel

„vel saltem votis eventus nequaquam „respondit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Recte utique monet Excellentia „Vestra, non ob quasvis injurias abs„que publico præscitu, & auctoritate „privatis in confiniis illatas, ad arma „statim recurrendum, sed sopiendis „querelis desuper exortis tentanda prius „amica media esse. Initam hanc viam „fuisse constans Russorum per tot annos „patientia testatur. Sed unicuique rei „suus debet esse finis. Quo immanio„res erant illatæ ditionibus ipsorum „strages, quo diuturnior eorundem „patientia, & quo frequentiores delatæ „desuper ad Præfulgidam Portam que„rimoniæ, eo magis par erat, ut con„corde cum iis, qui non nisi stabilem „quietem anhelabant, opera eo allabo„raretur, quo & de perpessis damnis „iis fieret satis, & de avertendis, & „præcavendis in futurum prospiceretur. „Huc Augustissimi Romanorum Impe„ratoris desideria, suasus, hortatus, „ac toties impensa enixissimo studio, „parique candore officia unice collima„bant. Anne vero Excellentiæ Vestræ „judicio eosdem Præfulgidæ Portæ „sensus esse credi poterat, cum in lo„cis, quæ Imperio ejus subsunt, fru„stra reclamantibus Russis spolia & „captivi palam venundarentur, & tam

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„effrenis licentiæ authores præmia me-
„nerent, non quas merebantur pœnas
„Indomitam esse, asserit in binis liter
„suis Tartarorum, Cosaccorum, & Leg
„kyorum gentem, atque hac maxim
„ratione expungere annititur quam plu
„rima pacifraga facta, quibus belli ne-
„cessitatem, ac proinde justitiam Rus
„superstruunt. Ast non ignorat Excel
„lentia Vestra, sæpissime eosdem con-
„questos, immixtos isti hominum collu-
„viei, cum in ditiones suas irrumperet,
„Turcas fuisse, sub vexillis rite mili-
„tantes. Et si vel maxime assertum
„hocce, in dubium revocare velimus,
„qui poterat, stante, quod modo dic-
„tum est, supposito, a Præfulgida
„Porta prætendi, ut octoginta de in-
„domita hac gente millibus transitus
„per amicas vicinas ditiones pateret;
„qui poterat hic ipse transitus a gravis-
„simo earundem damno immunis esse?
„aut qui poterat denique sperari, aver-
„tendo, quod tam juste metuebatur
„damno suffectura nova mandata, cum
„eidem scopo assequendo tot annorum
„labor haud suffecerit, nec iis, quæ
„supra memoravimus, illicitis factis
„Excellentia Vestra aliud quicquam
„opponat, quam penes Præfulgidam
„Portam haud stetisse, ut proterva ge-
„tis Leges revereri nesciæ ferocia co-
„hibe

„hiberetur? Accedit ducum ita com- Sæc.XVIII.
„parati militis & executionem mandato- A. C. 1737.
„rum, quibus exacta militaris disципli-
„na injungebatur, ei ipsi demandatam
„fuisse, quem tot præcedentium ma-
„lorum antesignanum & authorem esse
„Præfulgidam Portam nequaquam la-
„tebat. Tempestive hæc monuimus, &
„cum facillimum adhuc esset, obviam
„ire calamitatibus, quæ expost obve-
„nerunt. Sed rejecta tunc fuerunt &
„nostra & aliorum amica monita, non
„ea sane ratione, quæ propenso, unde
„promanabat, Zelo responderet. Tran-
„situs, quem nil minus quam innoxium
„atque adeo gentium juri consonum,
„fore, facile prævidere erat, publica
„auctoritate atque aperta vi suffultus,
„non attenta solenni Russorum Auto-
„cratricis Declaratione, subsecutorum
„eventuum præsaga. Equidem fune-
„stum auctori suo fuit, quod Præfulgi-
„dæ Portæ suggessit consilium. Ast si-
„cuti is dignitate sua non nisi post im-
„prosperos rerum successus fuit exutus,
„cum id ipsum exequendi procliviora
„prius fuissent media, ita comproban-
„dis atrocibus injuriis, Augustissimi
„Romanorum Imperatoris Fœderatis
„ejus suasu & opera illatis, justissimum
„de eodem exauctorando decretum
„vix non sufficere videtur.

Neque

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Neque juſtis eorundem Fœderato-
„rum querelis obſtat, quæ porro a
„Excellentia veſtra colorando tam inſi-
„lito tranſitui, ſeu potius hoſtili irrup-
„tioni, obtenditur neceſſitas, quippe
„quæ non ejus eſſe ponderis poteſt, ut
„diræ adeo ſtrages, ac a Tartaris in-
„ferri ſolent, ab amicis vicinis perpe-
„tiendæ.

„Non poterat ſereniſſima & Poten-
„tiſſima Ruſſorum Autocratrix luculen-
„tius edere documentum flagrantis,
„quo tenebatur, perpetuandæ pacis de-
„ſiderii, quam quod tantopere paci,
„quæ cum Perſis tractabatur, includi
„cupiebat. Sed non æque ac illam
„Præfulgidam Portam ſenſiſſe, dubita-
„re haud ſinunt complura, eaque indu-
„bia argumenta, juſſu ejusdem nobis
„communicata. Non fuiſſet itaque
„prætenſæ huic neceſſitati locus, ſi
„communem ſtabilemque cum vicinis
„quietem afferere in animum induxi-
„ſet Præfulgida Porta, faciliore ratio-
„via res tota complanari potuiſſet. E-
„docta autem poſthac a Perſarum Mo-
„narcha Ruſſica Aula, non niſi ad
„quæri, ut tota Ottomannicæ poten-
„tiæ vis verti contra ipſam queat, du-
„ram ſibi Legem impoſitam eſſe duxi-
„propriæ ſalutis curam pacificis ſuaſi-
„bus noſtris anteponendi. Ut verum

„Er-

„Excellentiæ veſtræ fateamur, obſtu- Sæc. XVIII.
„puimus viſu eorum, quæ nobis de in- A. C. 1737.
„fenſis Præfulgidæ Portæ conſiliis &
„moliminibus fuerunt detecta. Cur
„tam conſtanter fuerit recuſatum, Ruſ-
„ſos ſub pace, quæ cum Perſis tracta-
„batur, comprehendere, ſatis mani-
„feſtum reddunt mandata, ſupremo
„Belliduci, ſub quibus Turcicæ iſtis in
„oris Copiæ militabant, deſuper trans-
„miſſa. Longiſſime tenor illorum di-
„ſcrepat a tenore litterarum, quas
„partim ad pie defunctum Prædeceſſo-
„rem Noſtrum, ſereniſſimum Eugenium
„Sabaudiæ Principem, partim ad nos
„Excellentia veſtra exaravit. Nihil il-
„læ amici cunctis, quot quot ſunt vici-
„nis Chriſtianis Principibus portendunt
„& diverſam plane ab ea, quam opta-
„bamus, conſervatæ tamdiu quietis cau-
„ſam ſiſtunt. Longe antequam juſſa
„hæc emanarent, reſtaurata jam erat
„in Chriſtiano Orbe pax, ut adeo non
„aliis color eluceſcenti inde odio præ-
„texi queat, quam qui cauſam omni-
„bus eandem fidem profitentibus com-
„munem reddit.

„Non fuimus tamen ideo abſterriti,
„quo minus poſt exortum jam bellum
„eidem quantocyus terminando con-
„ſentiente Sereniſſima & Potentiſſima
„Ruſ-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Ruſſorum Autocratice bona noſtra of-
„ficia pari candore & affectu impende-
„remus. Ea ſcilicet eſt fœderis quod
„non niſi ad mutuum tutamen tendit,
„natura, ut antequam laceſſito Fœde-
„rato ſuccurratur, amica prius de pro-
„curanda eidem æqua ſatisfactione ac
„conveniente ſecuritate media tenten-
„tur. Et detectis licet iis, quæ ſupra
„memoravimus, infenſis conſiliis præ-
„valuit tamen apud Auguſtiſſimum Ro-
„manorum Imperatorem cæteris omni-
„bus etiam evidentiſſimæ utilitatis con-
„ſiderationibus flagrans, quo nunquam
„non tenetur, pacis deſiderium: lucu-
„lentiſſimo documento, malle eundem
„propriæ quoque ſecuritatis cauſam
„difficiliorem reddere, quam alienæ
„inhiaſſe videri. Transmiſſæ proinde
„fuerunt Cæſareo, qui Conſtantinopoli
„eſt, reſidenti novæ eædemque tertiæ
„Plenipotentiarum Tabulæ, utque
„majus pondus impendendis ab ipſo
„tam ſalutari ſcopo officiis adderetur,
„Oratoris charactere fuit is condecora-
„tus; neque ignorat Excellentia veſtra,
„nihil hucusque, quo ad exoptatum,
„qui præ oculis erat, finem curæ ejus
„commiſſum opus quantocyus perduce-
„retur, intentatum relictum fuiſſe, ju-
„que eo fervore, qui Ruſſicæ Aulæ
„pene ſuſpectus videbatur. Unde ac-
„ſatis

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„ſam illa ſumpſit, tanto vehementius „inſtandi, ut fruſtra impenſis per tot „menſes reſtaurandæ publicæ tranquil- „litati bonis officiis periclitanti indies „magis magisque communi ſecuritati „tandem aliquando ab Auguſtiſſimo „Romanorum Imperatore, qua Ruſſiæ „Fœderato conſulatur. Haud latet „Præfulgidam Portam plus una vice „clare ac dilucide expoſitum eidem fuiſ- „ſe, non poſſe non altefatum Imper- „atorem, ubi incaſſum ceſſerint juſſu „ejus oblata utrique Belligerantium „bona officia, atque adeo ex aſſe adim- „pletis iis, quæ amicitiæ bonæque vi- „cinitatis ratio expoſcebat, pari de- „mum fide Fœderati quoque munia ex- „plere. Æque ſacrum eſt fœderis ac „amicitiæ, vinculum, & ſicuti prima „merito cura eo collimare debet, quo „utrique ſatis fiat, ita ſi conciliari in- „ter ſe nequeant, id unice reſpicien- „dum eſt, quod juris & æquitatis ra- „tio poſtulat.

„Atque hæc fuit, eſt, & porro „erit norma, ad quam conſilia & actio- „nes ſuas nunquam non dimetietur Au- „guſtiſſimus Romanorum Imperator Do- „minus noſter Clementiſſimus. Nun- „quam is primus ab amicitia cum Præ- „fulgida Porta recedet, ſed neque un-

„quam

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„quam a Sereniſſima & Potentiſſim
„Ruſſorum Autocratrice disjungi ſe po
„tietur. Non tendit ſeu in Præfulg
„dæ Portæ ſeu in ullius alterius ve
„minimum præjudicium arctiſſimum,
„quod ipſi cum eadem intercedit fœ
„dus. Aſt tendit in commune utrius
„que Contrahentium tutamen, ac per
„ſuaſiſſimam eſſe cupimus Excellen
„tiam veſtram, fruſtraneam omnino ef
„ſe ſpem de infringendo, tam *juſto &*
„ſalutari unionis vinculo forſan *concep*
„tam. Quo magis id intendi *in propa*
„tulo eſt, ut Ottomannici Imperii tota
„vis modo contra hunc, modo contra
„alium vicinorum Chriſtianorum Prin
„cipum verti queat, eo magis in com
„mune conſulere neceſſitas efflagitat.
„Nec vitio id a Præfulgida Porta verti
„poteſt cum non ut damnum aliis infe
„ratur, ſed ut a propriis Laribus pro
„pulſetur, hæc ipſa ſollicitudo ſpectet.

„Expoſuimus hucusque præſentem
„rerum ſtatum tanto diffuſius, quo plu
„ne cognita mali cauſa & origine eo fa
„cilius ſit, congruentem eidem adhi
„bere medelam. Adeſt jam tempus
„ſcopo tam deſiderabili, tamque ſalu
„tari apprime aptum, hyems nempe,
„ubi non armis, ſed pacis tantum fœ
„diis locus eſſe poteſt. Non eſt, ut
„certa

„certo ſcimus, ab ea quantocius re- Sæc.XVIII.
„ſtauranda Sereniſſima & Potentiſſima A.C. 1737.
„Ruſſorum Autocratrix aliena, dum-
„modo ei de illatis injuriis ſatisfiat, &
„contra easdem ſecura in poſterum
„reddatur. Iniquum hoc Præfulgidæ
„Portæ videri nequit, ſi perpendere
„paululum ſecum velit, quid ſit ipſa
„deſideratura, ſi in eo, in quo nunc
„Ruſſica Aula eſt, caſu eſſet.

„Supponamus enim tantiſper, per
„complures retro annos Ditiones, quæ
„Turcico Imperio indubie ſubſunt, a
„Coſaccis, Calmuccis, ac ſimili ho-
„minum colluvie ſæpiſſime invaſas, ab-
„ducta inde complura captivorum mil-
„lia, incenſos & direptos magno nume-
„ro pagos, urbesque, integras de-
„mum provincias ad excidium usque
„devaſtatas. Supponamus repetitas
„deſuper quotannis ex parte Turcarum
„querelas omni fructu caruiſſe & præ-
„miis non pœnis a Ruſſorum Autocra-
„trice affectos tot calamitatum autho-
„res. Supponamus porro ingentem in-
„domitæ ejusmodi gentis exercitum
„illo ipſo Duce, unde tot mala pro-
„manarunt, ſub ſolennibus Ruſſorum
„Autocratricis auſpiciis, fruſtra recla-
„mante Præfulgida Porta, vi in hujus
„Ditiones non absque maximo earum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„damno penetrasse. Et supponamus „denique non saltem constanter recusa„ta firmandæ pacis, sub qua Turcæ „comprehensi forent, media, sed & „manifestissima edita a Russis indicia „fuisse alienæ prorsus a conservanda „cum vicinis quiete mentis. Num si „res inverso ordine ita sese haberent, „æquum justumque haud censeret Ex„cellentia vestra, tum ut Præfulgidæ „Portæ de illatis damnis satisfiat, tum „ut contra futura infensa molimina se„cura reddatur. Ast quod quis sibi „vult fieri, aliis denegare nequit, & „non nisi æqua lance cuncta ponderare „assuetus Augustissimus Romanorum „Imperator ipsemet ita comparata Præ„fulgidæ Portæ desideria calculo suo „corroborare nequaquam recusaret; „unde colligere in proclivi est, num „ipsi qua Russiæ Fœderato integrum „demum futurum sit, eadem totis vi„ribus haud suffulcire?

„Penes Præfulgidam Portam unice „stat, ne eo devenire necessum sit. „Summis & sinceris votis id exopta„mus, non alia de causa, quam ut „citior sit malorum, quæ bellum comi„tari solent, finis. Quo ergo frustra „hucusque restaurandæ publicæ quieti „impensis amicis officiis non minus „quæ

„quæ fidum Fœderatum, quam quæ Sæc. XVIII.
„amicum bonumque vicinum decent, A. C. 1737.
„ex asse impleat Augustissimus Roma-
„norum Imperator, non jam amplius
„ut Conciliatorem, sed qua Russiæ Fœ-
„deratum & compacisentem conclu-
„dendi hac hyeme, uti speratur, Pa-
„cis Tractatus, Præfulgidæ Portæ se
„se sistit, ea disertim adjecta declara-
„tione, nullam hactenus sua ex parte
„finium propagationem, sed non nisi
„prorogationem Pactorum Conventó-
„rum, & quæ alias firmandæ mutuæ
„inter utrumque Imperium amicitiæ in-
„servire poterunt, expeti. Quod ip-
„sum Præfulgidæ quoque Portæ gra-
„tum fore eo magis confidimus, quod
„in Literis ad Prædecessorem Nostrum
„exaratis sapienter more suo moneat
„Excellentia Vestra, veræ amicitiæ
„convenire, ut antequam ad finem
„vergat præfixum pacis tempus, de
„ejusdem prorogatione cogitetur. Fa-
„cillimum ita erit ulteriora & diriora
„belli mala præcavere, & exoptatissi-
„mi fructus, quos ex restaurata pace
„firmataque omni ex parte publica
„quiete tot populi sentient, in peren-
„nem una Excellentiæ Vestræ nominis
„famam gloriamque redundabunt. Et
„quod superest &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Attamen in his Præsidis Cæsarei li teris Vezirius cavillabatur, illas in tres articulos, & quidem, 1. Rufforum querelas, 2. Cæsaris postulata 3. pacis Cæsarem inter & Sultanum hac adhuc hyeme innovandæ studium, esse partas, cum tamen postremus inter primos fuisset reponendus: Hinc Vezirius primo ad ultimum hunc articulum respondens declarabat, Sultanum haud segnius desiderare, pristinam cum Cæsare concordiam propagari, ad secundum, Russos inopina vi Ottomanicas ditiones invasisse, proin eos fœderis pacta prius violasse, denique ad tertium, se Præsidis sensa sententiam & consilium de præstanda satisfactione & reddenda amicitia expetere.

§. III.

Cæsarei Præsidis responsum ad Vezirii cavillationes.

Accepto hoc Vezirii responso Königseckius Præses probe prospexerat vix non omnem firmæ pacis spem regis amplisque ejusmodi verbis eludi nihilominus ne Cæsar concordiæ obstitisse argueretur, hæc Vezirio die vigesima octava Februarii hoc anno Viennæ rescripsit.

„Re-

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

„Redditæ nobis haud ita pridem „fuerunt Excellentiæ veſtræ Litteræ „comptiſſimis verbis refertæ & reſpon„ſoriæ ad eas, quas quinta Decembris „elapſi anni ad eandem exaravimus. „Gravius negotii ſummumque quod in „temporis anguſtia conſiſtit, momen„tum ejus apud nos ponderis fuerunt, „ut tanto luculentius comprobando eni„xo, quo porro tenemur, Pacis tum „reſtaurandæ, tum conſervandæ deſi„derio, quam minimum fieri poterat, „differendum cenſuerimus, animi no„ſtri ſenſus clare & candide Excellen„tiæ veſtræ deſuper expromere.

„Quæ de pacifica Præfulgidæ Por„tæ mente tam operoſe eadem teſta„tur, non poterant non nobis pergra„ta eſſe. Neque minus perſtat in ea, „quam nuper perſcripſimus, ſententia „Auguſtiſſimus Romanorum Imperator „Dominus Noſter Clementiſſimus, in„dubio argumento, penes Præfulgi„dam Portam unice adhucdum ſtare, „ulteriora ac diriora Belli mala, prou„ti id ſinceris votis exoptamus, præ„cavere. Nec eſt, cur ſit eadem de „honore & dignitate ſua ſollicita, cum „ab æquis rerum Cenſoribus nunquam „inglorium habitum fuerit, incertis Bel„lorum eventibus tot populorum, qui

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „non nisi quietem anhelant, prospe-
„tatem anteponere, nec honori hui-
„& dignitati quidquam ulla in re de-
„tractum velimus. De mediis ergo
„unice disquirendum est, qua brevior
„via attingi queat desideratissimus sco-
„pus, firmandæ omni ex parte tran-
„quillitatis, haud facile imposterum
„labefactandæ. Longe procliviora ea-
„dem forent, si citius Augustissimi Ro-
„manorum Imperatoris pro restauranda
„cum Russis Pace, suasibus & *hortati-*
„bus toties sincero affectu repetitis,
„propensæ præbitæ fuissent aures. Sed
„non uti jam erga nos, ita & olim tum
„Excellentia vestra tum cæteri Præsul-
„gidæ Portæ Ministri erga Cæsareum
„Oratorem mentem suam desuper
„explicuerunt.

„Equidem præteritæ res nec revocari,
„nec immutari queunt, nec ideo eas
„commemoramus, ut difficilior reddá-
„tur cura de futuris. Meminisse tra-
„men earundem vel ideo par est, ne
„ad eosdem scopulos rursus impinge-
„tur. Unde sponte sua fluit, in tanto
„majori pretio habendum esse exiguum
„quod supereſt, temporis spatium.
„Quod ut rite & utiliter fiat, e re erit,
„Ministros ad tractandum, & perficien-
„dum salutare Pacis opus, plena, ut
„decet, facultate munitos ad limites

„qui

„qui Ditiones Partium Bello jam im- Sæc. XVIII.
„plicitarum ſeparant, nulla mora inter- A. C. 1737.
„poſita mittere. Neque enim, quæ
„prorogationem pactorum conventorum
„concernunt, aut alias non niſi eo ten-
„dunt, quo amicitia, bonaque vici-
„nitas inter utrumque Imperium indies
„magis magisque firmetur, a reſtau-
„randa cum Ruſſis pace disjungi ulla-
„tenus poſſunt. Indiſſolubili Fœdera-
„tis ſuis vinculo junctus eſt Auguſtiſ-
„ſimus Romanorum Imperator non mi-
„nus in iis, quæ Pacem, quam quæ
„Bellum reſpiciunt, ac diſertim nuper
„Excellentiæ veſtræ expoſuimus, eun-
„dem non jam amplius ut Conciliato-
„rem, ſed qua Ruſſiæ Fœderatum, ut
„compaciſcentem concludendi hac hye-
„me, ut ſperatur, Pacis tractatus,
„Præfulgidæ Portæ ſeſe ſiſtere. Non
„tamen ideo afferendæ quantocius pub-
„licæ quieti vel minima ſua ex parte
„iniicietur mora. Denominati jam
„ſunt, & non modo plena facultate
„muniti, ſed & convenientibus man-
„datis inſtructi Miniſtri, quibus is tan-
„ti momenti ſpartam concedere digna-
„tus eſt. Et de propenſiſſimo Ruſſo-
„rum Autocratricis in pacem ſtudio,
„dummodo ea, quam innuimus, via ſine
„mora ineatur, tam exquiſitis verbis
„denuo redditi fuimus certiores, ut

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„hoc unum conceptæ de complemento „ſaluberrimi operis ſpei, votisque no„ſtris deeſſe videatur, convenire quam „celerrime poſſe Miniſtros, eidem per„tractando, perficiendoque deſtinatos. „Augebit hac maxime ratione merita, „quibus jam multis magnisque apud „Ottomanum Imperium Excellentia „veſtra valet. Et quod ſupereſt &c.

§. IV.

Altera Vezirii epiſtola ad eundem Præſidem.

Priusquam Vezirius Cæſarei Præſidis literas perlegerat, cum Barone de Dahlmann Oratore Babadugienſibus in caſtris de præcipuo pacis fundamento egit, propoſuitque, Ottomanicæ Portæ honori aliqua ſaltem ex parte ſatisfaciendum eſſe, Ruſſici autem Imperii exiſtimationi ac decori ſat conſultum fore, ſi Sultanus damna a Ruſſis tam in Crimea, quam in Præcopienſi & Kilburunenſi propugnaculis illata reperari haud urgeret, locum vero congreſſus fore Sorocam urbem: præterea vero Tanaidem eſſe reſtituendam, ſic & non aliter pacem eſſe ſperandam &c. Hæc ita cum Oratore agitata reſcripſit Vezirius ad Præſidem, qui tamen

men eidem die vigesima Martij hæc in responsis dedit. „Non sine magno ani- „mi mœrore tum ex ultimis Excellen- „tiæ vestræ literis, tum ex subsequen- „tibus Cæsarei Oratoris, qui apud Præ- „fulgidam Portam residet, relationibus „intelleximus, persistere eandem in „proposito, Ministros ad tractandum „& perficiendum salutare pacis opus, „plena uti decet facultate instructos, „ad limites, qui ditiones partium bello „jam implicitarum separant, haud „prius mittendi, quam fuerit de Asso- „viæ restitutione secura. Sæc. XVIII. A.C. 1737.

„Equidem pro innata prudentia sua „facile dijudicabit Excellentia vestra, „sperari haud posse, Serenissimam & Po- „tentissimam Russorum Autocratricem „in tam inusitatam præviam pacis le- „gem consensuram, nec integrum proinde „Augustissimo Romanorum Imperatori „esse, sua ex parte eidem præbere ma- „nus. Per complura lustra in Russo- „rum manibus erat Assovia, absque „eo, quod Ottomanni Imperii securi- „tati, quieti, dignitati, aut splendo- „ri quidquam inde decesserit. Vicis- „sim quæ patente Præfulgida Porta in „ditiones Augustissimi Romanorum Im- „peratoris fœderati subditas, nimium „crebro factæ sunt hostiles irruptiones,

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „cum tanta harum ditionum ſtrage „incolarumque immani cæde vel dum „captivitate conjunctæ, ab Aſſovien „præſidio partim promotæ, partim ſub „fultæ fuerunt. Unde ſponte ſua fluit „non ſubſiſtere, quam præfatæ reſtitu „tioni ab Excellentia veſtra obtenu „vult, cauſam. Interea fruſtra labe „tur tempus, ubi non armis, ſed pacis „tantum ſtudiis, locus eſſe poteſt, non „noſtra ſane culpa, quippe qui nihil „quidquam, quod in viribus noſtris „erat, intentatum reliquimus, quo „enixis & ſinceris votis noſtris fautior „rerum eventus reſponderet. Ac faci „le prævidere eſt, difficilior em longe „poſt hæc evaſuram eſſe curam, redu „cendæ publicæ quieti impendendam. „Quidquid a bono vicino pacisque ſtu „dioſiſſimo amico deſiderari ullatenus „poterat, id ab Auguſtiſſimo Romano „rum Imperatore pari candore & affe „ctu expletum hactenus fuit.

„Nunquam non is ad juris & juſti „tiæ normam conſilia & actiones ſuas „unice dimetietur. Recederet autem „ab hac, quam modo innuimus, nor „ma, niſi eadem intemerata fide & con „ſtantia Fœderati quoque munia ex affi „adimpleret.

„Qua

„Qua via, quibusve mediis attingi „adhuc queat desideratissimus scopus, „ne eo devenire necessum sit, ante ali- „quot septimanas Excellentiæ vestræ „tam genuine exposuimus, ut nil aliud „jam nobis supersit, quam denuo ean- „dem certiorem reddere, Augustissimo „Romanorum Imperatori acceptissimum „fore nuncium, quo quantocius edo- „cebitur, quod pacifici sui suasus & „hortatus apud Præfulgidam Portam „locum penitus invenerint. Quem „proinde pro nostro in publicam tran- „quilitatem sincero studio impatientes „præstolamur".

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. V.

Controversia de pacis conditionibus.

In eo tum statu erat hæc pacis negotiatio, cum Orator nomine Cæsaris Vezirio fidem faceret, in proximo Conventu nil in præjudicium, aut contra honorem & famam Ottomanicæ Portæ decretum iri; facta hac pollicitatione Vezirius Königseckio Comiti significavit, se suis Ministris plena agendi facultate instructis præcepisse, ut unacum Dahlmanno Oratore Sorocam media Aprillis contenderent; Interim Babadugæ præfatus Orator cum Vezirio præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. prævie de hoc negotio egit, propoſuit-que, præprimis armorum inducias eſſ utrinque ſanciendas, nec Babadug nec Sorocæ, utpote locis peſtifero ae expoſitis, & admodum incommod congreſſum eſſe celebrandum, Tana dem Ruſſis eſſe cedendam, eisque beram in Ponto Euxino negotiation permittendam, ac denique belli expe ſas, & damna per Tartaros illata pr primis reſarcienda eſſe. Attamen Ve zirius æquiſſimas has conditiones ac ceptare reſpuit, declarans, de indu ciis nullum ſibi mandatum a Sultano datum, ab eodem Babadugam utpot Turcico Imperio ſubjectam in locum congreſſus fuiſſe denominatam, Tana ridem Turcis omnino reddendam, eq que reddita, belli expenſas Ruſſis eſſe reſundendas, quamvis Ruſſis damna illata abunde per factam in Tartaria præ dam fuiſſent reparata, aliudque pro pugnaculum eis cedendum, liberam quoque certis tamen conditionibus re ſtrictam, navigationem eſſe indulgen dam, captos tamen utrinque libere d ſe dimittendos. Nil amplius hac in re a Turcis impetrari poterat; niſi ut con greſſum primo Kudachi, & demum Nimrowiæ haberi conſentirent. E hac ipſa autem eorum pertinacia fat lo culenter patuit, omnem conciliand pacis

pacis ſpem evanuiſſe, bellumque, inſtigantibus Bonnevalio & Ibrahimo perfidis fidei Chriſtianæ deſertoribus, contra Cæſarem & Ruſſiæ Imperatricem ab Ottomanno belli Senatu jamjam fuiſſe concluſum: Quapropter Carolus Cæſar haud ultra cunctandum ratus, per Königseckium Vezirio palam declarabat, ſe ex fœderis lege obſtrictum, ut auxiliatrices copias Ruſſis ſubmitteret: Has igitur literas Königseckius Cæſaris juſſu ad Vezirium dedit. Sæc XVIII. A. C. 1737.

„Quanto in pacem tum conſervan„dam, tum reſtaurandam ſtudio fera„tur Auguſtiſſimus Romanorum Impe„rator, Trinis ad Excellentiam ve„ſtram exaratis literis plus quam ab„unde comprobavimus, penes Præ„fulgidam Portam unice ſtetit, quo hoc „ipſum pacis ſtudium exoptato fructu „haud careret. Per complures, qui „bellum præceſſerunt, annos eidem „præcavendo nihil non hac ex parte ac„tum eſt, pari fide, candore, & affe„ctu. Non minor exin opera ſopiendis „turbis impenſa, nec excogitari facile „poteſt medium conciliandis partium „belligerantium animis aptum, quo „non omni poſſibili contentione uſi fue„rimus, nihil quidquam pro attingen„do tam ſalutari ſcopo tum apud Sere-

„niſſimam

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„nissimam & Potentissimam Russorum
„Autocraticem, tum apud Præfulgi-
„dam Portam, tum apud alios quo-
„que publicæ quietis studiosos Princi-
„pes intentatum relinquentes. Pleri-
„que Cæsarei in exteris aulis Ministri
„longe fuerunt in re ista, quam in pro-
„priis Augustissimi Domini sui commo-
„dis curandis occupatiores, & pacis-
„corum suasuum Nostrorum, horta-
„tuum ac consiliorum ipsammet Præ-
„fulgidam Portam testem citare nulli
„dubitamus.

„Quemadmodum vero una ex parte
„optima fide explevimus, quæ a bono
„vicino pacisque studiosissimo Principe
„desiderari quocumque demum modo
„poterant; ita non minus fuimus de
„explendis fidi Fœderati muniis solli-
„citi. Antequam tam in iis, quæ bel-
„lum, quam quæ pacem concernunt,
„Præfulgidæ Portæ, qua Russiæ So-
„cium se se sisteret Augustissimus Ro-
„manorum Imperator, consentiente
„Sereniissima & Potentissima Russorum
„Autocratrice bona sua officia termi-
„nandis belli malis per complures men-
„ses impendit. Sed non ea, quæ par
„erat, a Præfulgida Porta habita fuit
„officiorum horum ratio, spretis cunc-
„tis quotquot tum proponebantur, re-
„ducendæ pacis mediis. Perquam id
„nobis

„nobis fuit moleſtum, non tamen ideo „ſpem fauſtioris ſucceſſus depoſuimus. „Quo majus adderetur amicis officiis „noſtris pondus ad arma nos accinxi- „mus, pro ſolito candore noſtro, qua „mente id fieret, Excellentiam veſtram „haud celantes. Jam tunc repeti jure „a Præfulgida Porta potuiſſent ſump- „tus, ipſius culpa bellicis apparatibus „a nobis impendendi. Sæc.XVIII. A. C. 1737.

„Sed prævaluerunt apud Auguſtiſ- „ſimum Romanorum Imperatorem mag- „nanimi, quibus imbutus eſt, ſenſus, „enixumque accelerandæ publicæ tran- „quillitatis deſiderium. Primis ergo ad „Excellentiam veſtram exaratis literis „juſſu ejusdem declaravimus, *nullam hactenus a ſe finium propagationem, ſed non niſi prorogationem pactorum conventorum & quæ alias firmandæ mutuæ inter utrumque Imperium amicitiæ inſervire potuerunt, expeti.*

„Sicuti vero unicuique rei certi con- „ſtituti debent eſſe fines, & termini, „meritoque una providendum erat, ne „tam magnanimi ſenſus, ad maturan- „dum pacis opus unice tendentes, in „ejusdem remoram vergerent; ita diſ- „ſertim iisdem literis noſtris modo me- „morata declaratio elapſa jam dudum „hyeme fuit circumſcripta, ac plus

„una

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„una vice teſtatus eſt Cæſareus apud
„Præfulgidam Portam Orator, diſſi-
„ciliorem longe evaſuram publicæ tran-
„quillitatis curam, ſi quid ſub elap-
„menſis Maij initium ejus complemen-
„to adhuc deſit. Parum tamen moti-
„tis hisce noſtris profecimus, moras
„nectente Præfulgida Porta, atque ea
„potius allaborante, ut fidos Fœdera-
„tos ſparſis ſuſpicionum ſeminibus inter
„ſe disjungeret. Super loco Congreſ-
„ſus mora fuit inſolita, atque ideo in-
„expectata difficultas, & quo ad limi-
„tes, qui ditiones partium bello jam
„implicitarum ſeparant, Miniſtros ple-
„na facultate inſtructos ablegaret præ-
„fulgida Porta, complurium menſium
„labor erat impendendus. Injecta dein
„fuit de prævia pacis conditione men-
„tio, tam inuſitata, tamque iniqua,
„ut non luculentius dari potuiſſet alie-
„næ a pace mentis documentum: ſi-
„cuti præcedentibus literis noſtris ſatis
„ſuperque demonſtravimus. Equidem
„dum in iſtis difficultatibus ſuperandis
„diu fruſtra deſudabatur, multo ve-
„borum apparatu pronum in quietem
„animum nunquam non teſtata eſt
„Excellentia veſtra. Sed verbis ſatis
„haud reſpondebant. Et ſicuti a tenore
„re literarum, quas ad nos ſubinde
„exaravit, multum diſcrepabant ejus
„ſtolæ

„ſtolæ, eodem fere tempore a Molda- Sæc. XVIII.
„viæ Principe ad Ruſſum Miniſtrum A.C. 1737.
„ſcriptæ; ita quam ſit Præfulgida
„Porta a maturanda ſincera pace alie-
„na, ſatis ſuperque porro prodit re-
„ſponſum ab Excellentia veſtra ad ter-
„tias literas noſtras datum, utpote li-
„terarum harum tenori nequaquam
„congruum. Quo minus itaque nos
„latebat, quid occultis iſtis artibus
„quæreretur, tanto immaniores ſump-
„tus bellicis apparatibus porro erant
„impendendi, & tanto vehementius
„poſthæc inſtitit Sereniſſima ac Poten-
„tiſſima Ruſſorum Autocratrix, ut du-
„dum elapſa hyeme fruſtra haud elabi
„ſinamus tempus afferendæ promoven-
„dæque armis ſtabili undequaque paci
„aptum. Non ergo integrum amplius
„eſt Auguſtiſſimo Romanorum Impera-
„tori differre diutius auxilia, a con-
„ſtante Fœderato tam impenſe efflagi-
„tata. Præfulgidæ Portæ culpa in
„belli partem venire habet neceſſe. Aſt
„ſicuti invitus arma arripit, ita non
„ideo pacis ſtudium curamque deponit.
„Inter media arma de eadem requie
„conditionibus quantocius reducenda,
„ac ſecurius in poſterum firmanda ipſe
„æque ac ſereniſſima & potentiſſima
„Ruſſorum Autocratrix tractare parati
„ſunt. Sicuti proinde facillimum ante

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„hac fuisset Præfulgidæ Portæ præc
„vere, ne dilataretur belli flamm
„cui extinguendæ tam assiduus enixu
„que ultra annum insumtus fuit labo
„ita penes eandem etiamnum stat, u
„brevi finis ponatur calamitatibus, qua
„nunquam non cum subditorum popu
„lorum ac ditionum damno bellum pos
„se trahere solet. De quibus omnibu
„Excellentiam vestram certiorem red
„dere officii nostri duximus.

§. VI.

Caussæ hujus Belli a Cæsare in Comitiis expositæ.

Facta hac declaratione Carolus VI. Imperator die vigesima sexta Juli per Principalem suum commissarium Josephum Principem Fürstenbergium Ratisbonæ in comitiis hujus belli contra Turcas movendi caussas exposuit, scilicet Russiam esse partem læsam crebrisque Turcarum eruptionibus gravissime lacessitam: omnem Cæsaris conatum animos conciliandi fuisse hucusque frustraneum, Turcam nec de præteritis damnis satisfactionem, nec de futuris securitatem voluisse præstare, sed jam ab aliquot annis in id unum incubuisse, ut fœdus Cæsarem inter &

Rus-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Ruſſiam anno hujus ſæculi vigeſimo ſexto percuſſum, malis artibus diſſolveret: ſique unitæ hæ vires, bellumque Perſicum non inhibuiſſent, Sultanus jam anno milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo quarto Paſſaravicenſem pacem publicis hoſtilitatibus violaſſet. Turcarum Miniſtros pacis deſiderium verbis oſtentaſſe, factis tamen & expreſſo eorum mandato Tartaros in Ruſſiæ Regiones irrupiſſe, pacis conſilia a Cæſareo Oratore propoſita arroganter fuiſſe rejecta: Niemerovenſem congreſſum inſolentius petita Tanaidis reſtitutione, aliisque conditionibus nimium duris a Vezirio propoſitis, eſſe fruſtratum: Imperatricem ergo Ruſſorum fœderis fidem exigere, auxilia autem Cæſarea, cum non poſſint in Ruſſiam transportari, alibi ergo ad divertendum potentiſſimum Chriſtiani nominis hoſtem, ne totum belli pondus Moſcovitis fœderatis incumberet, arma eſſe convertenda: Cum igitur contra juratum hunc hoſtem Regiones & præſertim Hungaria, quæ pro muro ſunt Romano Imperio, eſſent defendendæ, confidere Cæſarem, Imperii Ordinis pro ſuo Divini honoris Zelo, & amore Chriſtianitatis ad hoc bellum proſpero Marte gerendum liberali manu eſſe concurſuros.

Sæc. XVIII. A.C. 1737. Diu in comitiis de ſuppetiis … hoc bellum erogandis deliberatum … tandem vero ſub finem hujus an… quinquaginta Menſes Romani fue… promiſſi, diu tamen reluctantib… Proteſtantibus, eoquod hi reſponſu… ſibi nuper a Cæſare in cauſſa clauſu… Ryſvicenſis datum ægro adhuc anim… recoquerent.

Re ad hanc deciſionem perducta, Carolus Imperator octoginta millium exercitum in Hungariam conduxit, atque in omnibus hæreditariis ſuis Provinciis recentem militem conſcripſit; cumque nuperi belli Turcici experientia didiciſſet, navium ſubſidio ingentia Turcis damna fuiſſe illata, eapropter præter triremes, & minora navigia inſuper Albæ Græcæ plures majoris molis naves conſtrui, indeque Orſoviam abduci juſſit, quatuor vero alia navigia Viennæ conſtructa, ibidem Sigismundus Comes de Kollonits Cardinalis & Archiepiſcopus Viennenſis ſolemni ritu ſacravit: Poſtea Imperator exercitum ſuum in Hungaria in quatuor partiebatur agmina, quorum primo Zemlini Fridericus Henricus Comes de Seckendorff Religione Lutheranus, alteri, quod Vipalanckæ caſtra metabatur, præfuit Baro de Schmet-

Schmettau, tertium vero in Transylvania Franciscus Comes de Wallis duxit, & quartum denique Gratiskæ ad omnes belli casus reservatum erat. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. VII.

Clementis Pontificis literæ hortatoriæ ad omnes Principes Catholicos.

Cum autem Imperator ferendis pene immensis belli sumptibus solus impar esset, summo Pontifici supplicabat, ut a ditionis suæ Clero decimas exigere posset: Tam æquæ petitioni Clemens Papa lubentissime annuit, & non modo indulsit, ut Imperator in suis hæreditariis Provinciis ab universo Clero pro reparandis Hungariæ propugnaculis ad quinquennium quotannis decies centena florenorum millia exigere valeret, sed etiam durante bello decimas colligi concessit. Insuper ipsemet Electores Colonienſem, Trevirenſem, Moguntinum, Palatinum & Bavarum, necnon Kollonitsium, Sinzendorffium, Schrattenbachium, & Schönbornium Cardinales, & Pragenſem, Brixienſem, Eystattenſem, Tridentinum, Passavienſem, Neostadienſem, & Augustanum Archiepiscopos atque Episcopos præter Abbates Fuldenſem & Cam-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

pidonenſem ad eroganda ſubſidia hortabatur ſecunda Septembris die datis ad eos hiſce literis.

„Etſi periculoſiſſimum bellum adverſus infenſiſſimum Chriſtiani Nominis hoſtem felicibus auſpiciis ſecundisque per immenſam divinæ Bonitatis Clementiam prœliis a Chariſſimo in Chriſto Filio Noſtro Carolo Hiſpaniarum Catholico, necnon Hungariæ in Romanorum Imperatorem electo initum eſſe cumulatiſſime gratulantes fore confidimus, ut majoribus incrementis, continuisque Victoriis, ac Triumphis, Deo duce & auſpice, absolvatur; ſcientes tamen, quod incerti ſint armorum exitus, poſtquam privatis publicisque indictis precibus Dominum Exercituum, qui bella conterit, pro fauſto proſperoque eventu ſupplices exoravimus, præcipuas Apoſtolici muneris noſtri partes eſſe ducimus, nihil intentatum relinquere, quod ad tantum bellum cum Cæſareæ Potentiæ felicitate conficiendum conducere poſſit. Enim vero quæ Catholicæ Religioni, Chriſti fidelibus partæque per invictam Germanorum virtutem tranquillitati, ac gloriæ ſiquid (quod omne procul Deus avertere dignetur, ſed quæ accidere rum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„runt, & accidere poſſunt?) fortaſſe haud „fauſtum eveniret, diſcrimina impen- „derent, non eſt quod pluribus expli- „cemus Fraternitati tuæ, cui æque ac „nobis certe manifeſtioria apparent. Ita- „que Fraternitatem tuam, ut quibus „potes (potes autem hanc in rem ma- „ximis viribus) Cæſareæ Majeſtati „opem, auxilium ſubſidiumque conſer- „re, aliosque Germaniæ Antiſtites & „Principes pro tua auctoritate verbis „excitare, exemplo præire ſatagas, ve- „hementer hortamur & poſcimus. Ve- „rum hæc Apoſtolicæ Cohortationis „officia, quæ ad fraternitatem tuam „libenter deferimus, non eo tendunt, „ut tibi ad dignum pietate, Zeloque „tuo, ac debitum orthodoxæ Religio- „nis opus alacri, pomptoque animo „aggrediendum propenſo, geſtientique „ſtimulos admoveamus, ſed ut & nos „injuncto nobis Miniſterio ſatisfacia- „mus, & Fraternitas tua Pontificis „Votis noſtris obſecundans, facilesque „Apoſtolicis vocibus aures præbens, „majorem ſibi apud Paſtorum Princi- „pem meritorum cumulum comparet, „noſtram voluntatem, atque hujus „ſanctæ ſedis Benevolentiam magis „magisque obſtringat, & in Victoriæ „quam a Miſericordiarum Patre nobis

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„pollicemur, laudisque partem advoca„tur".

„Interea ad voti ſucceſſus auſpicium „Fraternitati tuæ Apoſtolicam Bene„dictionem peramanter impertimur".

§. VIII.

Summi Pontificis ſollicitudo in procurandis belli ſuppetiis.

Ceterum hoc bellum contra Turcas conſilio, ſi tamen res ex eventu ſit metienda, non optimo geſtum eſt, imo neque neceſſarium, nec ſat opportune ſuſceptum fuiſſe, videbatur non paucis; (*) quocirca præter Cæſarem nullus alius eſt inventus, qui ſeſe huic expeditioni immiſcere vellet. Equidem Carolus Imperator, qui ſibi magnum in Clemente Papa præſidium ponebat, eumque ad ferendas ſuppetias adeo pronum experiebatur, denuo eum-

dem

(*) Goebelius Helmſtadienſis Ictus juſtitiam hujus belli propugnabat edito hoc libello: *Juſtitia Cæſareorum armorum contra Turcarum Sultanum a malevolorum criminationibus vindicata.* Hunc in finem alius etiam prodiit libellus ſub titulo: *Recherche des cauſes de la preſente guerre &c.*

dem impenſe rogabat, ut ſacrum fœ- Sæc.XVIII.
dus ſeu, ut vocant, *ſacram Ligam* cun- A.C. 1737.
ctis Catholicis Principibus indiceret, ad eum ferme modum, quo olim auctoritate Innocentii XI. anno Chriſti ſupra milleſimum ſexcenteſimo octogeſimo ſecundo, cum Turcæ atrociſſimo bello Cæſarem premerent, Imperator Leopoldus cum Poloniæ Rege & Venetorum Republica juramento ſe obſtrinxere, ſibi invicem auxilium ferendi, quibus maximis poſſent viribus, quotiescunque quis eorum ab Infidelibus impeteretur: Verum Pontifex, cum intelligeret Cæſarem ad arma a Turcis non fuiſſe provocatum, ſed ſponte bellum in Moſcorum favorem ſuſcepiſſe, Carolo Imperatori reſcripſit, vehementer ſe dolere, quod in hac rerum viciſſitudine ejus poſtulato morem gerere haud poſſet, de cetero autem pro ſuo ſingulari, quo Cæſaream ſuam Majeſtatem proſequeretur affectu, & pro ſuo ardentiſſimo promovendæ Religionis ſtudio ſe ad omnia officia paratiſſimum eſſe: Nec amplis hiſce promiſſis operis conſtantia defuit, quippe Pontifex ipſe literas ad Poloniæ Regem, & Venetorum Rempublicam miſit, ac omni rationum verborumque pondere eis perſuadere niſus eſt, ut & ipſi ſua etiam arma Cæſareis jungerent, cum

Sæc XVIII. A.C. 1737

ipsorum quoque maximopere interesset, communem Christianæ Reipublicæ hostem opprimi. Insuper, ut Deus exercituum Cæsareis armis Divina ope præsto esset, Jubilæum, aliasque publicas supplicationes indixit; cumque ei nuntiatum esset, magnum Christianorum militum in Hungaria numerum esse, qui gravibus afflictati morbis insuper rerum pene omnium penuria premerentur, his ut aliquatenus succureret, de privato suo peculio duodecim mille aureos submisit. Hoc exemplo animati Cardinalium potissimi, nonnulli etiam Episcopi, Ordinumque Magistri in eandem quoque causam tam copiose pecunias collegere, ut quadraginta aureorum millium summa conflaretur in miseriarum levamen expensa. Denique Pontifex ingentem pecuniarum vim extrahendam ex arce S. Angeli, ubi ad quinquies centena aureorum millia pro publicis Christianæ Reipublicæ necessitatibus asservabantur, Cæsari gratiose obtulit, hac tamen lege, ut Parmam & Placentiam sedi Apostolicæ restitui curaret: Ast hæc conditio a sanctiore Cæsaris Senatu rejecta est.

§. IX.

§. IX.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Infauſtus Turcici hujus belli ſucceſſus.

Attamen tam operoſis molitionibus, tamque copioſo armorum apparatui minime reſpondit belli ſucceſſus, cujus cauſſa potiſſimum refundebatur in Fridericum Henricum Comitem de Seckendorff Lutheranæ ſectæ hominem, ſupremum Cæſarei exercitus Præfectum, qui copias ſuas contra ac tot victoriis celebratiſſimus Princeps Eugenius facere conſueverat in multa, ut memoravimus, agmina diviſit, velut multas ſimul vulpes capturus. Illuxerat dies duodecima Julii, qua hoſtilitati datum eſt initium a Barone de Mollican ſupremo vigiliarum Præfecto, qui a Belgrado aliisque vicinis propugnaculis copias contraxit, & vallo Leſnizenſi prope Berniavarum conſcenſo, quadraginta ſeptem Turcas interfecit, duobus vexillis ac centum armentis in prædam ceſſis: Primo hoc ſucceſſu animati Belliduces, die decima quarta Julii cum exercitus robore in Turcicas ditiones irrumpunt, & quidem inclytus Baro de Miglio in Servia, trajecta Morava Palanckam & Raſnam Urbes deditione cepit, præſidiariis ad victoris

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ris clementiam confugere compulsis. Postea Josephus Fridericus Saxo-Hilburghusius Princeps superato Savio flumine prope Gradiscam, & Franciscus Paulus de Wallis Transylvaniæ Gubernator in Valachiam sese effudit, vicinaque oppida transeundo occupavit: denique Moldavam infestandi negotium datum est Ascanio Marchioni Guadagni, qui Clementis XII. Papæ Nepos, & ejusdem nominis ex Ordine Carmelitarum Excalceatorum Cardinalis Frater erat, & die vigesima quinta Julii Naissum urbem arte & natura munitissimam sed præsidio destitutam pactis conditionibus subegerat. Hic stetit victoriarum ac fortunæ cursus: quippe Æmilianus Baro de Rochan prope Vacupam in Bosnia ab incolis interceptus, ac trucidatus est, desideratis suorum bis mille quingentis. Stubergius quoque & Herbersteinius Zegdinensem obsidionem solvere, & celeri fuga, totoque pedum studio recedere compulsi, & Princeps Saxo-Hilburghusius in Bosniam a Seckendorfio immissus, ad Bagnalucam, quam obsidebat, a triginta Bosniensium, ac totidem Turcarum millibus invasus, conserto prælio ingentem passus est cladem, cæsis plusquam quadraginta virii gradus Tribunis, & gregariis ferme non-

nongentis : unde amissis octo machinis bellicis, obsidionem solvere decretum est, conversо ad occupandum Widdinum consilio ; igitur Ludovicus Andreas Comes Kevenhüllerus secundum Danubium procedere jussus, Bassam ad deditionem provocat ; brevi tamen experitur, nequaquam in imbellem pavidumque, nec in segniter præparatum impegisse Virum ; quippe tam imperterita virtute Bassa hostiles retudit assultus, ut Kevenhüllerus cum suis Radojovacium retrocedere compelleretur. nec tamen ibi tuto consistere poterat ; siquidem die vigesima octava Septembris ad Timocum velut in casses in sexdecim Turcarum millia incidit, fuissetque ad internecionem cæsus, nisi Cæsarei ac Saxonici militis virtus viam honestæ ac compositæ fugæ perfregisset, æquato pene cum victoribus decore, & damno ; spectato enim paucorum (non plures erant quam sexies mille) adversus tantam hostium multitudinem, numero & fortitudine, Kevenhüllerus in discessu palmam reportabat, graviter de Seckendorffio questus, eoquod hic requisitus laboranti succurrere negligeret, & cum exercitus robore in Servia otiose subsisteret.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Præ-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Præterea Joannes Adamus Ban de Pfefferkorn ad Koſſavam infauſt prælio cæſus eſt: Eſterhaſio autem qui cum triginta tribus cohortibus, d viginti turmis ad Unnam in Croat ſubſiſtere juſſus erat, pugnandi vinces dique occaſio defuit: & Pallavicinu octo duntaxat bellicis, & quinque re remibus inſtructus claſſi Turcicæ im par, duas belli naves amiſit: Doxa tus vero Naiſſi Gubernator, qui Ber nenſis Calviniſta erat, vix cepta ob ſidione hanc Urbem Turcis tradidit, ac propter præcipitem hanc deditionem Belgradum in quæſtionem tractus eſt: Suſcepta quoque Zwornickæ obſidio, ſed mox ſoluta, oppugnantibus Belgra dum ſub tormentorum protectionem confugientibus, demum die ſecunda Octobris Uſiza, Serviæ propugnacu lum monti impoſitum a Cæſareis de ditione ceptum eſt, Gubernatore Baſ ſa ob ignavam illius defenſionem cap te plexo. Ita hoc anno tanti molimi nis ac ſpei expeditio, nulla neque Du ctorum, neque militum ignavia, ſed ſolius, ut creditum eſt, Seckendorffi culpa, prope propius in incaſſum irri tumque cecidit. Hic enim toto bell tempore multa faciendo, nihil fecit & florentiſſimum Chriſtianorum exer citum miſere attrivit, quocum tame

Eugenius integram occupaſſet Thra- Sæc. XVIII.
ciam. Eapropter Viennam in cuſto- A. C. 1737.
diam abductus, a Cæſaris alloquio excludebatur: crimini ſiquidem maxime datum, quod mora ſtudioſe quæſita Widdini obſidendi opportunitatem neglexerit, de bobus ad alendos milites deſtinatis ſordidam negotiationem egerit & in qualibet re privatas utilitates ſuas ſpectarit, Lotharingiæ Ducis nullam rationem habuerit, eo invito vinum Naiſſi occupatum ſibi ſoli vendicarit, ipſumque Ducem in itinere Widdinum verſus luculento expoſuerit periculo, excluſis Khevenhillero, & Philippio Belliducibus nonniſi cum Schmettavio & Dicmaro belli ſenatum habuerit, denique quod florentiſſimum exercitum in multa agmina diſſectum, crebris itineribus otioſe, imo & ad perniciem circumductum perdiderit, cum tamen, ſi limitaneis propugnaculis juſto præſidio firmatis, ſecundum Danubium cum toto exercitu proceſſiſſet, abs dubio inſignem Barbaris plagam intuliſſet.

§. X.

Diſſidia Papam inter & Hiſpaniæ Regem feliciter compoſita.

Haud

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Haud exiguo gaudio Pontificis animum compleverunt fausta belli Turcici auspicia, majora sibi in Catholicæ Reipublicæ incrementa adhuc pollicitus: brevi tamen conceptam lætitiam interturbabat nuntius de infausta Cæsareorum expeditione; nonnihil tamen animo dejectum erigebat haud temere concepta proximæ cum Hispano Rege reconciliationis fiducia; hic quidem sicut & Carolus Neapolis Rex pertinaciter adhuc obstabant, ne Nuntii Apostolici in eorum Regnis ad sua repetenda munia admitterentur, in quo perferendo Clemens Papa miram sane longanimitatem, aut potius animi celsitudinem, conscientiæ suæ testimonio tutus, exhibuit, ac temporis iniquitati cedendum ratus id unicum solatii reliquum habuit, quod æquus animus haud quaquam mediocre sit calamitatis condimentum, nullaque tam gravis sit vexatio, & malum quod non tandem aliquo boni fructu comitigetur. Id plane nunc experiebatur Clemens; eo enim tempore, quo Hispani Regis indignatio ad summum fastigium ascendisse videbatur, ab eodem literas, singulialis observantiæ testes, recepit, in quibus Rex manifestabat, se torqueri hac animi cura, quod diutius tanto regiminis oneri ferendo impar, Religione

ligione obstrictum se esse reputaret, ut clavum imperii deponeret, & se totum Deo sibique traderet: hac igitur in re Pontificis consilium ac sententiam expetere. Eodem tamen prorsus tempore Cardinalis Aquaviva datis ad Papam literis eundem rogabat, ut transmissa ad Regem Epistola eidem omnibus viribus dissuaderet, ne sese Regno abdicaret: Peropportuna erat hæc Pontifici ad paternum cordis sui affectum sincere aperiendum occasio, qua usus multo rationum pondere Regem hortabatur, ac etiamnum obsecrabat, ut in turbida hac rerum, temporumque vicissitudine Divino auxilio fretus, Regni administrationem diutius gereret. Cessit Rex Papæ monitis, & ab hoc temporis momento sese faciliorem erga eundem præbuit, quo comperto ipse etiam Aquaviva, cujus flabello antea dissensionis flamma acrius fuit ventilata, ad reconciliationem haud parum conferre studuit; præprimis, enim cum Neapolitanæ commorationis pertæsus, repetendæ Urbis Romanæ desiderio flagraret, precibus humili deprecatione, omnibusque modis in id incubuit, ut a Clemente Papa & ab Hispano Rege Romam, quo prius Belluga Cardinalis ex Villa Alberoni accesserat, redeundi veniam obtineret, qua im-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737

petrata Cardinalis die quinta Marti Neapoli profectus, Romam contendit. Adhucdum tamen Pontifex omnes cu ras eo admovit, ut exulceratos Transtyberianorum animos persanaret; verebatur enim, ne Hispanorum redit sopita in eos aversio recrudesceret, præcipue cum non deessent, qui populum mordacibus scriptis in hanc Nationem concitare molirentur: Prudentiæ tamen ac Pontificis moderationi debebatur, quod adventantibus pariter Hispanis Procuratoribus, & Comite Porta Romani in officio continerentur: Ipse etiam Cardinalis Aquaviva nullam amplius mentionem de obtinenda injuriarum satisfactione fili suisque a Transtyberina gente illatarum ingessit, sed potius eas perpetua oblivione delendas censuit. De gravioribus ergo agi cæptum est, ac præceteris de dirimendis, quæ dudum Pontifici cum Hispano Rege intercedebant, controversiis. Diu ultro citroque cetatum, & varia conciliationis consilia utrinque proposita, sedi Apostolicæ plerumque minus congrua: Hispanarum vero conditionum asperitatem plurimum emolliebat Caspar Molina Melachæ Episcopus, qui summam rerum tunc in Hispanico Regno moderabatur; hic siquidem de Purpura Re-

Romana, ad quam ab ipso Rege Cardinalis nominandus erat, tandem consequenda admodum sollicitus, ut se de Sacra sede bene meritum redderet nil prætermisit eorum, quæ ad inclinandum Regis animum conferrent. Itaque hujus potissimum opera res feliciter confecta est, iis propemodum viginti sex concordiæ legibus, de quibus olim sedente Papa Clemente XI. convenarent Marchio Compostæ & Pompejus Aldrovandus ad simile negotium destinati, quamvis illæ conditiones tunc nunquam firmæ ratæque fuissent habitæ. Illarum erant potissimæ. I. Ecclesiarum immunitas circumscribatur. II. Promulgata de homicidis Constitutio, de qua mox agemus, etiam ad Hispaniarum Regnum extendatur. III. Moneantur Episcopi de servandis illis Concilii Tridentini decretis, quæ de Clericorum ordinatione sancita fuerant. IV. Nulli Clericorum liceat temporalia erigere beneficia nec in constituendis Clericorum patrimoniis, Regio ærario quid sit fraudi. V. Appellationes caussarum beneficialium, quæ summam viginti quatuor aureorum ducatorum excedunt, necnon jurisdictionis, matrimonii, decimarum, & juris patronatus hisque similium caussarum fiant ad Pontificem, ceteræ vero caus-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

sæ utpote levioris momenti Ordinariis locorum judicibus committantur, & Judicium sit penes Episcopos deligendi post consueta examina magis idoneos, qui Parochias regerent, quoties earum conferendarum Pontifex sua facultate uti deberet: His vero nullae imponantur pensiones. VI. Beneficiorum redditus ex integro taxentur. VII. Nulli in Canonicatu detur adjutor sine testimonio Episcopi tam de ejus scientia & honestate, quam de necessitate & utilitate Ecclesiæ, nec pensionis onere graventur. VIII. Haud amplius Pontificio Nuntio facultas sit dimissiorias, ut vocant, literas concedendi. IX. Nec idem Nuntius, usque dum præfata taxatio absolvatur, suo jure utatur conferendi beneficia, quæ summam viginti quatuor ducatorum non excedunt, nisi judicio Episcoporum ac certis testimoniis de eorum censu constet. X. Eidem Nuntio cautum delegare, non amplius liceat, præterquam Judicibus Synodalibus vel quibusdam dignitates in Ecclesiis Cathedralibus obtinentibus. XI. Tertia pars fructuum Ecclesiarum vacantium inopum & pauperum subsidium assignetur. XII. Ex Pontificis beneficentia utriusque Siciliæ Regi liceat rotæ Auditorem Nationis Neapolitanæ Romam decernere

nere. Supererat adhuc controversia de beneficiis juris patronatus: hanc tamen in rem conventum est, ut ultro citroque Viri seligerentur æquitatis studiosi, quibus hujus causæ cognitio committeretur, interea vero temporis nil omnino ab Hispano Rege moveretur, sed beneficia, quæ ad hanc controversiam spectant, Pontifex eorumque ordinarii Collatores in suis quisque Mensibus conferrent. His ita compositis, ac utrinque firmatis nil aliud deerat, quam pactorum executio, quam tamen nonnihil retardabat Cardinalis Cienfuegos, eoquod, uti ab eo petitum Montemregalem Archiepiscopatum in Sicilia situm Cardinali Aquavivæ in manibus Papæ cedere renueret, tandem vero ad Pontificis hortamenta ipsemet Cardinalis Cienfuegos annuit, ea tamen lege, ut annua viginti millium pensio penderetur ab Aquaviva. Sublato etiam hoc obice transactio die vigesima sexta Septembris Regio chirographo ac Sigillo munita Romam est transmissa, & Mense Octobri per universum Hispaniæ Regnum promulgata. Quo facto Hispaniarum Rex Virum nobilitate præstantem Romam ablegabat, qui Pontificem de confecta concordia certiorem redderet: Cardinalis quoque Aquaviva Papæ simul

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

mul & Regis ſui inſignia foribus Hi-
ſpani Palatii die quinta Novembris præ-
figi juſſit, ac reſumpta Hiſpani Miniſtri
nomenclatione cum univerſa ſua Curia
ad Papale Palatium ſolemni pompa ve-
ctus, ad alloquium perbenigne aſſump-
tus eſt: Sequebatur altera die Cardi-
nalis Belluga pari benevolentia excep-
tus. His ita transactis Apoſtolicus
Papæ Nuntius die vigeſima ſexta Sep-
tembris Madritum vocatus, muneris
ſui partes libere exercuit, viciſſim vero
Romæ Curia ut vocant, Dataríæ aper-
ta fuit. Paulopoſt Cardinalis Cienfue-
gos tam Cæſaris, quam Pontificis in-
ſignia palam affixit, Hiſpano & Nea-
politano Regibus inde tantopere offen-
ſis, ut Philippus Rex præter Cardina-
lis penſiones etiam alios ejus redditus
ærario addici juberet, quod tamen Car-
dinalis tam ægre tulit, ut Marchio-
nem Montallegreum regium ſtatus ſe-
cretarium anathemate percuteret, a
quo tamen illum Pontifex protinus ſo-
beravit. Hoc negotio feliciter confecto
Clemens Pontifex pro ſuo, quo ferve-
bat concordiæ ſtudio totus in eo erat,
ut ſublatis pariter diſſidiis Neapolitani
Regis animum ſibi conciliatum reddi-
ret, tandemque priſtinæ lites de im-
munitate, necnon de beneficiis, aliis-
que ad jurisdictionem Eccleſiaſticam
per-

pertinentibus ex integro dirimerentur: Eo fine quatuor ſelegit Cardinales, ſcilicet Firraum, Gentilem, Paſſerium & Spinellium, qui cum ipſo de opportunis agerent pacem firmandi rationibus, ſibique in deliberando de maximis rebus operam conſiliumque darent: Jam antea ab utriusque Siciliæ Rege Romam miſſus erat Præſul Cæleſtinus Gallianus, qui Cardinalibus Aquaviva & Belluga in conſultationem adhibitis, nomine ſui Regis varia propoſuit poſtulata, & quidem primo, ut illorum Eccleſiaſticorum, quibus immunitas ab oneribus publicis indulgeretur, numerus tam in Eccleſiis, quam in Monaſteriis imminueretur. II. Omnes hæreditates & legata, quæ Religioſis aut aliis Clericis tam ex immobilibus, quam ceteris bonis obvenirent, impoſterum ærario Regio cederentur. III. Pontifex ad omnes Regni ſui Epiſcopatus, Abbatias, aliaque Beneficia Eccleſiaſtica nominandi jus ad Regem devolveret. Hæc, ubi propoſita fuere, Clemens ſe nunquam acceptaturum palam declaravit, eoquod indigna, ſedi Apoſtolicæ maxime nociva, & haud toleranda viderentur. Enimvero ſibi pollicebatur, Siculi Regni inveſtitura conſtanter Regi denegata, eundem ad mitiora redactum iri conſilia;

Sæc.XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

aliunde vero haud temere verebatur ne Rex Hiſpani Regis potentia fretus hanc repulſam flocci haberet, & ſpreta inauguratione Pontificia Regnum velut ab omni clientelari nexu abſolutum poſſideret, proin Sedes Apoſtolica antiquo hoc jure penitus excideret. Eapropter Papa aliquid, ſine tamen Eccleſiæ Romanæ præjudicio, pacis amore Regi indulgere decrevit: cum autem Gallianus non modo de poſtulatis nihil remittere juſſus eſſet, ſed inſuper Rex Cardinales, quos vellet in Sacris comitiis excludendi jus ſibi aſſeri peteret, & Nuntio Apoſtolico omnem jurisdictionem in utrumque Regni Clerum adimi, ejus Tribunal claudi, nec ei ampliorem, quam quilibet ſimplex Orator apud exteros Principes exerceret, poteſtatem concedi poſtularet, ac denique Urbani II. decretum Rogerio Calabriæ Comiti (ut fertur) conceſſum, vi cujus Siciliæ Reges in profanis nati Romanæ Eccleſiæ Legati, & in Spiritualibus Legati a latere eſſent, innovari vellet, Clemens Pontifex extremas potius calamitates perpeti, quam indignis ejusmodi prætenſionibus cedere maluit. Itaque invictum ſemper ſe præbuit, & niſi conditiones magis æquæ proponerentur, ſe transacturum immota conſtantia negavit.

gavit: Offerebantur equidem poſtea aliæ prorſus diverſæ conciliationis leges, res tamen hoc anno nullo modo ad exitum deduci potuit. Cum ergo Rex in pervigilio SS. Apoſtolorum nec pro Regno Neapolitano nec pro Ducatibus Parmenſi & Placentino debitum clientelare tributum penderet, Apoſtolicæ Cameræ Commiſſarius nomine Lane ſolemnem interpoſuit proteſtationem, quam tamen viciſſim Orator Neapolitanus oppoſita proteſtatione eluſit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XI.

Nova diſſenſionis anſa Papam inter & Neapolitanum Regem.

Auxerat conciliationis difficultatem caſus omnino inexpectatus: Res ita contigit. Menſe Auguſto Buſſius Eques duas triemes Pontificias, quibus Dux Strozzius cum Conjuge ſua vehebatur, ad Ænariam Inſulam promovit, ac continuata demum navigatione prope Inſulam Foveam defixis anchoris ſubſtitit, inde vero quosdam cymba vectos emiſit annonam coempturos. Inciderat ea in Neapolitanam navim Sbirris inſtructam, quæ prohibitarum mercium propolas inſectatu-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ra excurrerat; At ubi id animadverterant Pontificii milites cymbæ impositi ut Neapolitanos declinarent, ad Bussii triremes confugerunt, illico autem Neapolitani pyrio pulvere fartas portatiles fistulas in Papæ triremes exonerant. Nec segnius Pontificii vicem rependunt, & laxatis sclopis quosdam Sbirros trucidant, ne vero concors mutuusque fieret insultus, Bussius vassus Pontiam Insulam iter suum prosequebatur. Altera mox die jam duæ Neapolitanæ naves remis propulsæ, connitentibus indefesso lacertorum motu servitiis jussu Regis triremes Pontificias insequuntur, quæ tamen in Anzium portum jamjam appulsæ, dissolis pleno sinu velis innoxie Urbem veterem attigere. Ea res Neapolitanæ Aulæ Ministros male habuit, ac confestim in mandatis datum, ut omnes passim Pontificiæ naves, quascunque casus & fors in manus daret, hostiliter invasas opprimerentur: Hæc ubi nuntiata fuissent Pontifici, in totam successus seriem, causamque exacte inquiri jussit, & haustam inde rei gestæ notitiam Neapolin transmisit, irrito tamen prorsus conatu, quamvis enim Cardinalis Spinellius nil intentatum relinqueret, ut expositæ rationes æquis auribus a Neapolitanis excipe-

rentur.

rentur, eorum tamen mentes lethifera averſione ſauciatas, ac pertinaciter invitas, nec verba officioſa, nec graves rationes hoc anno mollire ac ſanare poterant. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XII.

Concordia Papam inter & Luſitaniæ Regem reſtituta.

Eodem quoque tempore actum eſt cum Joanne Luſitaniæ Rege, ut ſi quo tandem modo Hic ad priſtinam concordiam revocari poſſet: Erat illa quidem non mediocris difficultatis poſtulatio, cui Rex immote inſtitit, ſcilicet, ut omnes qui Ulyſſiponenſes deſignati fuiſſent Patriarchæ, perpetuo jure, ac ſine mora in Purpuratorum Collegium cooptarentur: Obluctabatur huic petitioni nimium duræ, quantum poſſet, Pontifex: de Rege etiam ut quicquam remitteret, adeo ſperari non poterat, ut etiam Roma excedere, ſuis ſubditis præciperet: Tum vero Clemens veritus, ne ulteriori repulſa, Regis animum magis a ſe alienaret, Patrem Evoram tum Luſitanæ Aulæ Oratorem Romæ agentem eo inclinare ſtuduit, ut habita cum ſelectis Cardinalibus conſultatione hanc rem ad exitum dedu-

ci

Sæc. XVIII. A. C. 1737

ci procuraret. Horum igitur sententiæ accedens Pontifex concessit, ut omnes Ulyssiponenses Patriarchæ Cardinalitia decorarentur dignitate, ac utraque hæc dignitas, si quis adesset, Regii sanguinis Principi concederetur, addita tamen hac lege, ut id loco nominationum esset, repræsentando scilicet id, quod in singulis comitiis, quibus Regibus facultas est ad Purpuram quemdam nominandi, erat conferendum, ac deinceps Pontifici integra esset ad Regni beneficia nominatio. His utrinque indultis firmatisque Regis animus Pontifici plene reconciliatus videbatur.

§. XIII.

Dissidium cum Joanne Gastone Magno Etruriæ Duce sublatum.

Intercesserat etiam summo Pontifici levis controversia cum Joanne Gastone Magno Etruriæ Duce. Hujus contentionis argumentum præbuit electio Episcopi Piscinensis, cum alius mortuo Bartholomæo Puccio in ejus locum esset subrogandus: Enimvero eidem Duci quatuor, quos ceteris digniores judicaverit, nominare ex antiquo more datum erat, ut ex his unum quem

quem voluerit, Pontifex eligeret. Id quoque cum a Prædeceſſoribus Papis Coſmæ III. ob ſingularem in ſedem Apoſtolicam pietatem conceſſum fuiſſet, pariter ſibi Joannes Gaſto a Clemente Papa indulgeri, magnopere contendebat, ac propterea eum, quem ſibi acceptiſſimum habebat, eligi petebat. Nec omnino reſtitit Pontifex, præcipue ſui Prædeceſſoris exemplo permotus, obverſabantur tamen particulares, eæque graves cauſſæ, ob quas illius, quem Dux commendabat, ratio haberi non potuit: Unde contigit, ut quem ex omnibus Epiſcopum delegit Pontifex, Dux reſpuerit, a Duce vero nominatus munus ſuum abdicare coactus fuerit. Nec tamen propterea Clemens a ſuo propoſito, ſuſceptoque conſilio reſiliit, ſed omnino voluit, ut excluſo, quem prius reſpuerat, nominato, ex integro alii deſignarentur. Id cum obtinuiſſet, veluti ſatisfactione accepta, absque omni tergiverſatione illum præ ceteris elegit, quem Joannes Gaſto ſibi commendabat, idque poſtea perpetuo obſervatum eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XIV.

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

§. XIV.

Variæ lites eodem anno terminatæ.

Post tot lites feliciter compositas restabant leves adhuc contentiones, quas Clemens pacis amantissimus, ut pariter tolleret, extremos adhibuit conatus, nec irrito successu; cum enim Veneti ad Pontificiæ ditionis fines alveum Anconitani portus navigationi & Ferrarienſis Ducatus commercio valde damnosum aperirent, Pontifex desuper apud Rempublicam querebatur: Venetis autem ejus querimonias flocci habentibus Carolo Imperatori nuntiatum est, hunc ipsum alveum Mantuanæ ditioni vel maxime damnificum fore. Re igitur maturius ponderata Cæsar hanc novationem multis nominibus reprobabat, quocirca Veneti a continuando hoc labore nulla mora destitere.

Sub idem ferme tempus Romæ rixa est exorta, quæ summo Pontifici negotium facessere potuisset; illius autem fam dedere Sbirri, qui ex Fieravillæ Cæsarei Agentis ædibus facinorosum juvenem, qui eo confugerat, admoto vi extrahere præsumpserant; cum autem Comes de Harrach Cæsareus Administer immunitatem Legatorum do-

mibus

mibus annexam hac ratione violari, Sæc. XVIII.
ſummo Pontifici exponeret; mox Sbir- A.C. 1737.
ris promerita pœna caſtigatis, & reo ad aſyli locum reſtituto liti finis impoſitus eſt.

Non minus diuturna, quam pertinax fervebat Regis Sardiniæ contentio cum Clemente Papa, qui tamen & hanc tandem componi, ſummis votis expetebat. Ea gratia Alexander Cardinalis Albanius hujus Regni Protector Armgium Abbatem, quem a ſecretis habuit, urgente Papa Taurinum ablegat, dato eidem negotio, ut cum Rege de æquis transactionis conditionibus ageret. Aſt hujus Aulæ Adminiſtri declarabant, de hac controverſia agi non poſſe, niſi prius ea, quæ Benedictus XIII. olim Sardiniæ Regi conceſſit, Clemens Papa confirmaſſet. Accepto hoc reſponſo Abbas quadringentis ſcutis auctus Romam redire juſſus eſt.

§. XV.

Clemens Papa in facinoroſos ſeverus juſtitiæ vindex.

Quo magis pacis ſtudio flagrabat Clemens Papa, eo majore, æquiſſima tamen ſeveritate ac fidei Zelo infectabatur

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

batur publicæ tranquilitatis perturbatores, & Religionis hostes: cum enim Comes Trivellius natione Neapolitanus, necnon Joannes Baptista Abbas Giacominius deprehensi ac convicti fuissent, satyras ac famosos libellos contra S. Sedis honorem in vulgus sparsisse, in eos sententia capitis pronuntiata est: Neminem quidem acerbius, magisque mordaci calamo infectabatur Giacominius quam Cardinalem Guadagnium, qui tamen odia ac injurias sibi illatas beneficiis vincere jam assuetus, Pontificis Avunculi sui aures tam longis contumacibusque precibus pro impetranda rei venia fatigabat, ut Clemens heroicam Cardinalis virtutem remuneraturus, rigorem supplicii temperaret, ac capitis pœnam in triemium mulctam converti annueret. Mense autem Februario Comes mortis judicio condemnatus est; Erat enim manifestus Religionis contemptor, qui pertinacia, vitiis ac Sacrilegiis, quæ a Religionis contemptu dictari solent, ad portentum usque dissolutus erat, more eorum, qui effrænem credendi libertatem quasi generosam nobilemque indolem ostentant: Unde de rebus Divinis & immortalibus sibi sermones & hortamenta fieri haud sustinuit, pellam professus, nullam sibi Religionis, nul-

nullam salutis curam esse vel unquam fuisse, nec ea, quæ supra & infra ipsum essent, ad se pertinere, utpote non nisi Sacrificulorum commenta. Tenuit impia hæc mentis obstinatio per integrum ferme diem vitæ suæ postremum: maximo tamen Numinis beneficio, & fervidis Patris Canale monitis factum, ut Comes paucis ante supplicium horis serio æternitatis horrore, & sincero cœlestium consiliorum sensu expugnatus, & totus in pœnitudine delictorum ac incredulitatis suæ detestatione diffluens fidem Catholicam palam profiteretur; demum vero prævia mentis lustratione ad supplicii locum deductus feralem ictum excepit. Postea Mense Septembri pariter duo Abbates Genasius & Ciceronius ob gravia delicta ad capitale supplicium damnati sunt; Socales tamen Confraternitatis S. Joannis Baptistæ decollati, quibus reos a mortis pæna quosdam liberandi datum est privilegium, pro utroque Abbate deprecabantur, vitæque veniam eis impetrarunt: unde in solemni supplicatione ad Ecclesiam S. Joannis deductis, post sacrum solemne, & acerbam delicti exprobrationem clausis foribus a Præfecto factam Pontificiæ gratiæ diploma pro more traditum est. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XVI.

Plures Beati Sanctorum Albo a C mente XII. Papa inserti.

Idem Pontifex maximus singularem jecerat curam ad promovendum honorem & gloriam in Sanctis suis: studio incensus hoc anno plures, vitæ sanctitate post eorum obitum jam jam æternum in cœlis præmium ac epti fuerunt, Deo in terris etiam eorum virtutes, ac merita signis & miraculis contestante, & Ecclesia rite approbante publicis quoque honoribus ac cultu prosequendos decrevit, & fidelibus ad virtutum imitationem proposuit. Postquam igitur Parisiensis Archiepiscopi auctoritate in Ven. Vincentii a Paulo vitam, sanctitatis famam, & virtutes pro more rigide inquisitum, & constructus ut vocant processus anno hujus sæculi nono a S. Rituum Congregatione approbatus fuit decimo octavo post anno Benedictus XIII. declaravit, constare de ejus virtutibus tam Theologicis quam Cardinalibus in gradu heroico. Facto demum miraculorum examine ex quam plurimis quatuor fuere approbata; post de biennio post hic Dei famulus Beatorum, & approbatis aliis duobus

septem, Sanctorum Albo a Clemente XII. anno priori adscriptus est; id efflictim sollicitantibus Galliarum Rege ejusque Regina Conjuge, universo Franciæ Clero, tota Presbyterorum sæcularium, qui *Lazaristæ* a præcipuo Parisiensi eorum conventu ad S. Lazarum vocantur, Missionum Congregatione ejusque Proposito Generali, Joanne Bonneto: Itaque Pontifex Mense Maio hujus anni publicum, ut ajunt, habuit Consistorium, in quo hanc solemnitatem ad diem Dominicam SS. Trinitatis indixit, & Canonisationis diploma a triginta tribus Cardinalibus subscriptum die decima sexta Junii promulgavit. In eo prolixius hujus Viri vitam, sanctitatis initia, ejus captivitatem apud Turcas, Apostolicos labores, heroicarum virtutum exempla, Religionis Zelum contra Jansenistas, institutam a se Congregationem Missionariorum, & fundatam Societatem puellarum, quæ *charitatis* nuncupantur, ac denique glorioſam ejus mortem, & prodigia retulit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Ceterum, quamvis generosus hic Dei Athleta dum vixit, fidei puritatem strenue defenderit, ac suborto in Galliis Jansenismo acerrimum indixerit bellum, nihilque non moverit, donec

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

impia Janſenii dogmata a Sacra Sed proſcriberentur, nihilominus illi, q privatæ ſuæ opinionis trophæum ſupe ruinas Janſeniſmi erigere moliti ſunt hujus ſancti Viri apotheoſin conſeru Janſeniſmi exprobratione ac calumn præpedire nitebantur; hinc præprim in Curia Romana objectabant, Vi centium Vergerio de Havranne Abbo ti S. Cyrani Janſeniſtæ famoſiſſimo nec non Portu-Regiis Monialibus arcto fœ dere fuiſſe junctum, proin de Janſeni mo ſuſpectum, ejusque Sodales hæ fecta infectos eſſe, bonam autem ar borem malos fructus ferre non poſſe lta nempe eo adhuc tempore in con ſuetudinem abiit, objecto Janſeniſmi probro non modo Thomiſtarum, ſed ipſam quoque Sanctorum famam denig rare: Verum Bonneti Generalis reſpon ſo utraque hæc invidiæ machina felici ter diſſiliit; luculentis enim argumen tis oſtendit, Vincentium cum Abbate San-Cyrano non alio ex fine familia rius egiſſe, niſi ut illum a ſuis erroni bus averteret, cognita autem ejus pe vicacia illum acriter fuiſſe infectatum Janſeniſmi vero calumniam ejus Soda libus impactam retudit Bonnetus, de clarans, eam ortum habuiſſe ab illis, q Parochiam novam Verſaliis, ubi Colle gium erigi ſperaverant, Lazariſtis con

fer

ferri verebantur, ac propterea hos tam Romanæ Curiæ, quam Gallicæ Aulæ de Janſenii ſecta ſuſpectos reddere nitebantur: Falſam autem eſſe hanc criminationem demonſtrabat Generalis ex eo; quod paucos illos, quos hujus ſectæ ſuſpicio afflaverat, e ſua Congregatione ejecerit, ac inſuper die prima Auguſti anno hujus ſæculi vigeſimo quarto in comitiis Generalibus Conſtitutio *Unigenitus* ſolemniter ac unanimi omnium Deputatorum conſenſu ab omnibus ſuis Sodalibus recepta. Ceterum rejectis illorum, qui ſub pietatis zelique velamento S. Vincentii ſplendorem objecto Janſeniſmo obfuſcare, incaſſum laborabant, cavillationibus, biduo poſt aperta fronte ipſimet Janſeniſtæ Pariſienſes, uti memorabimus, tam in Divi memoriam, quam in Pontificis Bullam pro ejus Canoniſatione promulgatam impotentibus furiis debacchabantur. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Eadem die Clemens Pontifex Beatum Joannem Franciſcum Regis Societatis Presbyterum Canoni Sanctorum adſcripſit, ut fideles ejus triumphum publico cultu celebrent, & inſignes ejus virtutes imitentur.

Porro jam Menſe Februario hujus anni S. Rituum Congregatio vitæ ſanctitate

Sæc. XVIII. A. C. 1737. ctitate ac miraculis rite probatis de cretum edidit, quo declaratum, a solemnem Beatæ Catharinæ de Fie chis seu Flischæ Adurnæ, necnon Jo annæ de Falconeriis Canonisationem tuto procedi posse. Eapropter Pont fex die trigesima Aprilis desuper Pu puratorum Senatu habito, die vige ma tertia Maij per Antonium Felicem Zondadarium Cardinalem omnia, qua in hac causa fuissent acta, necnon vi tam & miracula referri jussit ac de mum habita per Gabrielem Serianum Consistorialis Aulæ Advocatum oratio ne Beatam Catharinam in Sanctarum Viduarum numerum, assignata annue festivitatis die decima quinta Septem bris retulit, eoquod a prima sua juven tute eximiis virtutum exemplis ad fu turam sanctitatem præluxerit, ac in ipso conjugali statu inter plurimas ve xationes patientissime toleratas mundi oblectamenta fastidiens, totam sese Deo consecrasset, & carnem suam variis cruciatibus macerans, ferventissimo amore erga Deum, pietate in pauper res, sui contemptu, assidua rerum Divinarum contemplatione, aliisque virtutibus & prodigiis effulsisset. Eo dem die ac solemnitate, postquam Nic colaus Maria Sacripantes perelegantem pro Canonisatione Beatæ Julianæ Fal

conera

coneriæ patria Florentinæ peroraſſet, Pontifex illam ab univerſis Chriſti fidelibus tanquam Sanctam Virginem publice honorari decrevit, eoquod illa in teneris annis tam grandævam virtutem proderet, ut Beatus Alexius ejus Patruus Matri ipſius ſæpe diceret, eam non puellam, ſed Angelum peperiſſe: puritatis enim amantiſſima, ſpretis nuptiis, Religioſarum Virginum inſtitutum amplexata omnibus verbo & exemplo præluxit, humilitate, modeſtia ceterisque virtutibus mirifice excelluit, in corporis maceratione, cæleſtium contemplatione, continua contra animæ hoſtes victoria, & proximorum ſalute conſeneſcens, raro prodigio in extrema infirmitate Sacro Viatico refecta ſanctiſſime obiit, pluribus miraculis inclyta. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Horum quatuor Sanctorum feſtiva apotheoſis in Baſilica Lateranenſi in Feſto SS. Triadis conſueta pompa inter reboantes tormentorum & campanarum ſtrepitus ſolemniter celebrata eſt, ipſo ſummo Pontifice, viginti ſeptem Cardinalibus, & innumera populi frequentia, ſupplicantium more ad ipſam Eccleſiam procedentibus, ubi peractis ceremoniis, & Litaniis ac Hymno Ambroſiano concinne decantatis Pontifex duodecim ſcutorum millia in pauperes

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

distribui jussit, & omnibus utriusq. sexus fidelibus rite confessis ac S. Sy naxi refectis indulgentiam plenari ac peccatorum remissionem contulit, præfatæ supplicationi & Canonisatio solemnibus interfuerint: ejusdem gr tiæ etiam eos, qui domi vel in carc ribus detinentur, necnon Moniales earum Monasteriis, vel alios legitim impeditos participes reddidit, dumm do recitatis tribus *Pater et ave* Deo gra tes pro Canonisatione Sanctorum ad honorem Catholicæ fidei rependerent. Ceterum quatuor Sacra solemnia in ara maxima præfatæ Basilicæ quatuor Cardinales, non item Papa, peregere, eo quod hic ob corporales infirmitates, affectam valetudinem senilemque ætatem a dicta Ecclesia recedere coactus fuisset.

Nihilominus tertia post die decima nona Junij idem Pontifex mature discussis processibus Dei famulum Joseph phum de Leonissa Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum Beatorum Catalogo, solemni consuetoque ritu cooptavit. Eodem tempore Philippus Hispaniarum Rex Filio suo Cardinali Ludovico tanquam Toletano Archiep iscopo curam demandavit, ut in Joannis de Avila olim Clerici sæcularis sanctitatis fama inclyti virtutes & prodigia

digia inquiri, & nova teſtium examina inſtitui, novosque proceſſus auctoritate apoſtolica fieri concederetur. Eo fine inſuper Archiepiſcopus Martinum de Baccia Albucellanæ Eccleſiæ Canonicum Romam ablegavit, ut ſummo Pontifici & S. Rituum Congregationi hanc cauſſam impenſe commendaret, eisque hujus Venerabilis vitam in Hiſpania typis vulgatam traderet. Attamen non Potentum commendatione, ſed ſevero virtutum examine ac probata prodigiorum veritate publici cultus honores Sanctis ab Eccleſia decernuntur. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Pariter Menſe Auguſto Romæ in conſuetis locis affigebatur S. Rituum Congregationis decretum de proxima beatificatione Ven. Claræ de Montefalco, Rittæ de Caſſia, Hieronymi Æmiliani fundatoris Congregationis Clericorum Regularium de Somaſcha, & Joannæ Franciſcæ Fremiot a Chantal Viduæ. Inſuper Clementina Sobieſcki nuper defuncta Jacobi III. Angliæ Regis Conjux prodigiis inclareſcere credebatur; quædam enim Monialis Ord. Carmelitarum diſcalceatarum in Ginnaſiorum Aſceterio gangræna tam periculoſa in pectore laboraſſe fertur, ut Medicorum ac Chirurgorum communi judicio malum nonniſi ferro

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

atque aduſtione ſanari poſſet: Illa vero Dei opem per hujus Reginæ interceſſionem implorans, lintei, quo defuncta Princeps olim utebatur, partem vulneri applicarit: & Ecce! altera die, dum Chirurgi ferrum & ignem læſæ parti admoturi accurrunt, ne minimum quidem plagæ veſtigium deprehendunt: Sparſo hujus ſanationis rumore confeſtim Cardinalis Guadagnius de facti veritate juratos teſtes excepit, erectoque deſuper authentico inſtrumento totam rei ſeriem ſummo Pontifici expoſuit, qui rurſus hoc beneficium ad rigidum examen vocari, & *proceſſum*, ut ajunt, *præparatorium* de ſanctitate vitæ hujus Principiſſæ inſtrui juſſit.

§. XVII.

Pontificia Conſtitutio contra homicidas ad Hiſpaniæ Regnum extenſa.

Vid. ſupra pag. 467.

Anno hujus ſæculi trigeſimo quinto, ut ſuo loco retulimus, Clemens Papa pro ſtatu Eccleſiaſtico Conſtitutionem edidit, qua declaratum, nemini in caſu homicidii voluntarii, nequidem Clericali tonſura vel minoribus Ordinibus initiato aliisque Eccleſiaſticis privilegiis

vilegium fori aut immunitatis Ecclesiasticæ suffragari, sed hosce reos ab Ecclesia, servatis servandis, extrahi posse. Porro postquam Philippus V. Hispaniarum Rex cum Sede Apostolica concordiam inierat, inter alios concordati articulos, hanc ipsam Constitutionem ad sua Regna extendi petiit. Pontifex igitur illam nova Constitutione, quæ incipit: *Alias nos* &c. die decima quarta Novembris ampliavit, voluitque, ut ea ad omnes Ecclesiasticos homicidii reos, a Judice tamen Ecclesiastico puniendos, necnon ad omnia Hispaniarum Regna extendatur: *Cum inter cetera*, inquit Pontifex in præfata Bulla, *quæ in tractatu viginti sex articulis comprehenso ac per mutuam, reciprocamque nostram, & Charissimi in Christo Filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici ratificationem, ac ratihabitionem in perpetuum inter Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & earundem Hispaniarum Regna firmato, ac consiabilito contenta & concordata fuerunt, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 12. currentis mensis Novembris expeditis literis uberius continetur, illud quoque concordatum fuerit, ut dispositionem præfatæ Constitutionis nostræ superius insertam, etiam ad Hispaniarum memoratarum Regna, in quibus homicidia frequentissima quoque sunt, ex-*

Sæc.XVIII. A.C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

extendere, & ampliare de Apostolica b
nignitate dignaremur. Nos igitur ad tan
exitiale, ac detestabile homicidiorum flagi
tium, quantum cum Domino possum
propulsandum, exterminandumque adnis
lantes, prædictam Constitutionem pro uni
versa, ut præmittitur S. R. E. præfat
ditione a nobis factam quoad præinserta i
his præsentibus literis respective ad præfatis
Hispaniarum Regna Apostolica auctoritate
motu proprio tenore præsentium extendi
mus, & ampliamus, atque deinceps omni
no, ac inviolabiliter observari præcipimus,
& mandamus.

Volumus autem, ut sicut in nostra di
tione Ecclesiastica, sola sententiæ contu
macialis, & actorum, quibus illa fundatur, exhibitio ad hoc, ut sufficiat, ut dictus judex Ecclesiasticus ex illorum inspectione duntaxat agnito, num sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit ad formam Constitutionum Apostolicarum, pronunciare, ac declarare queat & debeat, an Bannitus, & in Contumaciam Damnatus consignandus veniat necne, ita pariter pro Regnis Hispaniarum sola sententiæ contumacialis, ac actorum, quibus illa fundatur exhibitio ad hoc sufficiat, ut judex Ecclesiasticus ex illorum inspectione duntaxat agnito, num sententia contumacialis legitime, justeque prolata sit ad formam legum,

&

& ſtatutorum eorundem Regnorum Hiſpaniarum pronunciare, ac declarare queat, ac debeat, an Bannitus, & in Contumaciam Damnatus conſignandus veniat, necne. Volumus autem, ut lapſis viginti quinque diebus poſtquam præſentes literæ per earundem Hiſpaniarum regna ab Ordinario noſtro, atque Apoſtolicæ hujus Sanctæ Sedis in iisdem Hiſpaniarum Regnis Nuntio publicatæ fuerint, omnes, & ſingulos in præfatis Regnis exiſtentes perinde arctent, ac ſi unicuique eorum perſonaliter, ac nominatim intimatæ fuiſſent, utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. &c.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XVIII.

Aliæ ejusdem ſummi Pontificis Conſtitutiones & decreta.

Hoc item anno Clemens Papa plures edidit Conſtitutiones, quas ad animarum ſalutem, Religionis incrementum, pacis conſervationem, & Eccleſiæ diſciplinam plurimum expedire arbitra-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

bitrabatur; ac præprimis, ut Missionarii ex Ord. FF. Capuccinorum ad procurandam gentium conversionem in Orientalibus & Occidentalibus Regnis magis accendantur die vigesima octava Januarii illis ipsa die, qua ad Missionum loca pervenerint, si confessione prævia S. Communionem sumpserint, necnon in mortis articulo, si in itinere vel in ipsa conversione decesserint, indulgentiam plenariam concessit. Pro Carmelitis vero Excalceatis, cum Mechoacanus Episcopus in Indiis eorum Confraternitates & Oratoria visitare tentaret, die trigesima prima ejusdem Mensis declarabat, Ordinariis locorum in Indiis non licere visitare Confraternitates in horum Religiosorum Ecclesiis erectas vel erigendas nec eorum oratoria ruralia in prædiis exstructa, in quibus ipsi Missam pro spirituali colonorum ibidem degentium consolatione celebrare consueverunt: Pari favore etiam cumulabat Pontifex Patres Carthusianos, eis concedens, ut Oratoria & Altaria in eorum Granciis & Domibus, in quibus residebunt Sacerdotes dicti Ordinis, non modo erigere valeant, sed etiam ad hoc sufficiat, quod præfata Oratoria &c. visitata & approbata sint a Patribus Visitatoribus ejusdem Ordinis. Die vero vigesima secun-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

secunda Februarii indulgentias plenarias pro Ecclesiis, in quibus Jesuitæ communionem generalem celebrant, ad quindecim annos prorogavit: Sub idem tempus Joannes Coutius Superior Generalis DD. Laceristarum circa necessarium suffragiorum numerum in generali Congregationis conventu binas controversias movit; cum enim Electores numero impares essent, dubitatum est, I. utrum *major pars censenda esset media parte superior; Re itaque mature expensa, auditisque singulorum sententiis definivit Conventus, ex triginta quinque Electorum, quibus constabat, suffragiis novendecim requiri, ut Assistentium & Admonitoris valeret præsens electio, eo scilicet nixus fundamento, quod talis sit numeri imparis ratio, ut in duas partes inæquales divisi major pars non superet medietatem, sed sit tantum major medietas. Si vero per Compromissarios res dirimenda foret, eorum major pars sufficeret ad electionis vim, & firmitatem.*

II. Dubitatum quoque, cujus sit mortuo Superiore Generali, & impedito Vicario Generali Congregationem regere? Circa hoc dubium Parisiensis Conventus ita decidit, *quod si contingeret, illum, qui in Scheda manu propria defuncti Superioris scripta, nominatus est Vi-*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Vicarius Generalis e vita decessisse, aut gravi morbo detineri, aliove modo impediri, quo minus intra unam, aut alteram hebdomadam suo officio, ut par est, vacare possit, de quo morbo, aut impedimento Assistentes cum Sacerdotibus ejus Domus, ubi sint Arculæ, modo in Congregatione post emissa vota sexennium exegerint, ad plura suffragia eodem obitus die, & quamprimum fieri poterit judicabunt, ita tamen, ut in ea deliberatione primus Assistens non sit præsens, tunc primum Assistentem superioris Generalis admittere tamquam Vicarium Generalem tenebuntur, ita ut Vicarius Generalis nominatus, sed impeditus, etimsi postea convalescat, aut ab absentia, alteriusve generis impedimento liber fiat, nullum amplius jus habeat ad regendam Congregationem.

Utramque autem hanc Parisini Conventus decisionem Pontifex ad præfati Superioris Generalis petitionem die vigesima sexta Martii auctoritate Apostolica confirmavit. Biduo post plenariam concessit indulgentiam iis, qui aliquam ex Ecclesiis Clericorum Regularium Barnabitarum in festo S. Francisci Salesii visitaverint, declaravitque die nona Aprilis, indulgentias alias concessas pro visitantibus Ecclesias Missionariorum Capuccinorum nationis

tione Gallorum in partibus infidelium etiam pro defunctis per modum suffragii applicari posse. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Porro jam die undecima Augusti anno hujus sæculi trigesimo sexto in S. Rituum Congregatione introductio causſæ Canonisationis B. Michelinæ Viduæ Pisaurensis admissa, & a Papa approbata fuit, nunc vero processu in Curia Episcopi de cultu eidem Beatæ ab immemorabili tempore præstito maturius examinato Vincentius Ludovicus Gotti Cardinalis hoc proposuit dubium: *An sententia Philippi Pisaurensis Episcopi lata super casu excepto a decretis ipsius Urbani Prædecessoris, sive super Cultu publico ab immemorabili tempore dictæ Beatæ præstito esset confirmanda in casu, & ad effectum, de quo ageretur.* Et eadem Cardinalium Congr. resolutionem distuliſſet, atque interea mandasset, fieri diligentias in Civitate prædicta Pisaurensi pro perquisitione, ac transmissione cujusdam Modi vivendi Regulæ, & Capitulorum dictæ Beatæ adscriptorum: atque hisce diligentiis expletis, noviſſime delatus fuisset ad hanc Almam Urbem parvus processus a præfato Episcopo Piſſaurensi confectus, & idem Vincentius Ludovicus Cardinalis Gotti Ponens die sexta currentis

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

rentis Aprilis relationem feciſſet omnium contentorum in dicto parvo processu, unde conſtitit, nihil fuiſſe repertum, & eadem Congregatio Cardinalium cenſuiſſet, poſſe procedi ad ulteriora; ſubindeque repropoſito præfato Dubio ſuper confirmatione Sententiæ, matureque diſcuſſo proceſſu informativo hac de re conſtructo, & tam in voce, quam in ſcriptis Dilecto Filio Magiſtro Ludovico de Valentibus in utraque Signatura Referendario & Apoſtolicæ Sedis Notario, Protonotario nuncupato ſupra numerum participantium, ac Fidei Promotore deſuper audito: memorata Congregatio Cardinalium reſponſum edidit affirmative. Hinc Pontifex die vigeſima quarta Aprilis Jacobi Angliæ Regis, & Cardinalium aliorumque Præſulum ſtatus Urbinatenſis precibus inclinatus S. Congregationis decretum *de caſu excepto a decretis prædicti Urbani Prædeceſſoris, ſive quod de Cultu publico abimmemorabili tempore dictæ B. Michelinæ præſtito conſtet, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmavit & approbavit, illique Apoſtolicæ firmitatis* robur adjecit, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Præ

Præterea Clemens Papa die vigesima secunda Maij indulgentiam plenariam concessit omnibus, qui in Ultramontanis Provinciis orationi per quadraginta horas continuatæ, & nonnisi noctis tempore interruptæ in Ecclesiis PP. Capuccinorum interfuerint. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Anno priori Procurator Provinciæ Hibernicæ Carmelitarum summo Pontifici exposuit, quod Fratres prædicti Ordinis anno 1260. tempore Henrici III. Regis, Hiberniam ingressi ita religiosæ vitæ, ac doctrinæ exemplis populos illos in ejusdem Ordinis venerationem perduxerint, ut tempore Eduardi IV. sive I. Andegavensis Regis circa annum 1303 in Provinciam coalescentes ad triginta duos Conventus habuissent, ac per trecentos, & amplius annos quam plurimos viros Ordinis prædicti virtutibus, ac literis insignes Sacris Infulis fuisse decoratos memoriæ traditum esset, subinde autem propter persecutionem Catholicis ab asserta Regina Elisabetha motam, inflictamque, Fratribus præfatis, aut occisis aut fugatis, Provincia illa extincta fuerit, postmodum vero Fratres illuc redeuntes, ad usque Cromwelli Tyranni, a quo penitus

Sæc XVIII. A. C. 1737.

tus deleti fuere, tempus perdurarint. Aſt ſub Jacobo II. Clar. me. dum viveret Angliæ, & Scotiæ VII. Rege iterum reſtaurationem aggreſſi cum ipſo etiam Rege patrium ſolum relinquere ab intruſo Guillelmo III. coacti ſeſe in Gallias receperint. Denique ad propria reverſi, & indies Deo propitio, creſcentes, ſub cura & auxilio provinciæ Reformatæ Turoniæ præfati Ordinis fuerint, a qua præclaris Clariſſimi in Chriſto *Jacobi* III. Magnæ Britanniæ Regis Illuſtris, & Joſephi Renati dum viveret tituli S. Laurentii in Lucina Presbyteri S. R. E. Cardinalis Imperiali nuncupati Hiberniæ apud Papam, & Sanctam Sedem Protectoris ſtudiis & opera ſeparatis an. 1729. unus Generalis Commiſſarius & Vicarius ex ipſismet Fratribus conſtitutus datusque fuerit, ſub quo usque ad duodecim Conventus recuperati ſunt: In Congregatione vero eorundem die 23. Septembris proxime elapſi in conventu Dublinenſi celebrata novos Rectores Domorum eligentes, & ſuffragantes pœne omnes in favorem Generalis Comiſſarii & Vicarii moderno Priori Generali totius prædicti Ordinis preces obtulerunt, ut quamvis ſolum ipſis facultas ſex ſimul eidem Generali Priori præſentandi ineſſet, tamen dictum

tum Generalem commissarium, & Vicarium sibi Superiorem designare, & confirmare mallet. Cum autem præfati Carmelitæ ad pastorale animarum ministerium obeundum ab ipsis Archiepiscopis, & Episcopis secum ibidem adhibeantur, atque adeo ab iisdem quoque consulibus commendentur, ut quemadmodum ceteri mendicantium Ordines ibidem, & alibi propriam Provinciam obtinent, ita ipsis etiam suam Provinciam habere, Provincialem eligere, aliosque Ministros, & Officiales deputare, & omnia, sicut antea in more positum erat, facere, & constituere liceat, atque hujus rei causa memoratus Prior Generalis prædicti Ordinis desuper præmissis expostulatus assistentiam quidem suam promittens, hujusmodi vero facultatem a Papa sibi esse impetrandam responderit: propterea Antistites, & Fratres præfati humiliter Clementi Papæ supplicarunt, ut opportune ipsis in præmissis providere, & ut infra indulgere de Apostolica benignitate dignaretur: Eapropter Pontifex die decima Octobris Provinciam strictioris observantiæ præfati Ordinis totius Regni Hiberniæ sæpedicti cum omnibus conventibus nunc existentibus, & in posterum recuperandis, ceterisque annexis, & Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

connexis in priſtinum ſtatum cum ſe
cultatibus eligendi proprium Provincia-
lem, diffinitores, aliosque Officia-
les, & Miniſtros deputandi, auctori-
tate Apoſtolica tenore præſentium re-
ſtituit, ac de novo, quatenus opus ſit,
erexit, & conſtituit, ipſique Provin-
ciæ ſic reſtitutæ, ac de novo erectæ
Conventum Edemburgi olim Provin-
ciæ Scotiæ exiſtentem perpetuo uni-
vit, & annexuit ac Provinciali pro tem-
pore præfatæ Provinciæ Hibernæ futu-
ro facultatem quoque deputandi Vica-
rium Provincialem prædictæ Provin-
ciæ, & Priorem prædicti Conventus
Edemburgi, eadem auctoritate Apo-
ſtolica tribuit, & impertitus eſt.

Inſuper cum pro hac vice tantum
eidem Provinciæ de idoneis Priore Pro-
vinciali, & definitoribus providere vel-
let, ac de infraſcriptorum Fratrum
expreſſe profeſſorum fide, prudentia,
charitate, integritate, doctrina, vigi-
lantia, & Religionis Zelo plurimum
in Domino confiſus, dilectos filios
Mathæum a S. Eliſeo in ſacra Theolo-
gia Doctorem alias Lion, in priorem
Provincialem, ac Simonem Stoc, alias
a Burth in primum, Patricium a San-
cta Maria Magdalena, alias Moans in
ſecundum: Jacobum a Nativitate alias
Bur-

Barnis in Tertium, Jacobum a ſancta Thereſia alias Pendergat in Quartum Definitores dictæ Provinciæ ſic a Pontifice erecta ad tempus, quo ejusmodi officia juxta regularia ejusmodi Ordinis Inſtituta durare conſueverunt cum omnibus & ſingulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis, auctoritate & tenore prædictis conſtituit, & deputavit. Præterea pro proximo futuro Capitulo generali eundem Mathæum in Definitorem generalem, ac Patricium a ſancta Maria Magdalena in primum ac Joannem Oneal in ſecundum Socium, nec non Guillelmum Fleyri in Vicarium Provincialem Scotiæ, & Priorem Conventus Edemburgi, ac Petrum a Pendergat ſocium & ſecretarium ejusdem Scotiæ eadem auctoritate inſtituit pariter & deputavit. Mandavit propterea in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis memoratæ Provinciæ Superioribus Fratribus, & perſonis, ceterisque, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, ut ſupernominatos fratres ad officia eis reſpective per præſentes demandata, illorumque liberum exercitium juxta earundem tenorem præſentium recipiant, & admittant, eos-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

eosque recognoscant, & illis in omnibus ad eadem officia spectantibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant.

Jam supra memoravimus, Joannem V. Lusitaniæ Regem omnino petiisse, ut Ulissiponensis Patriarcha semper Cardinalitia fulgeret dignitate: quapropter Pontifex Regis precibus annuens, hanc gratiam apostolica Constitutione die decima septima Decembri firmabat. Illius summam huc referre lubet: „cum Venerabilis Frater „Patriarcha Ecclesiæ Ulixbonensis Oc„cidentalis iis insignibus, & prærogaa„tivis a fe. rec. Clemente XI. & Be„nedicto XIII. Romanis Pontificibus „Prædecessoribus nostris primum ordi„natus fuerit, ut profecto inter Eccle„siasticos Præsules & Antistites pluri„mum excellat, hinc est, quod nos „etiam congruum, & consentaneum „propterea fore existimemus, si Pat„riarcha præfatus per laudabilem pro„videntiæ & indulgentiæ rationem, „quam Apostolica hæc S. Sedes quan„tum commode fieri poterit, in assi„mendis S. R. E. Cardinalibus habere „consuevit erga Orthodoxas Nationes, „inter eosdem S. R. E. Cardinales etiam „per antedictæ providentiæ anticipatio„nem in posterum adnumeretur, quem„admo-

„admodum ipsum quoque Charissimum „in Christo filium nostrum Joannem „Portugalliæ & Algarbiorum Regem „Illustrem de Catholica Religione mul„tis nominibus, & præsertim ob exi„miam pietatem, ac constantem, fi„delissimamque erga Apostolicam hanc „Sedem probatam observantiam, ac „singularem solicitudinem, studium, „Zelumque in provehenda, propagan„daque ad instar omnium Portugalliæ, „& Algarbiorum Regum Prædecessо„rum suorum apud barbaras, remotis„simasque Gentes Catholica fide meri„tissimum, ac propterea omnibus Apo„stolicæ liberalitatis documentis dig„nissimum id ipsum sentientem deside„rare accepimus. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Quamobrem motu proprio nostro, „& Successorum nostrorum, & Sedis „Apostolicæ nomine, de nonnullorum „etiam Venerabilium Fratrum nostro„rum S. R. E. Cardinalium consilio „concedimus, & indulgemus, ut me„morata erga Catholicas Nationes pro„videntia suffragante, in Consistorio „provisus, & electus pro tempore Pat„riarcha Ecclesiæ Ulixbonensis Occi„dentalis, qui alioquin peculiaria jux„ta Constitutiones Apostolicas ad Car„dinalitiam dignitatem requisita ha-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„bere debeat, in ampliſſimum ejusdem
„S. R. E. Senatum in altero immediate
„ſequenti Conſiſtorio cooptetur, eique
„ſuo tempore, ſervataque conſueta
„forma, unus ex Cardinalitiis titulis
„aſſignetur juxta Conſtitutiones ſe. re.
„Sixti Papæ V. Quod ſi nulla adſit
„eandem Catholicis Nationibus impe-
„tiendi Apoſtolicæ benignitatis gratiam
„opportunitas, tamen per anticipatio-
„nem etiam non ſemel, & quoties opus
„fuerit, faciendam in Sacrum Cardi-
„nalium Collegium adſciſci, ea quidem
„lege ſtatuimus, ut quoties vigore præ-
„ſentium laudatæ Apoſtolicæ benefi-
„centiæ teſtimonia acceperit Natio La-
„ſitana, toties nulla eidem obſecun-
„dandi ratio habeatur, cum opportuna
„gratificandi aliis Nationibus, aut
„Pontifici ipſi, qui Patriarcham S. R.
„E. Cardinalem declaraverat, aut ſibi
„ſuccedentibus pro tempore Summis
„Pontificibus ſe obtulerit occaſio.

„Porro huic Pontificiæ noſtræ con-
„ceſſioni providentiæque motu proprio
„& ex certa ſcientia, ac matura deli-
„beratione noſtris, ac de Apoſtolicæ
„poteſtatis noſtræ plenitudine initæ
„tunc locum eſſe ſtatuimus, cum ſupra-
„dictam Patriarchalem Eccleſiam Ul-
„ixbonenſem vacare contigerit, tran-
„lationis

„lationibus, & dimiſſionibus omnino „excluſis, niſi tamen ad dimiſionem „admittendam cauſa adeo urgens pub- „lica & neceſſaria ſit, ut ſerio expen- „ſa, neque etiam per ſuffraganei An- „tiſtitis ſubſidium Patriarchalis Eccle- „ſiæ indigentiis occurri poſſit, atque „in ſecreto eorundem Venerabilium „Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardina- „lium Conſiſtorio, ac ab ipſis pro tem- „pore Romanis Pontificibus compro- „betur; ſicque futuris perpetuo tem- „poribus a nobis, ſucceſſoribusque no- „ſtris ſervandum eſſe decernimus, & „ſtatuimus".

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Nec hac ſpeciali gratia contentus Papa inſuper eidem Regi jus præſentandi ad omnes dignitates & Canonicatus præfatæ Eccleſiæ Ulyſſiponenſis conceſſit, in cujus diplomate Pontificio tam ampla reperitur dicti Regis commendatio, ut merito ſibi locum in hac Hiſtoria vendicet: Ejus verba ſunt hæc. „Cum Chariſſimus in Chri- „ſto filius noſter Joannes hoc no- „mine Quintus Portugalliæ & Algar- „biorum Rex Illuſtris præclaris majo- „rum ſuorum veſtigiis inhærens copio- „ſo piorum operariorum cætui ad am- „plificandam in longinquis Regionibus „Agri Dominici meſſem verbumque „Dei

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „Dei seminandum indefessa vigila„tia, & Regia liberalitate tempora„vitæ subsidia quotannis subministra„, consueverit, divinique cultus assida„um propagatorem se agere semper „studuerit, nec non ejusdem Aposto„licæ Sedis opportunitatibus, ut pri„mum notas habuit, paratissimo obse„quio, & auxilio, ut fidelissimum de„cet Principem non sine gravi suo, suo„rumque subditorum incommodo præ„sto esse sategerit.

„Nos tantis ejusdem Joannis Regis „meritis paternæ nostræ considerationis lance pensatis, ut servitiorum præ„dictorum Apostolicæque liberalitatis „vicissim præstita munera mutui inter „se monumentum, & stimulus amoris „existant, eidemque Joanni Regi, „ejusque in dictis Regnis Successori„bus uberiorem, qua piis, & bene„merentibus Ecclesiasticis personis gra„tificari queant, facultatem subministra„re cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, deque Apostolicæ potestatis ple„nitudine, eidem Joanni, & pro tem„pore existenti Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Juspatronatus, & præ„sentandi, ac nominandi ad omnes, „& singulas infrascriptas dignitates, „omnes

„omnesque, & singulos infrascriptos „Canonicatus, & præbendas, nec non „Capellaniam infrascriptam, ac dimi- „dios Canonicatus, & dimidias Præ- „bendas, nec non Quartanarias Eccle- „siæ Ulixbonensis Orientalis". Sæc.XVIII. A.C.1737.

Præterea in ipsam Ulyssiponensem Patriarchalem Ecclesiam liberalis Pontifex die octava Februarii anni sequentis edita Constitutione concessit, ut quarta pars reddituum a Patriarchali, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus Ecclesiis in Portugalliæ & Algarbiorum Regnis existentibus alias dismembrata favore dignitatum, Canonicorum, & Beneficiatorum Patriarchalis Ecclesiæ Ulyssiponensis Occidentalis a Clemente XI. & Innocentio XIII. PP. amplietur ad tertiam præfatorum proventuum partem, aliique Ecclesiastici redditus pro earumdem Dignitatum & Canonicorum decentiori sustentatione & Patriarchalis Ecclesiæ manutentione perpetuo applicentur: Hujus vero singularis favoris Pontificii causſam his „verbis exposuit Clemens: religiosa „Christianorum Principum erga divini „servitii decorem vota paterno prosequi- „mur affectu, eaque ad debitum, prout „pastoralis nostri muneris sollicitudo, „& laudabilis eorundem Principum „exi-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„exigit devotio, perducimus impla-
„mentum. Quapropter dum nos pro-
„vidam noſtræ conſiderationis acien-
„dirigimus ad inclitam, & veræ re-
„giam charitatem Chariſſimi in Chriſto
„filii noſtri Joannis hoc nomine quinti
„Portugalliæ & Algarbiorum Regis il-
„luſtris, qui in Regnis ſuis non ſolum
„temporalium, verum etiam, & præ-
„cipue ſpiritualium rerum ſublime no-
„men ad divini ſervitii gloriam, eri-
„gendamque ad beatam Sion populo-
„rum ſuorum devotionem perſonare,
„& in ejus Patriarchali Eccleſia Ulix-
„bonenſi Occidentali Cæleſtis Beato-
„rum civium Aulæ imaginem exhiben-
„te in terris perſonas divinis obſequiis
„jugiter inſiſtentes pro earum debita
„manutentione, & prout Patriarcha-
„lis Eccleſiæ prædictæ poſtulat digni-
„tas, novis facultatibus, annuisque
„redditibus communiri, eisque ſic
„communitis, Cæleſtis Aulæ, ac Bea-
„torum Civium prædictorum in Pa-
„triarchali Eccleſia hujusmodi ſibi, po-
„pulisque ſuis eluceſcere majeſtatem
„piiſſimis, ac vere fideliſſimo Rege
„dignis exoptat affectibus, ad deſide-
„ria ſua hujusmodi Apoſtolicæ liberali-
„tatis noſtræ partes favorabiliter inter-
„ponimus, prout penſatis deſideriorum
„præ-

„prædictorum erga divini servitii deco- Sæc. XVIII.
„rem meritis, in Domino conspicimus A. C. 1737.
„salubriter expedire".

§. XIX.

Festiva solemnitas ob elevatum S. Agilolfi Corpus.

Colonia Agrippina, inter plurima alia sacrarum exuviarum deposita, quibus cumulatissime abundat, corpus etiam possidet S. Agilolfi, seu Agilulphi, qui a S. Bonifacio ex Anglia in Germaniam ad prædicandum Christi Evangelium adductus, atque in Monasterio Malmodariensi monasticam vitam professus, primus Abbas, postea Colonienſis Archiepiscopus renuntiatus est, ac demum, cum Christi fidem strenue annuntiaret, circa annum Domini septingentesimum decimum septimum, ab impiis crudeliter interemptus ac martyrio coronatus multis miraculis claruit. Corpus ejus, quod in Ecclesia S. Laurentii, Malmodariensi Cœnobio contigua sepultum fuit, S. Anno Colonienſis Archiepiscopus argenteo Sarcophago e præfato Monasterio Coloniam & in Cœnobio suo ad Gradus Mariæ die nona Julii reposuit. Hujus Sancti Martyris cultus ob creberri-

ma

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ma prodigia indies augebatur, qui tamen postmodum lapsu fortasse temporis, ut in rebus humanis ac præcipue in Religionis fervore, evenire non raro solet, in illis locis vel tepide perseverabat, vel omnino intermittebatur: Quorumdam tamen Archiepiscoporum pietas, ac Dei sanctorumque cultum promovendi studium Sancti hujus Martyris venerationem sensim præstino aut meliori saltem splendori restituit, ac præceteris Clemens Augustus Bavariæ Dux & Archiepiscopus atque Elector Colonienſis hoc anno nihil prius habebat quam instituere solemnem hujus Divi translationem. Ea res, si quo unquam, solemnissimo cum triumpho acta est. Præfigebatur dies nona Julii, primæ ejusdem translationis anniversaria, qua Archiepiscopus Pontificio habitu insignis cum universo Clero & Notariis ad sepulturæ locum processit. Remota humo occurrit primum tumba sex ferme pedes longa, ob nimiam vetustatem a rubigine & carie adeo consumpta, ut vix contacta in pulveres & limaturas pene dessineret. Hæc capsa cum S. reliquiis ibi repertis omni circumspectione ac debita reverentia, accensis cereis sublata est, atque in novam ex argento affabre elaboratam tumbam reconditæ

ac obſerata ad Collegialem Eccleſiam S. Mariæ transferenda erat: Quo facto Sacer inceſſus principium habuit. Pompam ducebant ſacræ Sodalitates, quas ſequebantur utriusque Cleri Sacerdotes in ſuas claſſes diſtincti: Exinde poſt Crucem auream Archiepiſcopalem Canonici Metropolitani, & Collegiati atque Abbates & Præpoſiti incedebant, tandem aderant ipſæ Sacræ reliquiæ in pretioſa tumba reconditæ; cui oneri octo Eccleſiaſtici humeros ſubmiſere: Clauſit ſanctiſſimam pompam ipſemet Archiepiſcopus atque Elector, Pontificali ſplendidus ornatu, ejusque latera ſtipantibus octo ephebis, ingens a tergo tum domeſticæ Aulæ, tum Curiæ, ac peregrinorum & prope innumera civium multitudo, in pia vota & plauſus ardentium. Denique Archimyſta Sacris operante, & hymno Ambroſiano ſolemniter decantato hic dies feſtiviſſimis modis exactus eſt. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XX.

Res Gallicæ.

Nec hoc an. magis quam antea pacatus erat Franciæ ſtatus; cum enim Quesnelliſtæ Epiſcopos, omnesque, qui Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, ei-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

que debitum obsequium ore & calamo contra eorum errores propugnabant, pari cum ipsis sorte haberi, illorumque scripta palam proscribi cernerent, inde audaciores effecti, quicquid procacitas dictabat in vulgus sparsere: Inter plures alios ex hac secta quidam librum edidit, cui titulus: *Historia juris publico - Ecclesiastico - Gallici.* In eo Auctor supremam Pontificis auctoritatem omni, quo poterat *modo*, evertere nisus, statuebat, ne minimam quidem jurisdictionem eidem extra suam Diœcesin competere, nec pluris esse, quam Ecclesiæ Primatem, & si majorem sibi arrogaret auctoritatem, id nil nisi meram esse usurpationem, obstetricante spuriarum Decretalium Lucina natam, & ignorantiæ sæculo adultam &c. Enimvero Delcius *Apostolicus* in Francia Nuntius ex mandato summi Pontificis apud Regem vehementer desuper querebatur, postulans, ut impius hic liber carnificis manu infamibus addiceretur flammis, ejusque Auctor ad terrorem aliorum severe plecteretur: ast complicum versutia actum, ut non modo Nuntii postulata surdis auribus exciperentur, sed etiam e contrario Historia Constitutionis *Unigenitus*, quam Petrus Franciscus Lafiteau Sistaricensis Episcopus ediderat, Regii

Regii Senatus decreto proscriberetur. Non deerant tamen ex Franciæ Præsulibus, qui indignis ejusmodi suorum oppressionibus minime territi, veritatem defendere, & læsam Episcopalis ordinis auctoritatem vindicare strenue adlaborarent: Hos inter eminuit Stephanus Josephus de la Fare Par Franciæ & Laudanensis Episcopus, qui edita epistola palam declarabat, Episcoporum jura, commissi Sacri depositi custodiam, & oppugnatam fidei veritatem palam defendere, ne Regiis quidem decretis prohiberi posse, Ecclesiam suis in rebus a laica potestate minime dependere, minus vero laico Tribunali competere dogmatica Episcoporum & supremorum Ecclesiæ Pastorum scripta dijudicandi auctoritatem: Fleuryum Cardinalem sui muneris partibus, & fidei datæ deesse, si vexationibus in veros Catholicos intentatis finem, cum facile posset, imponere negligeret, has insectationes haud absimiles esse rabido cani, qui sine discrimine, quos obvios habet, dilacerat, ejusmodi pestem esse fugiendam, atque ex humana societate eliminandam: Parlamentum auctoritatis suæ fines longius excedere, ac præcipue illud Normanniæ cœco furore in veritatis vindices debacchari. His fusius expositis

Sæc.XVIII. A.C. 1737.

Sæc. XVIII A. C. 1737.

positis Præsul intrepide declarabat se solum Deum, non vero hominum judicia ac vindictas vereri, nilque avidentius exoptare nisi ut veritatis Martyr Sanguinem suum profundere posset, & si omnium hostium tela in ipsum solum collimarent, se recti conscientia tutum Romæ afflictorum Patrem, & apertum veritatis oppressæ asylum fore cile reperturum, se nec canem mutum nec edentulum fore, etsi integram decretorum nubem ac procellam sibi a Parlamento & status Consilio in caput suum accersseret &c. Denique idem Episcopus instructionem Pastoralem edixit, qua inhibuit, ne Confessarii absolvant eos, qui Bullam *Unigenitus* non recipiunt, aut scripta contra illam retinent, illos vero Sacerdotes ipso facto suspensos declaravit, qui Canonem Missæ non recitant voce demissa & secreta. Pariter & Episcopus Aquis Angustis Bullæ Adversantibus Sacramenta & S. Sepulturam negavit. Ceterum in hac epistola Episcopus Laudanensis a debitæ moderationis legibus nonnihil recessisse, ab ipso Papæ Nuntio arguebatur; magis tamen iniquo animo hanc Præsulis intemperiem ferebat Regius Senatus, qui die decima octava Decembris promulgato edicto hanc procscripsit epistolam, eoquod omnium con-

convitiorum, ac injurioſarum declamationum ſynopſin contineret, & opiniones pluribus edictis proſcriptas defenderet, eaque ſuprema poteſtas Regi omni jure debita contumelioſe in dubium vocaretur &c. Præterea aliud ejusdem Epiſcopi mandatum jam ante ſexennium ſuppreſſum, cum iterato prælo fuiſſet excuſum, die quinta Maij edito Regii Senatus edicto rurſus proſcriptum, præceptumque eſt, ut omnia novæ hujus editionis exempla ad Regiam ſtatus Cancellariam deferrentur. Ita Regii Senatus Patres in Epiſcopos excanduere, qui tamen in refractarios oppido benigni duos pertinaciter Appellantes poſt ſexennalem carcerem, ſeu potius rebellem contumaciam libertati reſtituerunt. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Magis adhuc inveterata erat Convulſioniſtarum pertinacia, aut verius inſania, a qua nec ratione nec minis ac pœnis ſanari volebant; hoc ſiquidem anno in Pariſii, ſpurii ſui Thaumaturgi commendationem nova eaque ſtupenda prodigia proterve comminiſcebantur: Inter alia quippe fingebant, quosdam a gangræna, apoplexia, lepra, paralyſi &c. prodigioſe fuiſſe ſanatos, quamprimum ex Pariſii ſepulcro pulverem aqua ex ejus fonte hauſta commix-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. tum per modum medicinæ ſumpſiſſent, omni ferme die in fanatico hoc theatro novæ confictarum ſanationum, & miraculorum ſcenæ aperiebantur; præcipue vero & hoc ipſo anno mirabilis hic Janſenianæ factionis Sanctus nocturnam feneſtrarum effractione (quod alias ſcurris & nebulonibus familiarè) ſed prodigioſum oſtendit: Res ita contigit. Die vigeſima Martij popularis per urbem ſpargitur rumor, Eccleſiam S. Medardi, in cujus cæmeterio olim ſepultus erat Pariſius, prodigioſo motu concuſſam, omnes feneſtras confractas & Pariſii ſepulcrum, uti Mechæ Mahometis tumba, in aera ſublatum eſſe. Rei novitas prope innumeros omnis ordinis homines concitabat, ut ad hanc Eccleſiam undique cito *citius* confluerent, tantique miraculi teſtes fierent: aſt una omnes non ſine confuſione recedebant, nihil omnino prodigioſi reperto, niſi inter miracula reponerent confracta vitra quamplurima, quæ tamen lapidibus ex vicinis ædibus a populo projectis fuiſſe comminuta, paulopoſt facta inquiſitione deprehenſum fuit.

Non minus ridiculum ſuperſtitioſæ credulitatis paradigma dedit Pariſienſis quidam Vitriarius, nomine Dupoirier: Rem, prout ipſimet Janſeni-

ſte

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ſtæ in ſuis Novellis Eccleſiaſticis referunt, nullis ambagibus memorabimus. Hic opifex in Eccleſia S. Medardi feneſtras reparare juſſus, in Sacello, quod Sancto Chriſtophoro Sacrum, cujusdam feneſtræ cancellos fornici commiſſos ſubmovere tentat, incaſſum tamen, unde laboris fruſtrationem aucto lacertorum niſu compenſare ſtudet: dum vero totam vim admovet, accidit, ut fallente conatu feneſtræ commiſſura violentius repulſa in Vitriarii caput impingeret. Dolore indignationem inflammante in Sacrilega hæc prorupit verba: *Hoccine novum ſors eſt Pariſii miraculum?* & converſo ad ejus ſepulcrum vultu non ſine ludibrio addidit: *Vah! egregium Sanctum, quid deeſt, niſi ut me inſuper ſaltare faciat, ſicut ſuas pupas ad ſaltum movere ſolet.* His dictis furore plenus, lapides, calcem, & quicquid obvium habuit, in Pariſii ſepulcrum indignabundus proiicit: abſoluto demum labore hora tertia veſpertina domum redit, mox autem denſus lapidum, tegularum, glebæ &c. grando non modo in inferiori domus atrio, ſed & in ipſa ejus officina feneſtras horrenda ſtrage iteratisque vicibus confringit, quin impetentium manus tum deprehendi poſſent: Hic ſucceſſus in religionem venit Vitriario, qui ſuum Pariſii

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

contemptum ab ejus asseclis vindicari animadvertens, furore percitus exclamavit: *omnes meæ fenestræ sunt conquassatæ, devastata domus, Proh! quam fatale negotium mihi facessivi cum hoc Sancto lurcone.*

Hujus facti novitas Parisinos quidem omnes, at in diversum affecit: Quidam enim fanatica superstitione fascinati, cum apertissimam factæ illusionis vindictam crederent, sancto quasi horrore perculsi, pœnas pares ex factis paribus metuebant, alte jactata Thaumaturgi hujus potentia. Saniores e contrario horum fatuitatem sibilis & cahinnis explodebant, eorumque malitiam, dolosamqae pertinaciam detestabantur: demum de fraude & Convulsionistarum impostura prudentum nemo dubitabat: quocirca Parisinæ Urbis Prætor in doli architectos sedulo inquiri jussit, deprehenditque, quosdam sub Ecclesiæ fornicibus aliisque locis Vitriarii ædibus vicinis delituisse, & lapidum grandine hanc fenestris labem intulisse. Igitur publico proclamate omnes & singulos, quibus hujus tumultus Auctores, conscii, participes aut fautores essent noti, hortatus est, ut eos apud Curiam manifestarent; Inde factum, ut quidam constituto præmio pellecti superstitiosos hosce fraudum machi-

machinatores proderent, hique cum aliis Convulsioniſtis in carceres detruſi, longaque inedia cruciati, craſſis eorum humoribus mirifice attenuatis a ſuo delirio tandem ad ſanitatem redirent; ex his die ſeptima Septembris hoc anno duodecim e cuſtodia dimiſſi a ſuis convulſionibus non alio, quam famis remedio ſanati fuere, quamvis non deeſſent adhuc alii, qui ſuis deliriis immortui ridicula commenta pro invictis veritatibus, & naturales eventus pro inauditis prodigiis, prævalente ſuperſtitione, venditarent. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Nil tamen luculentius corruptæ phantaſiæ, ac fanatiſmi vim prodidit quam quod Pariſii Abbatis Frater Hieronymus Nicolaus, qui hoc anno die decima quinta Auguſti mortuus ac in Eccleſia ad S. Gervaſium ſepultus erat, pariter miracula patrare crederetur, ac ſi ipſe hæreditariæ ſucceſſionis privilegio inſaniæ monſtra parturiendi artem didiciſſet: Ita populus turmatim ad recens defuncti ſepulcrum accurrit, & quaſi contentioſa æmulatione novum hunc ſanctum Seniore Thaumaturgo in virtute ſanandi præſtantiorem eſſe crederet, caro pretio minimas veſtium, quibus uſus erat, lacinias, & pauxillum pulveris ex ejus ſepulcro abraſi vi-

Sæc. XVIII A. C. 1737.

ginti quatuor solidis emit. Aperiebantur ergo Parisiis duo simul theatra, in quibus ludicra histrionum spectacula & gesticulationes singulis ferme diebus exhibebantur, necesse igitur erat, ut ad vitandam altercationem duo pariter separata erigerentur altaria, super quibus Convulsionistæ suo quisque Parisio litarent. Præcipuum erat in ædibus Marchionissæ de Vieuxpont, in suburbio S. Germani sitis, ubi enthusiasmo abrepti Sacros, si superis placet, conventus habebant. Ast dies vigesima secunda Novembris hisce fanaticis oppido fatalis fluxerat; comperto enim insuperhabito interdicto frequentem virorum mulierumque conventum ibidem haberi. Heraultus Parisinæ Urbis Prætor Regnardo in mandatis dedit, ut congregatos dissiparet, & unaomnes captos abduceret. Hic ergo cum militum satellitumque manu ad ædes accurrit, & Marchionissæ cubiculum ingressus, demandatum sibi negotium manifestat: Illa vero ædes suas perlustrari, nefas esse opponit, urget & instat Regnardus, fit clamorosa utrinque altercatio, quæ ad superius penetrabat cubile, in quo Convulsionistæ suos deblaterabant Psalmos & cantica. Horum nonnulli, audito rumore, quid rei subsit, exploraturi aures admo-

admovent, & apertis foribus accurrunt: hac opportunitate usus Regnardus, in cubiculum irrumpit, ibique triginta novem utriusque sexus homines superstitiosis actibus intentos reperit, atque inter eos præcipue Abbates Puchardum, Moulinum, Guyardum & Bonyum ad S. Nicolaum de Lupara Canonicum: Horum omnium nomina Regnardus descripsit, & Heraulto indicavit, cujus jussu hi quatuor Abbates, & alii quinque præter unum juvenem, & viginti annorum adolescentulam, tum convulsionibus correptos ad Bastiliæ carceres raptati sunt, ex quibus tamen potissimi fuere liberati, facta pollicitatione jurata, se haud unquam fanaticis ejusmodi conventiculis interfuturos: hi vero, qui ejusmodi præstigias aut propugnarunt, aut instruxerunt, diutius in custodia detinebantur: Nec tamen horum damno sapuere ceteri, ex quibus Mense Decembri plusquam triginta duo unacum Aroues de Voltaire redditiuum Exactore in ergastulis suæ dementiæ pœnas luere coacti sunt, quin prodigiosis Sancti Parisii sui meritis libertatem consequi possent. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Eodem anno Cœlum Jansenianum novo Sancto augebatur mortuo Davoleo, quem Quesnelliſtæ pariter miraculis

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

lis clarum inter Cælites ſuos numera-bant, non alio tamen ipſius merito, niſi quod usque ad extremum vitæ ſuæ halitum Apoſtolicis decretis pertinaciter reſtitiſſet, & Pariſii Abbatis eximius cultor fuiſſet: Nihilominus quam primum hic impoſtor ad Patres ſuos abierat, confeſtim Appellantes & Convulſionarii ad ejus ædes turmatim advolant, veſtes ejus in fruſta diſcerpunt, & velut ſacroſanctas reliquias ſingulari fiduciæ affectu ſecum aſportant: demum intra paucos dies abuſus & ſuperſtitio eo proceſſit, ut ſepulcri locum claudere & regio Sigillo firmare neceſſe fuerit, ne fanatici terram inde profana pietate abraderent, novosque tumultus concitarent.

§. XXI.

Literarum incrementa tam in Galliis, quam alibi.

Inter denſas errorum, ac ſuperſtitionum nebulas hoc anno literarum amor luculentius ubique, atque in ipſa etiam Francia emicare videbatur. Id haud parum contulerat Cardinalis Fleuryus, inſignis Eruditorum Fautor, qui Ludovicum XV. Regem alium erga ſcientias proclivem urgebat, ac

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ad accendendum literarum ardorem neceſſaria librorum ſubſidia juventuti Gallicæ ſubminiſtraret: eoquod pro augendo Divini Nominis cultu, Religionis incremento, animarum ſalute, Regni utilitate, ac extirpanda ſectarum peſte nec tutius nec fortius remedium afferri poſſet, quam ſi ubique Viri docti enutrirentur, qui ſana, ſolidaque doctrina imbuti populos Catholicam diſciplinam docerent, & ſibimet prodeſſe, ac ceteros in vera fide, & debito erga Principes officio confirmare valerent, ad id vero omnino neceſſe eſſet, bibliothecas omni librorum genere inſtructiſſimas, cunctis ſcientiæ cupidis aperire &c. Placuit Regi ſummopere Cardinalis Fleury conſilium tot rationibus ſuffultum: nec diu eidem defuit rei exequendæ occaſio; obierat enim Colbertus Franciæ Regis Miniſter, qui locupletiſſimam & pretioſis Codicibus ſcriptis celebrem reliquerat bibliothecam, Rex igitur centies mille aureis hæc manuſcripta coemit, eaque in Regiis ſcriniis ad Eruditorum uſum reponi voluit. Ejus quoque juſſu omnium qui in Regia & præfata Bibliotheca eſſent, Index Codicum ſeu repertorium ad publicam utilitatem conficiebatur, cujus primi undecim Tomi currente hoc anno publici juris fuere facti, hodiedum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

dum vero ob exemplarium paucitatem inter rariſſimos libros recenſentur. Hæc Regis liberalitas plurimum Reipublicæ literariæ erat proficua, & Fleuryo eius Promotori valde glorioſa; quapropter in gratitudinis monumentum Donchetus Gallicæ Academiæ ſocius elegantiſſimum numiſma cudi curavit, cujus recta frons effigiem Cardinalis, averſa Herculis columnam binis ſerpentibus cinctam, ſeu prudentiæ cum fortitudine connexæ ſymbolum, & pone aliam columnam palmis, & diverſarum artium inſtrumentis ornatam exhibebat cum hac epigraphe: *His parta reddidit armis.*

Gallici Regis exemplo incitatus, Carolus utriusque Siciliæ Rex literarum incremento intentus copioſiſſimum librorum apparatum, quem Parmæ Duces maximo labore & pretio collegerant, Neapolitanæ univerſitati dono dedit, præcepitque, ut hæc Bibliotheca tribus in quavis hebdomada diebus ad cujusvis eruditi uſum aperiretur; pro his etiam libris quarto poſt anno Scrinia admodum pretioſa in Regio Palatio recens erecta & celebri typographia inſtructa fuere. Nec deerant in Germania, fœcunda artium Matre & antiqua ſcientiarum ſede, qui familia-

ri suo in severiores disciplinas studio rei literariæ commoda per publicas Bibliothecas hoc anno promovere adlaborarent: Inter hos æterna memoria digni sunt Illustrissimi Domini liberi Barones de Dalberg Wormatienses Camerarii, qui pretiosam septem millium voluminum suppellectilem a suis Majoribus collectam possederant. Hujus Bibliothecæ instruendæ curam gesserat Oliverius Legipontius, insigne Benedictinæ Familiæ decus, ad S. Martinum Cœnobita Colonienſis, qui Illustrissimis hisce Viris auctor exstitit obtinuitque, ut eorum Bibliotheca ad comunem doctorum utilitatem publica fieret, & velut primum lucupletioris fundamentum esset. Eo fine Moguntiæ literis Joannis Franckenbergi hoc anno excudi fecit dissertationem, cui titulus: *Discursus Paræneticus ad æquos bonarum artium Æstimatores, pro Bibliotheca publica & Societate Eruditorum in primaria Germaniæ Metropoli Urbe Moguntina feliciter erigenda, promovenda & stabilienda.* Hujus instituti utilitatem, ejusque exequendi modos quam plurimos, eosque faciles doctissimus hic Vir in hac sua lucubratione detegere, & Principes, Nobiles, atque Magistratus ad tam salubre opus animare conabatur, nec abs re; cum enim pauci sint,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

sint, quibus vel Principum favor, vel officii dignitas aut temporis opportunitas concedit, ut in arcana Principum scrinia, Archiva clausasque Bibliothecas pedem inferre, ea lustrare, indeque proficere possint, accidit, ut potissimis deficiente, quæ calva est, tam propitia occasione, arcana veritatis testimonia, authentica doctrinæ monumenta, ac venerandæ antiquitatis gemmæ per plurima sæcula Orbi literario incognitæ inque tenebris sepultæ jacuerint. Quid ergo utilius, honestiusque, quam ut reconditi hi thesauri in præcipuis saltem Urbibus ad publicum rei literariæ commodum aperiantur? *Ast o Musæ, o Pallas! quid enim nisi vota supersunt.*

Ceterum hæc literatorum vota apud suos plene adimplevit Carolus Wilhelmus Dux Onoldinus qui novam publicamque erexit dotavitque Bibliothecam a suo Patre jamjam inceptam & Heilbrunensem Principum scholam Onoldino Gymnasio Illustri Carolino conjunxit: pariter Hamburgi Joannes Christophorus Wolff pretiosissimam suam Bibliothecam ad communem publicumque Eruditorum usum Hamburgensi Urbi dono dedit: Constat illa præter septingenta Theologicarum disputationum

tionum volumina, viginti quatuor millibus librorum, inter quos quamplurimi sunt hebraico, Arabico, Turcico, Persico, & Russico idiomate scripti. Præterea Leopoldus Antonius Baro de Firmian Salisburgensis Archiepiscopus ac S. R. I. Princeps ad perenne Nobilis juventutis commodum hoc anno Collegium erexit dictum Josepho-Carolinum, quod pietatis Christianæ simul ac scientiarum Seminarium esset, in eoque Nobiles, aliique honesti Juvenes bonis præcipue moribus, virtutibus, & diversis artium liberalium scientiis & disciplinis, necnon peregrinis idiomatibus ac Nobilium exercitiis probe instituerentur. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Denique in procurandis scientiarum subsidiis præ ceteris eminuit Clemens Pontifex semper Maximus, liberalissimus ac munificentissimus; quippe in Vaticanam Bibliothecam, quam novo ædificio, armariis pluteisque ampliaverat, insuper contulit quam plurima majoris molis vasa Etrusca, varia magno pretio coempta antiqua numismata, maximi, ut vocant, moduli, numero trecenta & duodetriginta, quæ Græciæ & Africæ Regum, Romanorumque Cæsarum effigies exprimebant: Collegerat ea privato olim studio Alexander

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

xander Cardinalis Albanus, Rodolphinus vero Venutus patria Cortonenſis illa eruditis commentariis illuſtraverat: quam ſollicite autem Papa rara hæc antiquitatis cimelia, & perpetua Pontificii erga literas, ac diſciplinas amoris monumenta in poſterorum utilitatem diligentius cuſtodiri curarit, inde patet, quod tertio poſt anno, hujus ſæculi trigeſimo nono Conſtitutionem Sixti V. Pontificis de non extrahendis libris, aliisque pretioſis confirmarit novaque decreta hanc in rem ediderit.

Sub idem tempus Clemens Bononiæ Bibliothecam conſtruxit amplifſimam, eidemque decem aureorum millibus, quæ Senatui ſuperioribus annis mutuo dederat, aſſignatis, ſpeculam inſtrumentis aſtronomicis miro artificio Londini confectis ditavit: cujus liberalitatis ut perennis eſſet memoria, Senatus in majori Academiæ Aula Pontificis effigiem anno 1758. poni curavit.

§. XXII.

Clementis XII. Papæ munificentia in exornandis Urbis Romanæ Eccleſiis.

Ne-

Nec minus munificum Clemens Papa Sæc. XVIII.
sese exhibuit in reparandis, or- A.C. 1737.
nandisque Urbis Romanæ ædificiis, præprimis enim novam Latrannensis Basilicæ faciem tanta magnificentia absolvit, ut Canonici in perpetuam rei memoriam, & gratitudinis monumentum Benefico suo Principi statuam in Ecclesiæ porticu erigerent: Attamen Clemens a vanæ gloriæ studio adeo alienus erat, ut hanc statuam Anconitano Magistratui dono daret, & in ejus locum effigiem Constantini Magni Imperatoris, qui eandem Basilicam condidit, in eadem basi collocari juberet. Erat illa prius in Capitolio, ac olim populo Romano post relatam de Maxentio victoriam huic Imperatori erecta. Paulopost Constantinianæ Basilicæ aream laxare constituit; obstiterat Lateranense Triclinium, quod tamen demoliri, piaculum esse videbatur, cum inter præclara Christianæ antiquitatis monumenta longe celeberrimum esset; illud enim Leo III. anno Domini septingentesimo nonagesimo sexto magnis sumptibus extruxerat, cumque temporum injuria vitium feciffet, sexagesimo post anno Leo IV. Pontifex restaurandum curavit. Ornabatur tum porphyreticis ac pariis columnis, necnon marmoreo pavi-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

mento ſimulacris diſtincto: viſebantur inſuper tres abſides vermiculato opere pictæ, quarum prima, quæ ſola de tota ædificii mole ad hanc usque diem aſſervata fuit, Chriſtum repræſentat, dum pacem Diſcipulis ſuis in cænaculo annuntiat, qua effigie indicabatur tranquillitas Eccleſiæ reddita per extinctam a Carolo Magno ſceleratiſſimam conſpirationem, quam Paſchalis & Campulus adverſus Leonem Papam conflaverant; & hinc indecernebantur ſummi Pontifices Hadrianus, & præfatus Leo unacum Rege Carolo, quorum primus a Chriſto claves, alter a S. Petro pallium, ab utroque autem, nempe tam a Chriſto, quam a D. Petro Carolus vexillum accipit, tanquam inſigne ſibi delati a præfatis Pontificibus Romani Patritiatus honoris. Ceterum in hoc triclinio Romani Pontifices non modo Imperatores Romanos & Reges convivio excepere, ſed ipſi quoque unacum Cardinalibus publice ſolemnioribus feſtis accumbere, aliaque obire munia conſueverant. Jam vero venerandas has antiquitatis reliquias omnino intactas ſalvasque conſervare, in primis curis habuit Pontifex, ut tamen ſimul areæ ampliandæ conſilium exequi poſſet, hanc primo iniit rationem, ut ſecata abſis integra per

per pontem ligneum ad S. Laurentii sa- Sæc.XVIII.
cellum pedibus centum sexaginta octo A. C. 1737.
dissitum transferretur, ibique in novo ædificio, cujus jacta jam fuerant fundamenta, collocaretur. At & in hoc maxima versabatur difficultas; quippe præter immensos pene sumptus periculum erat haud leve, ne mota mole totum Musivum dissolveretur, præcipue, cum jam aliunde plurimæ essent luxatæ tesserulæ: Clemens igitur abjecto priori consilio, pro sua sagacitate aliud, idque facilius, magisque expeditum, securumque excogitavit. Itaque prius imagines ad exemplar exacte coloribus depingi, demum tessulas resolvi, easque diligenter asservari jussit, ut postea ex integro in pristinam, stabilioremque formam componerentur, insumptis huic operi duntaxat bis aureorum millibus.

§. XXIII.

Josephus Renatus Cardinalis Imperialis mortuus.

Hoc anno Sacrum Purpuratorum Collegium quatuor Cardinalium meritis insignium mortem luxerat: ex his primus erat Josephus Renatus Imperialis, Majorum quidem origine Genuen-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

nuensis, natus tamen in Urbe Uritana prope Francavillam inclytæ hujus Familiæ in Neapolis Regno feudun. Patrem habuit Michaelem Imperiali Francavillæ Principem, Matrem vero Birgittam de Grimaldis lectissimam prorsus Matronam, quæ Principis Monæci in Liguria litorea Soror erat. Natalis dies Josepho erat vigesima sexta Aprilis anni supra millesimum sexcentesimi quinquagesimi primi. Primævo naturæ beneficio eminuerat egregiis plane dotibus, memoria fideli, ingenio acri, multiplicis scientiæ capaci, indole benigna, sincera, ac liberali, & ut verbo absolvam, qua melior vix optari potuisset: Nec minor imo adhuc major erat in hoc juvene animus ad pietatem propensus, morum candor, vitæ innocentia veris solidisque virtutibus exornata. Infans adhuc erat, cum jam jam ob generis claritatem Cruce Ordinis Hierosolymitani decoraretur; adolescens vero animum appulit ad Philosophiæ & Juris prudentiæ studia, in quibus tam egregium fecerat progressum, ut ex literariis certaminibus æmulorum semper victor, nunquam victus recederet: Romam inde a celeberrimo Laurentio Cardinale Imperiali ejus Pro-Patruo vocatus, in Collegio Hungarico-Germanico sub magisterio

PP. de Somaſcha ſtudiorum curſus proſequebatur, non ſine maxima ingenii ſui commendatione; quocirca tam apud Alexandrum VII. quo ſedente Laurentius Romanæ Urbis Gubernator erat, quam apud Clementem X. gratia & favore plurimum valebat, a quo etiam inter Præſules relatus, Cameræ Apoſtolicæ Clericatum obtinuit. Sub Innocentio XI. ejusdem Cameræ Theſaurarius Generalis dictus, pro officii ſui munere contra quosdam Sueciæ Reginæ Domeſticos ſententiam pronuntiare cogebatur, qua tamen ſibi præfatæ Principis averſionem tantopere accerſebat, ut etiam Pontifex, quantumvis Joſepho propenſus, illum ad Purpuram evehere cunctaretur: meritorum tamen præſtantia ſuperabat alienæ indignationis metum, quo demum poſthabito Imperialis nondum trigeſimum nonum ætatis annum emenſus, ab Alexandro VIII. inter Cardinales relatus, Diaconia S. Georgii ad Vellum aureum, & poſtea Ferrarienſi legatione ornabatur. Sexennium in hoc munere poſuit, atque in utilitatem hujus Provinciæ plurima egit, pro Nobilibus adoleſcentibus Collegium, quod quia ex Alberti Pennæ legato conflatum erat, a Penna nomen habet & diu clauſum erat, iterum ape-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

aperuit, & vias tam incuria, quam vetustate destructas instauravit, novas construxit, aquas ubique stagnantes atque inquinatas arefecit, indeque aeris salubritatem restituit, tamque de Ferrariensibus populis sese optime meritum reddidit, ut in ejus honorem & grati animi monumentum Magistratus publice illi inscriptionem marmoreæ columnæ insculptam poneret. Præterea dum Italia funesto premebatur bello, laboranti Provinciæ annona sat copiosa subvenit, ingentemque pecuniæ vim Communitatibus tam sacris quam profanis mutuo dedit, ne quid in publicis hisce necessitatibus detrimenti caperent: publicos quoque auxit proventus, populosque nonnullis vectigalibus exoneravit, finesque Ecclesiasticæ ditionis contra vicinorum Principum excursus immota animi fortitudine, & quandoque etiam, id deposcente populorum incolumitate, armata vi servavit. Eodem tempore, quo Josephus hac legatione adeo strenue fungebatur, in ejusdem Urbis Episcopum electus fuit, ut qui cives suos totamque rempublicam summa integritate, solertia & fide Princeps rexerat, oves quoque suas pietatis, Religionis, ac Divini Verbi pabulo tanquam Pastor vigilantissimus pasceret. Seligebatur quo-

quoque hujus Viri probitas atque prudentia ad tollendas diſſenſiones inter Carolum VI. Cæſarem & Philippum V. Hiſpaniæ Regem de Hiſpanica Monarchia contendentes; eo fine Mediolanum anno hujus ſæculi undecimo Legatus *a latere* a Papa decretus, hanc legationem non minore fidelitate, quam liberalitate ac magnificentia ferme regali obibat: inde vero Romam reverſus, plurimis iisque dignioribus adſcriptus eſt Congregationibus, in quibus rara ſuæ integritatis atque eruditionis ſpecimina edidit: præcipue vero ejus impiger labor, atque aſſiduitas emicuit, dum Congregationis, quæ *de bono Regimine* nomen habet, Præfectura auctus, ipſemet cujusdam Provinciæ civitates & ditionis Eccleſiaſticæ oppida ſemel in anno in feriis autumnalibus ſuo ære luſtrabat, & ubi præſens adeſſe non poterat, nonnullos præfatæ Congregationis Præſules eo mittebat, ut ſuppeditatis a ſe ſumptibus viſitationem explerent, æs alienum a Communitatibus contractum expungerent, debitores ad ſolvendum adigerent, & auctis proventibus publicis, Pauperum inopiæ conſulerent, ac denique Principis ærarium amplificarent, & ſi viæ, ſi pontes aliaque publica ædificia reparatione indigerent,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

id tempestive eidem Congregationi referrent. Præterea Josephus præfatæ Congregationis jurisdictionem auxit, dum Bullam Clementis VIII. de bono Regimine confirmaret, atque a Clemente XII. extendi curaret. Hanc in rem ipsemet leges ad bonum regimen aptas & ad Ecclesiasticæ ditionis administrationem spectantes in unum codicem contraxit, & Andreæ Advocati Vecchi opera usus, publici juris fecit: Ceterum merita, quæ dignissimus ac maximæ experientiæ Cardinalis in hoc officio sibi comparaverat, Marius Guarnacius in sua Historia Pontificum tom. 1. p 362. his verbis complexus est. „Dominii hinc Ecclesiastici moderator „pene universalis, maximam in quolibet Pontificatu publicarum rerum „administrationis sibi partem attribuit. „Pontificibus libere, ac palam, loquebatur. Erat Justitiæ vindex, propositi tenax. Imperia, & Magistratus appetebat, adeptos non deponebat; laudem ex iis non lucrum quærens: ignavosque eos vocitabat, & gloriæ contemptores, qui dignitatum molestias refugerent, ut otiosam, atque imbellem agerent vitam. Patiens laboris, Pauperum solator, bonorum fautor; eos vero, quos in sui clientelam, vel patrocinium recipiebat, non „nisi

„nisi probos, omnique virtute prædi- Sæc. XVIII.
„tos esse patiebatur. Hinc quatuor, A.C. 1737.
„quos habuit Assessores, sociosque stu-
„diorum, maximis eos decoratos vidi-
„mus dignitatibus; quorum duo ad
„Cardinalatum evecti sunt, nempe Ra-
„phael Cosmus de Hieronymis, &
„Franciscus Landi Archiepiscopus Be-
„neventanus; alii vero duo Episcopa-
„li dignitate aucti fuerunt, nempe Phi-
„lipus a Turre postea Episcopus Had-
„rienſis, & Nicolaus Recchi, qui Pa-
„triæ suæ Ripæ Transonæ Episcopatui
„admotus fuit.

Attamen hic Cardinalis non modo œconomicis, sed & literariis occupationibus Zelum maxime industrium exhibuit: ut vero non modo suum literis excoleret ingenium sed & aliorum sciendi ardori satisfaceret, locupletissimam & summe magnificam extruxit Bibliothecam, quam Viris eruditione præstantibus, in quos munificentiæ genus omne profudit, semper patere voluit, ac ipsemet in ea integras absumpsit dies ab Ecclesiæ curis vacuas, quas tamen paucas habebat, quippe omnibus ferme Congregationibus Romanæ Curiæ adscriptus, illis tanta assiduitate, tamque invicta laboris patientia interfuit, ut Cardinalis vita irreprehensibilis, otii nescius, & omni hora operosus

Sæc. XVIII. A. C. 1737

rosus haberetur. Renuntiabatur insuper Præfectus Congregationis super disciplina regulari, Protector totius Ordinis Augustiniani, Congregationis Monasticæ Virginianæ, Academiæ Ecclesiasticæ, Collegii Apostolici Sacerdotum, Monialium pœnitentium, Collegii Hungarico-Germanici, ac denique Equestris Ordinis Melitensium, & Regni Neapolitani: Præsens quoque aderat Sacris comitiis, in quibus si meritorum suffragia inspicias, nemo alius Pontificia decoratus fuisset dignitate; obstare tamen videbatur vitium ætatis; tum enim non nisi quadragesimum nonum vitæ suæ annum attigerat: mortuo autem Carolo II. Hispaniarum Rege, prævaluerunt Gallicæ ac Hispanæ partis Cardinales, quorum suffragiis electus erat Clemens XI. Gallis plurimum addictus, unde Imperialis suum erga Domum Austriacam studium tanta prudentia & circumspectione moderabatur, ut nec Cæsari suspectus, nec Pontifici exosus fieret: caute enim publicis sese ingesserat negotiis, animumque a partium studio alienum semper monstraverat, curis literariis solertius ideo intentus, ut profanis incumbendi occasiones tutius declinaret. Eo fine coempto Severolino Patratio Pizzardinorum Academiam Ro-

mæ

mæ fundaverat, in qua Romanam juventutem in Eccleſiæ Canonibus, ritibusque probe inſtitui, & cuivis Alumno ſeptem aureos quovis menſe in victus & habitationis impenſas erogari voluit. Nec tamen literario huic otio adeo quiete vacare poterat Cardinalis, quin a Clemente XI. ad exteras adhiberetur occupationes; cum enim clientes beneficiarii immodicis oneribus a ſuis Dominis gravari, vehementer quererentur, horum cauſſam dijudicare juſſus eſt Imperialis, qui collatis inter ſe feudalibus libris antiquis & novis ſubditos ultra modum vexari deprehendit, moxque deſuper Papam certiorem reddidit, cujus ſtatuto Pontificiorum Vaſallorum poteſtas in ſubditos ad æquitatis leges revocata fuit: Abſoluto hoc negotio Pontifex Joſephum cum ceteris ſelegit, ut hanc quæſtionem diſcuteret: utrum Carolus III. pro legitimo Hiſpaniarum Rege habendus ſit? diſcuſſis igitur hujus ac competitoris ſui Philippi V. meritis ac juribus, Cardinalis affirmando reſpondit, atque a Papa Legatus a Latere Mediolanum, ut Carolum in Germaniam reverſum exciperet, miſſus eidem S. Clementis exuvias, necnon Sacri Ligni particulam auro gemmisque diſtinctam dono dedit: Hoc tamen

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

obſe-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

obsequio in Hispanorum odia offensionesque tam infeliciter irruit, ut Cardinales horum partibus addicti, atque implacabiles, in suo Imperialem a Pontificatu excludendi studio, in omnibus S. comitiis latæ ab ipso sententiæ memoriam refricarent: Verum Cardinalis his minime commotus, demandatam sibi provinciam ea magnificentia, quæ Apostolicum Legatum *a latere* deceret, obire statuit, ac itinere Cremonam usque continuato a Julio Comite Viscontio Cæsaris Ministro honorifice exceptus, Laudo-Pompejæ biduo substitit, ut pro centum viginti famulis suis vestiaria tam ingressui, quam Cæsaris alloquio consentanea confici possent. Die octava Novembris ipse Rex Legato sexjuges equos submisit, & ad Romanam portam vecto unius horæ itinere obviam processit, cui Cardinalis curru descendens, Pontificium diploma tradidit, quo facto ambo cum splendido comitatu per præcipuas Urbis plateas ad Ecclesiam Cathedralem equitabant, Clericis instructo ordine præeuntibus. Post solemnem hunc ingressum ad Regis alloquium admissus, atque ab eo omnibus benevolentiæ ac honorum testificationibus cumulatus eodem, quo venerat, festivo comitatu Urbe excessit, Romam reversurus.

Hac

Hac legatione functus, anno hujus sæculi decimo septimo Hiberniæ Protector nominabatur, qua occasione Jacobo III. Angliæ Regi officiosæ salutationis obsequium prima vice exsolvit: Postea Sacræ Inquisitionis Romanæ Assessor Genuam a Papa decernebatur, Senatum eo adducere jussus, ut Alberonium Cardinalem dimitteret, Romanæ Curiæ tradendum; eo tamen jamjam fuga elapso Pontifex præcipue Imperialis opera & consilio utebatur in Congregationibus, quæ pro discutienda ipsius causa institutæ fuerant. Mortuo demum Clemente XI. Papa Cardinalis sacris interfuit comitiis, in quibus Cardinalis de Althan tanquam Cæsareus Orator sese Paolutii Cardinalis electioni opponebat, id ægerrime ferentibus Corradinio & Imperiali, quorum ultimus post Innocentii XIII. obitum in conclavi saniores ex suffragatoribus Purpuratis sibi faventes habebat, solis obsistentibus Gallis, qui Imperialem abs dubio a Franciæ Rege exclusum iri minitabantur. Electo igitur Benedicto XIII. Imperialis totum sese in Ecclesiæ utilitatem impendit, planeque visus est Purpuram & dignitates ideo gerere, ut ex eis nihil sibi nisi occasionem bene de omnibus merendi, & concordiam inter dissidentes revocandi decerpe-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

cerperet ; si quidem arbiter adoptatus litem occasione hæreditatis a Cardinale Salerno relictæ inter ejus Affines & Jesuitas exortam componere, toto virium conatu adlaborabat ; pari etiam studio Barberinium in gratiam Cæsaris reducere, & Jacobum Angliæ Regem cum sua Conjuge reconciliare stagebat : His omnibus meritis cumulum & perfectionem addebat indefessum ejus studium, quo Sedis Apostolicæ *jura* intacta servare nitebatur ; *quapropter* immodicis privilegiis, quibus Benedictus Papa Sardiniæ Regem augebat sese cum ceteris Cardinalibus ore & calamo vehementer oppositi, exhaustumque Apostolicæ Cameræ ærarium restaurare studuit, totusque in eo fuit, ut Coscium & Bichium, quos Cardinalium Collegio dedecori fore crediderat, a Purpura arceret, quamvis hæc ipsa ejus oppositio postmodum sibi oppido fatalis esset ; cum enim defuncto Benedicto XIII. de Imperiali in Papam eligendo tam impense, tamque serio ageretur, ut ex quadraginta duobus Purpuratis unius duntaxat Cardinalis suffragium ad Canonicam ipsius electionem deesset, Bentivolius Marchionem de Monteleone Hispanum Romæ Oratorem eo adigebat, ut nomine sui Regis eum a tiara excluſum declararet,

raret, cauſſatus, hunc immodico erga Auſtriacam Domum affectu ferri, odio ſuo in Bichium reconciliationem Luſitanæ cum Aula Romana præpediiſſe, & ſeſe Sardiniæ Regis conſiliis ultra modum oppoſuiſſe &c. Hæc in Imperialis invidiam Bentivolius privatæ magis ſuæque indignationi, quam ſedis Apoſtolicæ commodo ac honori conſulens propoſuit; nemo quidem prudentum ſecundis auribus nec absque privatæ ultionis ac malevolentiæ ſuſpicione hujus Cardinalis ſermonem excepit; notum enim erat plerisque, quod in Imperialem ceteroquin ab omnibus vitiis alienum vindicta exardeſceret ob injuriam, quam Bentivolio fratri ſuo propter morum pravitatem cuſtodiæ dato ab Imperiali tum Ferrarienſi Legato irrogatam fuiſſe autumabat: nihilominus cum Bentivolius altius inclamaret, & palam minitaretur, ſe non modo ex conclavi diſceſſurum, ſed etiam Imperialem ab Hiſpaniarum Rege nunquam pro Papa habendum, tantum apud ceteros valebat, ut Imperialis Pontificatus ſpe penitus excideret, dolentibus Cardinalium potiſſimis, & ipſis quoque Gallis, ac æmulis, qui Imperialem generis nobilitate, venerandæ ſenectutis canitie, ingenii vigore, ſcientiarum eminentia, diuturna re-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

rum experientia, morum probitate, vitæque integritate ceteris omnibus digniorem Pontificatu judicabant, ac vel ideo longe dignissimum, quia solus Imperialis se tanta dignitate indignissimum reputabat, ac in eo unico suæ felicitatis cumulum reponebat, quod ad ultimum usque vitæ suæ halitum sua sedi Apostolicæ obsequia dicare potuerit; unde ipsi etiam Clementi XII. tanta de ejus prona voluntate, prudentia ac moderatione existimatio, & fiducia, ut ejus opera ac consilio fere omnibus in negotiis uteretur; sic ad dijudicandam Coscias Cardinalis causam, ad componenda Polonæ successionis dissidia, ad restauranda commercia, aliaque sane gravissima, & maxime ardua adhibebatur Imperialis admiranda in rebus agendis dexteritas ac solertia: His laboribus immortuus, ac viribus pene exhaustus, die decima quinta Januarii octogenarius vivere desiit sepultus in Ecclesia S. Augustini de Urbe. Ceterum hic Cardinalis omni genere virtutum ornatissimus, morum gratia, mentis candore, magnanimitate, oris dignitate ac gravitate cum quadam specie mansuetudinis mirifice conjuncta & inter publicas & aulicas curas ac dignitates integra semper illuxit fama, & plane illæsæ ejus innocentiæ

centiæ invictissimum erat argumentum quod, cum adeo multos haberet æmulos, nemo aliquis ei labem ullam dedecoris aut vitii esset ausus impingere. Pauperum insuper inopiæ aures manusque semper habuit liberaliter apertas, in quos præter plurima pie legata etiam octo aureorum millia post mortem distribui jussit. Denique locupletissimam suam Bibliothecam, cujus repertorium Justus Fontaninus confecerat, omnium Eruditorum usui apertam esse voluit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXIV.

Curtii Origi Cardinalis obitus.

Alter, cujus mortem Sacrum Purpuratorum Collegium hoc anno deploravit, erat Curtius Origus patria Romanus, qui parentibus nobilitate claris, Marchione Caspare, & Maria Laura de Palumbaria die nona Martij anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo primo natus est. Ipso naturæ beneficio acre & excitatum nactus ingenium, nec ipse sibi ulla in re, vel morum integritate, vel discendi ardore ac diligentia defuit. Traditus insuper erat optimis Institutoribus ad eruditendam juventutem præclare natis, quorum dexteritate intra brevissimum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

temporis ſpatium non modo literarum rudimenta, ſed & altiores diſciplinas ad maturitatem perduxit. His probe imbutus, animum ad jurisprudentiam applicuit, quo in ſtudio tam felices fecit progreſſus, ut in Romana Univerſitate Doctoratus nomen & inſignia promereretur. Sic ingenii ſtudiique alacritate mirificam ſui exſpectationem movit, tantaque apud Innocentium XI. Papam gratia valuit, ut in Albo Præſulum Romanorum & Protonotariorum Apoſtolicorum referretur: Paulopoſt Congregationi *de bono regimine* aggregatus, inter Judices æconomico gubernio ditionis Eccleſiaſticæ præpoſitos locum obtinuit, inde Auditor Signaturæ, ut vocant, *juſtitiæ* renuntiatus, Cameræ Apoſtolicæ Pro-Directorem egit. Quanta vero *induſtria*, quantave vaſtæ eruditionis commendatione in difficillimis hiſce muneribus omnes fori controverſias, omnesque Jurisprudentiæ latebras luſtraverit, loquuntur relicta ingenii ſui monumenta, ac deciſiones. His meritis clarus Virorum ſua ætate maximorum, & præcipue Corſinii Cardinalis benevolentiam ſibi conciliabat, a quo etiam ad Pontificatum aſſumpto libellorum ſupplicum Secretarius dictus Congregationibus Avenionenſi & Lauretanæ adjectus

ctus fuit, & paulopoſt Congregationi, quæ *Sacra conſulta* vocatur, a ſecretis eſſe meruit. Hæc prima erant laborum præmia. creſcente autem indies meritorum fama ab eodem Clemente XI. Papa Cardinalium Collegio adſcriptus eſt, quinto autem poſt anno perarduam Legationem Bononienſem obire juſſus, quinto poſt adventum Menſe ex humanitatis officio non levem ſibi accerſiverat moleſtiam. Res ita accidit: Advenerat Taurino Bononiam Comes de Peterborough Angliæ Par, hunc Jacobus III. Angliæ Rex, quem *Prætendentem* vocant, in vitam & libertatem ſuam conſpirare, ſuſpicabatur, ac propterea Cardinalem Origum Sedis Apoſtolicæ Legatum ſollicitabat, ut illum unacum ſuis famulis cuſtodiæ dari juberet: Annuit nimia facilitate ejus votis Legatus, & die undecima Septembris miſſa militum manu Comitem ad Urbanam arcem captum abduci, omnes ejus ciſtas ſigillo muniri, ipſiusque famulos in publicos Urbis carceres compingi præcepit. Fit ſevera inquiſitio, ſedulo excutiuntur omnia ſcrinia, & chartæ, ſed nec minimum factæ accuſationis veſtigium apparet: iterato ad examen vocatur Comes, proponuntur eidem ſex præcipua accuſationum capita, quæ tamen ipſe omnia

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

tam liquidis rationibus diluit, ut ejus innocentia luculenter pateret: Eapropter Comes graviter de illata injuria questus sibi palam satisfieri postulabat, &, quod rei conditionem adhuc pejorem fecerat, ipse etiam Guilielmus Britanniæ Magnæ Rex ejusque Parlamentum sibimet hanc contumeliam fuisse irrogatam reputans, additis etiam minis a summo Pontifice petiit, ut ab Origo Legato suo injustæ captivitatis pœnas deposceret. Actum diu ac serio de reconciliationis modo, ac tandem utrinque conventum, ut præstita satisfactio hac ratione fieret. Die decima quinta Octobris Cardinalis Origus currum suum ad Urbanam arcem mitteret, in eoque Comitem ad Urbem deductum decima septima ejusdem Mensis in suo Palatio magnifica prorsus pompa exciperet, ac singularibus honorum existimationisque significationibus cumulato, intimum cordis sui dolorem testaretur, quod præcipiti nimis consilio in ejus captivitatem consensisset; demum declararet, se propterea a summo Pontifice acriter reprehensum fuisse, sibique gravius exprobratum, quod temerariis Prætendentis suspicionibus, ac iteratis ejusdem sollicitationibus sese ad hoc facinus inducere passus fuisset: Ipse vero Jacobus Rex suæ familiæ

familiæ Nobilem ad Comitem ablegaret, qui factum excuſaret, rejecta culpa in ejus hoſtes, qui falſum hunc rumorem in vulgus ſparſiſſent: Hoc deprecationis officio ſatis Comiti factum; aſt non eadem flexibilitate Angliæ Rex, ejusque Parlamentum oblatam acceptabat ſatisfactionem, jamque rumor haud incertus vulgabat, in Mahunenſi portu duas triremes gravioris molis tormentis pluribus inſtructas, & octo naves incendiarias eſſe paratas, ut Pontificium Urbis veteris portum injectis pilis ferreis nitrato pulvere fartis vaſtarent. Verum aliorum Principum opera in has tandem itum eſt leges, ut Pontifex ad potentem quemdam Principem Catholicum Angliæ Regi fœdere junctum literas propria manu exaratas & ab hoc Britanniæ Regi exhibendas daret, ſimulque in illis declararet, ſe inſcio, & ſine Apoſtolicæ Cancellariæ mandato Bononienſem Legatum eo proceſſiſſe, ut per injuſtam vim ex male fundata, falſaque ſuſpicione Comitem de Peterborough cuſtodiæ dari juberet: ipſe vero Origus Cardinalis Legatus, necnon Cardinalis Paoluccius Pontificii ſtatus Secretarius ad Bingium Anglicum Mediterranei maris Præfectum epiſtolam mitterent, in qua Origus ſpecialiter profiteretur, ſe ſuis amicis complacendi

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ſtudio, ex temeraria ſuſpicione, cujus tamen falſitatem nunc agnoſceret, Britanniæ Magnæ Parem in ſuo per Pontificias ditiones tranſitu intercipi præceperit, ſe jamjam hunc errorem coram ſua Sanctitate deprecatum fuiſſe, ac etiamnum a ſua Britannica Majeſtate veniam petere: Adimpletis hiſce conditionibus fatale hoc negotium penitus diremptum eſt, Origus vero per integrum adhuc quadriennium Bononienſi Legationi non ſine maxima nominis ſui commendatione præfuit: Mortuo demum Clemente XI. Romæ in comitiis ad electionem Innocentii XIII. ſuum quoque contulit ſuffragium, a novo hoc Pontifice in Præfectum S. Concilii Congregationis electus. Demum a Benedicto XIII. qui *poſt Innocentii* obitum D. Petri Cathedram moderabatur, maximi habitus, urgente Polignaco Cardinale Franciæ Legato duodecim Noaillii Cardinalis articulos examinare, & Bichi Luſitani Nuntii cauſſam diſcutere juſſus eſt, in utroque autem negotio præclara ſuæ moderationis ac prudentiæ ſpecimina edidit: Poſtea Romanæ Inquiſitionis Congregationi a ſecretis dicebatur, ut juſtitiam, ac fidei puritatem, quam ſemper impenſe coluerat, etiam exortis Religionis diſſidiis ſtrenue vindicaret.

Inter.

Interfuit jam tertiis comitiis, in quibus, si ejus merita prævaluissent, abs omni controversia ad supremos Apostolatus honores evectus fuisset: Ast Origo dignitates promeruisse, satis fuit; non enim labores propter honorem, sed honorem propter labores, quos in Ecclesiæ commodum subiret, ambiebat, quapropter a Clemente XII. neo-electo Papa gravissimis negotiis adhibitus, perarduas lites cum Lusitano & Sabaudo Regibus componere, & in Cosciæ caussam inquirere coactus est, ubi semper, cum mitissimæ esset indolis, benigniorem tulit sententiam: Anno autem hujus sæculi trigesimo sexto tam gravi opprimebatur morbo, ut omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus, extremam vitæ horam omni ferme momento præstolaretur: convaluit equidem, mox tamen ex nimia virium debilitate morbi vehementia adeo augebatur, ut die decima octava Martij anni sequentis ætate meritisque gravis anno vitæ septuagesimo sexto naturæ concederet: sepultus est in tituli sui Ecclesia ad S. Eustachium in monumento, quod mortis memor sibi vivens posuit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXV.

Henrici de Bissy Cardinalis decessus.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Præsul maxime venerandus, æternaque laude dignissimus Henricus de Thyard de Bissy natus est in Burgundia die vigesima quinta Maij anno a reparata salute millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo. Patrem habuit Illustrissimum Comitem Claudium Regiorum Ordinum Equitem auratum, & Matrem Eleonoram Angelicam de Nucheze præclari generis, ac virtutis Matronam. Ab his Henricus Christianæ Religionis fundamenta uberrime edoctus, quasi hæreditaria sorte traditam accepit pietatem, & eruditionis ardorem; in prima statim ætate probitatis ac sagacitatis igniculi tam luculenter elucebant, ut ad res præclare gerendas, & magna Ecclesiæ obsequia olim præstanda ipso naturæ beneficio procreatus crederetur. Hac ipsa naturali aptitudine atque animi propensione ad Ecclesiasticum statum incitatus, in græcis hebraicisque literis utpote intrinsecis hermeneuticis subsidiis felices optatosque progressus fecit, moxque animum ad sacratiores disciplinas adjecit; unde Theologicis & Canonicis institutis probe instructus, Clericali militiæ nomen dedit, factoque publico suæ doctrinæ experimento in Sorbona Doctoratus honores adeptus est. Tum vero Sacri Codicis Sanctorum

ctorumque Patrum lectioni sedulo intentus, fidei veritates adversus Sectarios tueri studuit, seque in controversiis tam dogmaticis quam Theologicis versatissimum reddidit. Hac doctrina Ecclesiastico Viro admodum necessaria spectatus, omnium oculos, amorem atque admirationem in se convertit: præcipue vero a Patre de la Chaise, qui Ludovico XIV. Galliarum Regi a confessionibus erat, maximi habitus, Abbas Nobiliaci dictus est, brevique amplioribus fulsit Ecclesiæ dignitatibus; anno enim Christi millesimo sexcentesimo octogesimo septimo Tullensis Episcopus renuntiatur, quam Ecclesiam per septendecim annos non sine maximo Apostolici Zeli elogio rexerat, factus forma gregis, Franciæ lumen, Ecclesiæ ornamentum, & Episcopalis Ordinis gloria, sedisque Apostolicæ fulcimentum: siquidem Romanæ Ecclesiæ dogmata, eorumque orthodoxiam, Ecclesiasticas immunitates, & summi Pontificis infallibilitatem ore & calamo tam strenue propugnabat, ut in gratitudinis signum, & meriti commendationem sœpius paternis summorum Pontificum literis fuerit honoratus: nec remissiore affectu ipsemet Franciæ Rex hunc Præsulem prosequebatur, a quo etiam ad Burdegalensem Archie-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Archiepiscopatum nominatus est, quam tamen Ecclesiam justis de caussis ac ceptare renuebat; ne vero Rex sum amorem sine publica testificatione, hujus Præsulis merita sine præmio re linqueret, eum Tricensi, Fontana &S Germani de Pratis Abbatiis auxit: eam autem Meldensis Urbs & Ecclesia, olim primi Hugonotici conventus sedes fuis set, hique ejectis Catholicis veram fi dem eliminare studuissent, ad sanan da tam acerba Religioni inflicta vulne ra peritissimo opus erat Medico, quo circa Rex mortuo percelebri Jacobo Be nigno Bossuet Episcopo ad hanc Eccle siam Henricum acerrimum Sectario rum profligatorem, invictumque veri tatis Heroem præ ceteris nominavit:

Hac dignitate conspicuus ad debel landos Jansenistarum errores amplissi mum Zeli sui campum sibi aperiri, sum mopere lætabatur, ac præprimis con tra eos anno hujus sæculi decimo in structionem edidit Pastoralem, in qua Ecclesiæ auctoritatem in decidendis factis dogmaticis egregie stabilivit, & P. Juenini Institutiones Theologicas proscripsit: non defuere tamen, qui Henrici lucubrationem impugnare mo lirentur; ipse vero eorum subterfugia tam anno hujus sæculi duodecimo, quam

quam decimo sexto doctissimis observationibus confutavit, non sine maximo summi Pontificis omniumque recte sentientium applausu atque approbatione. Ampliorem adhuc laudem sibi conciliabat, dum pro Constitutione *Unigenitus*, quæ tantos in Gallia motus ciebat, juratissimo studio semper stetit, ac decisionis hujus Pontificiæ hostes acerrime insectatus, eorum erroribus tenacissimus fidei Catholicæ assertor sese opposuit. Nec id suo caruit fructu; si enim hæc pestis in aliquibus Franciæ Provinciis repressa fuit, certe conservatæ puritatis felicitas maximam partem Henrici vigilantiæ, ejusque solidis lucubrationibus, debebatur. Hinc Ludovicus XIV. Franciæ Rex egregium hunc Pastorem, per quem publica salus staret, Sacra etiam Purpura ornandum censuit, ne talis tantusque Vir, in quo quicquid erat, splendebat, & quidquid in eo splenduit, virtutis fulgor erat, ab ullo ignoraretur. Itaque ad Regis preces inter Cardinales cooptatus est a Clemente XI. Papa, qui, dum ejus inaugurationem in Consistorio ut vocant, secreto promulgabat, ejus laudes his verbis complexus est: *Creare similiter intendimus alium Cardinalem, nempe Venerabilem Fratrem Henricum de Thyard de Bissy Episcopum Meldensem, cujus*

Sæc.XVIII. A.C. 1737.

Sæc. XVIII A. C. 1737.

*cujus eximia in Nos, in Ecclesiam unive-sam, imo & in ipsam Catholicam Religio-nem merita sive pro Ecclesiastica libertate tuenda, cum Tullensi Ecclesiæ præesset, sive pro orthodoxæ veritate doctrinæ propugnanda, postquam ad Meldensem translatus fuit, satis nobis comperta sunt, & nota. Pro-*fuit præterea Henricus plurimum Meldensi Ecclesiæ; illam siquidem pluribus ornavit monumentis, ædes Episcopales reparavit, atque ad elegantiorem formam reduxit, necnon in Ecclesia Cathedrali Altare majus erexit, magnifico prorsus sumptu, pretiosisque ornamentis. Magnis quoque expensis novas aperuit scholas, largis assignatis stipendiis pro selectioribus Philosophiæ & Theologiæ studiosis. Ac denique antecessorum suorum statuta *pro restaurandaCleri sui disciplina* in unum collegit librum, & novis, iisque oppido salutaribus auxit. In primis vero curis habuit, errorum Zizania in agro Dominico succrescentia penitus extirpare. Eo fine Ludovico Regi usque ad extremum vitæ halitum immote assistit, ac sedulo accessum Cardinali Noailio Archiepiscopo ad Regem moribundum præpedivit, ne ejus suasionibus Regia statuta contra Jansenistas edita forte immutarentur. Nil tamen interea misit eorum, quæ ad hunc Cardinalem

Sacra-

Sacræ Sedi conciliandum conferre censebat; præcipue vero cum Cardinale de Rohan amico suo de sancienda unione, & componenda gravi hac controversia in consultationem venit, annuitque, ut ejusdem Vicarius Generalis Abbas Cavalierus Romam decerneretur, qui de opportunis hæc dissidia tollendi mediis cum summo Pontifice ageret. Postquam vero Jansenistarum oppositio ad eum temeritatis gradum pervenit, ut etiam a Papa ad generale Concilium, ad Lutheri imitationem provocarent, ac reipsa quatuor Franciæ Præsules appellarent, Henricus contra illos scriptum gravi rationum pondere præstantissimum elucubrabat, quod tamen, cum illud Regius Procurator ceu Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus adversum denuntiaret, non modo typis edere prohibitum, sed etiam Parisino Clero Comitia habere vetitum, ne fors plura ejusmodi scripta publicis juris fierent. Attamen quo impellente hoc edictum fuerit extortum, Henricus haud ignarus, Aurelianensem Ducem, qui Ludovico XV. ob ætatem regiminis impare, Regnum moderabatur, questum ibat, junctaque ceterorum Præsulum opera tantum effecit, ut Dux encyclica epistola ad omnes Franciæ Episcopos data declararet, omni

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

omni legum severitate & tota Regiæ auctoritatis mole esse premendos, si qui Diœcesani in Episcopalem auctoritatem insurgere, vel revocandæ pacis molimina aut per appellationem sine necessitate aut per alias præpostera vias interturbare præsumpserint, eorumque in hoc casu integrum esse, ad Regentem recurrere. Hoc Principis edicto fretus Cardinalis Bissius, paritura epistola ad Præsules Constitutioni favorentes data declarabat, ex ipsius etiam Serenissimi Regentis mente omnes appellationes omnino nullas, irritasque & verbum: *Sine necessitate* primum a Cancellario nequiter fuisse intrusum. Verum Cancellarius inde graviter offensus, Parlamentum Parisiense sollicitabat, ut Cardinalis epistolam publico edicto proscriberet, quod tamen Aurelianensis Dux præpedivit.

Nec propterea Meldense Capitulum absterrebatur, quominus Appellantibus accedere pararet: solus Cardinalis cum paucis velut murum æneum se eorum conatibus opposuit, & a Regni Administratore impetravit, ut Meldensi Clero appellandi facultas penitus interciperetur: Id vehementer pupugit Noailium, qui tam importune Regentis aures verberabat, ut hic mutata ani-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

sui sententia Regiis Secretariis inhiberet, ne deinceps editis decretis Clericos ab appellandi jure excluderent. In eo tum statu erat Constitutionis negotium, cum ipsemet Cardinalis pro terminanda hac lite opportunum censeret, quod præter Constitutionem & quadraginta Episcoporum Instructionem, Noaillii Cardinalis declaratio reciperetur, salva tamen fidei puritate, Ecclesiæ judicio, & sincera subjectione erga summi Pontificis decisiones. Quid vero hac in re postea actum fuerit, jam in decursu historiæ nostræ relatum est.

Porro Cardinalis Romam delatus, Innocentii XIII. electioni interfuit, ac inde in Franciam reversus, ultro abdicata Nobiliacensi Abbatia, Ludovici XV. Regis inaugurationi Rhemis adstitit, sequenti vero anno contra Quesnellistas in Pontificiæ potestatis defensionem, & Appellantium confusionem Pastoralem edidit Instructionem, qua hi impotenter exacerbati, se, etiamsi anathemate percellerentur, immote tamen suæ inhæsuros appellationi declarabant. Nec his contenti, insuper Parisiense Parlamentum ipsis aliunde sat propitium instigarunt, ut in hanc Cardinalis instructionem inquiri juberet. Horum tamen machinationibus

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ſuperior erat Cardinalis auctoritas; i
fus enim Regem adiit, eique expoſu
ejusmodi attentata Eccleſiæ, ſuæq
dignitati ſummopere derogare, ma
que exempli pravitatem inducere: E
propter Rex totum hoc negotium d
ſcuti, & in Cardinalis favorem co
tra Parlamenti auſus honorificum pa
ſus decretum promulgari, ac dema
illud ad acta referri juſſit: Nec hic ſteti
Regius in meritiſſimum hunc Virum
favor; quippe Rex illum Equeſtris Or
dinis S. Spiritus inſignibus donavit,
eique Romam ad S. Comitia properanti
literas commendatitias Regiæ benevo
lentiæ teſtes dedit. Mirum autem di
ctu, quam ſingulari animi lætitia Car
dinalem affecerit Benedicti XIII. ele
ctio, & Fleury Foro-Julienſis Epiſco
pi nominatio in primarium Regis Ad
miniſtrum; illius enim ſanctitate, &
hujus religione Quesnelliſtarum pertı
naciam fractum iri certo ſperabat: Nec
ſua eam fefellit fiducia; quippe impe
lente Fleuryo Franciæ Præſules Co
ſtitutionis hoſtibus ſeſe conſtantiſſime
oppoſuerunt, eoque fine Pariſiis Præ
ſide Biſſio Cardinale congregati in Pa
latio S. Germani de Pratis comitia ha
buere, in quibus Catholicæ veritatis
dogmata, & præcipue articulum de
ſanctiſſima Euchariſtia ad populi Inſtru
ctionem

ctionem explicarunt, auctoritatemque Ecclesiæ Romanæ adversus quosdam novatores egregie vindicarunt. Eminuit præ ceteris Zelus Cardinalis nostri, qui etiam Pontificis jura & Constitutionis æquitatem edita scriptione ac solidissimis rationibus demonstrabat; quamvis ipsa veritas tam luculenter patefacta Cardinali tam acerbum Jansenistarum odium pareret, ut suis lamentis & calumniis invictum hunc Franciæ Herculem triginta leucis a Parisina urbe extorrem fieri procurarent: brevi tamen detecta malevolorum nequitia Cardinalis victor inter festivas proborum acclamationes Parisios revocatus est. Paulopost idem fatum, eodemque successu tulit, quin propterea devios in viam veritatis reducere, & diuturna hæc, quibus Gallicana scindebatur Ecclesia, dissidia componere cessaret; eo fine frequens ipsi cum Rohanio & Polignaco consultatio, & de celebranda Synodo Nationali cum Rege colloquium, cujus tamen non alius erat fructus, nisi glorioli conatus meritum, & benignionis fortunæ spes. Demum Cardinalis Bissius laborum assiduitate fractus, ac lento corporis languore tabescens, vitæ suæ finem appropinquare præsentiebat, quocirca sepositis omnibus aliis curis, unice de Deo,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII, A. C. 1737.

& animæ suæ salute sollicitus, post quam suprema morientium præsidia non minori pietatis sensu, quam intrepidi animi fortitudine receperat, animam Parisiis in Abbatia S. Germani exhalabat die vigesima sexta Julii anno ætatis octogesimo primo nondum expleto. Corpus ejus ad Cathedralem Ecclesiam translatum tertio post die tumulatum est in Crypta, quam ipse vivens pro humandis Meldensibus Episcopis construi curavit.

Cæterum Princeps erat Religionis Zelo, morum probitate, ac eruditionis ubertate suo ævo celebratissimus. Historiam quoque Ecclesiæ Meldensis, quam P. Tussano du Plessis Monacho Benedictino Congregationis S. Mauri conscribendam demandavit, suis sumptibus & cura anno hujus sæculi trigesimo primo evulgavit: Parochiales etiam suæ Diœcesis Ecclesias proprio ære instauravit, auxitque, pluraque alia memoratu dignissima, in Divini cultus incrementum, Ecclesiæ præsidium, & ad sui nominis immortalitatem gessit.

Porro in hujus Purpurati exequiis perelegantem orationem funebrem in Meldensi Cathedrali die quinta Decembris habuit Abbas Seguyus ejusdem Eccle-

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

Ecclesiæ Canonicus, qui in hæc verba: Machab. II. c. 15. v. 12. *Erat hujuscemodi visus: Onjam, qui fuerat summus Sacerdos, Virum bonum & benignum verecundum visu, modestum moribus & eloquio decorum &c.* Sermonem suum partitus ostendit, hunc Cardinalem I. præclarum bonitatis & Evangelicæ humilitatis exemplum exstitisse in medio maximarum dignitatum, quibus in Ecclesia fulsit. II. Consummatam fuisse normam Zeli & Apostolicæ solicitudinis in gravissimis ministeriis, quæ propter Religionem obibat: Zelus vere Episcopalis indidit ardorem omnes explendi partes, quas suæ Ecclesiæ particulari debebat, ejus quoque Zelus universalis ipsum adegit, ut suas curas in universam Ecclesiam extenderet, & ejus Zelus potentissimus ipsum adjuvit, ut cuncta potenter & feliciter exequeretur &c.

§. XXVI.

Antonii Felicis Zondadarii Cardinalis extrema.

Vitam ac lucem Antonio Felici Zondadario Senensis dedit Civitas anno prioris sæculi sexagesimo quinto die decima tertia Decembris. Habuit is

Sæc. XVIII. A. C. 1737

Patrem Anſanum, & Matrem Aguetam Chiſiam Alexandri VII. Papæ Neptin Nobiliſſima ejus Familia, quæ pluribus abhinc ſæculis, opibus, præclarisque fulget affinitatibus, longe maximum accepit incrementum ex ipſius Antonii meritis. Prima illuſtrium Parentum cura erat, ut hunc Filiolum ſuum, in quo haud obſcura excelſi animi & ad ſapientiam apti ingenii ſigna deprehenderant, in Chriſtianæ pietatis officiis, & primis ſtudiorum rudimentis gnaviter inſtituerent: Igitur his fundamentis tam ſolide poſitis, ex conſilio Amicorum imberbis adhuc Romam mittitur, curæ ac diſciplinæ Avunculi ſui Fleurii Cardinalis Chiſii commiſſus. Eo promovente ſeveriores hauſit ſcientias, Philoſophiam, Theologiam, & Jurisprudentiæ præcepta. Dignus itaque præ aliis viſus eſt, ut ejus Avunculus Abbatiam S. Lanfranci eidem cederet, & Innocentius XII. illum inter Præſules Romanæ Curiæ referret, necnon Congregationi Fabricæ Vaticanæ aggregaret, ac demum Bononienſem nominaret Pro-Legatum. Inde Antonius in Congregationem Sacræ Conſultationis translatus inter Præſules illos adſcribebatur, qui *Ponentes* eo in Tribunali vocantur: demum vero Anconitanæ Urbis Gubernator renuntia-

tus

tus est. His muneribus cum summa integritate perfunctus, ad clariora Apostolicæ sedis officia a Pontifice vocabatur, præprimis ergo Archiepiscopus Damascenus dicitur, ac Nuntius Apostolicus eligitur, ut Romam venientem Joannis III. Sobieskii Poloniæ Regis viduam Mariam Casimiram Ludovicam in finibus status Pontificii officiosa salutatione exciperet. Tunc enimvero Pontificiam Majestatem Regiæ Hospitis obsequio mirifice attemperabat. Paulopost Hispana Nuntiatura Virum reposcebat, in quo fides summa cum comprobata rerum publicarum experientia, & Principum animos reconciliandi dexteritate una concurreret: hinc non in alium, quam in Zondadarium Clemens XI. oculos & consilia conjecit, cui etiam negotium dedit, ut Philippum V. Hispaniarum Regem ad pacem cum Josepho I. Imperatore ineundam inclinare niteretur. Ergo anno hujus Sæculi secundo, cum honorifico comitatu instructam navim conscendit, secundisque primo ventis in altum procurrit, ast repente in navis exitium conjurans furentium Austrorum violentia exiguam Antonio salutis fiduciam reliquit, quippe navigium per plures horas lancipiti prorsus fide ab anchoris pendens fluctuabat,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

bat, tandem vero ventis aliquantulum secura pace compositis, velorum remorumque conniſu Nuntius periculum eluctatus, Calaris Portum attigit, & navigatione felicius promota Madritum pervenit. Ibidem obtenta mox alloquii copia a Philippo V. Rege omnibus singularis benevolentiæ signis excipitur, illumque etiam in castris sequitur. Adstitit quoque Regi illa ipsa die, qua apud Nuceriam in agro Mantuano pugnatum est. Regem præterea comitabatur tribus sequentibus annis, quibus in Extremadura aliisque Hispaniæ Provinciis bellum gerebatur. Cum autem Antonius in rei summa parum proficere posset, Romam reversus est; postquam vero anno Christi milleſimo septingenteſimo sexto Franciscus Aquaviva ad Purpuram promotus erat, eidem in munere Nuntii Ordinarii Regnorum Hispaniæ suffectus est. Ubi per integrum biennium & amplius Regis gratia ac singularis favor prorsus inviolatus steterat: interfuit quoque omnibus eo tempore institutis solemnitatibus, liberum insuper, quandocunque placuit, habuit accessum ad Regem, nihilque fortunæ tam propitiæ deesse videbatur, quam felicitatis constantia. Cum enim ob jus succedendi in Hispaniæ Monarchiam adhuc bellum ferveret, Pon-

Pontifex, ut a Germano milite vehementer preſſus graviores belli calamitates a ditione Eccleſiaſtica amoveret, inſcio Hiſpano fœdus cum Joſepho I. Imperatore iniit hancque legem adjecit, ut ſedes Apoſtolica Carolum III. Hiſpaniæ Regem agnoſceret. Inde ergo orta erat Hiſpani Regis averſio a Pontificis Nuntio. Enimvero Clemens initi hujus conſilii rationes æquitatemque anno hujus ſæculi nono die decima quarta Octobris in Conſiſtorio Purpuratorum Collegio aperuit, habitaque oratione, in qua Caroli III obſequio filiali in ſacram ſedem ampliſſime de prædicato hæc addidit: *Idcirco quemadmodum illum Hiſpaniarum Regis Catholici titulo nuncupare conſtituimus, ita ei, quoad ditiones, quas tenet, ſeu forſan ipſum de cetero tenere contigerit, jurium illi annexorum uſum minime in poſterum denegabimus. Ut tamen hæc omnia rite ac recte, & ſine alterius cujusquam injuria, aut præjudicio a Nobis peragi notum ſit, ſcire vos volumus, nos hac in re normam omnino ſequi Conſtitutionis ſel. rec. Clementis Papæ V. Prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennenſi editæ, qua cautum fuit, quod ſi quem ſummus Pontifex ſub titulo cujuslibet dignitatis ex certa ſcientia, verbo, conſtitutione, vel literis nominet, honoret, ſeu quovis alio modo tractet, per hoc in dig-*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

nitate illa ipsum approbare non intelligatur, aut quidquam ei tribuere novi juris. Hanc itaque Constitutionem, quam ut probe nostis, non absimilium contentionum occasione, etiam rec. mem. Pius II. Joannes XXII. & Sixtus IV. Romani Pontifices pariter Prædecessores nostri approbarunt, & innovarunt, nos eorundem Prædecessorum nostrorum exemplis adducti, illique expresse inhærentes, similiter approbamus & innovamus; ut ita non minus quæcunque nostra, quam aliena, ac præsertim amborum de Hispanica successione contendentium, quæ vere nullatenus cognoscimus, aut discussimus jura, æqualiter salva, & illæsa remaneant: Nos vero nec ad dextram, neque ad sinistram declinantes, ad eo quem semper secuti fuimus, Apostolicæ sedis more minime recedemus.

Quamprimum hunc pacis tractatum Nuntius Philippo jussu Pontificis manifestaverat, mox tota Regiæ indignationis moles in ejus cervicem incubuit, hic quidem, ut iratum Regem placaret, validas rationes, & extremam, quæ Cæsarem adid compulisset, necessitatem exposuit, & pro eximia sua prudentia nullam plane viam intentatam reliquit, ut Regem de perpetua ac immobili Pontificis in eum affectu certiorem redderet, & luculenter demonstraret,

straret, Pontificem omnibus auxiliis destitutum, a cunctis derelictum, a Germanis undique cinctum oppressumque, ac resistendo imparem ultimum suæ ditionis excidium, non alia via, quam initæ pacis necessitate effugere potuisse &c. Hanc ipsam agendi rationem insuper vindicabat datis literis ad Amelotum Franciæ Regis Oratorem, necnon ad Medinæ-Sidoniæ Ducem, & Principem Ursiniam, quæ tum maximam in rebus publicis partem habebat: Ast incassum omnia, & ut verbo dicam, Nuntius primo Aula excedere, & paulo post Regio decreto intra quatuor ac viginti horarum spatium Madrito, & denique toto Regno abire jubetur: Clauditur Nuntiaturæ Curia, auferuntur omnia Nuntii scripta, Regisque mandatum die decima Aprilis executioni datur: Et quidem hoc modo submittebatur Regius currus, in quo ad Nuntii sinistram Caspar Giron arcis Præfectus, & retro Abbas Zondadarius Nuntii Frater sedebant: nobilioribus Famulis in alia Rheda sequentibus; inferiores demum postæ curribus vehebantur, quos viginti prætoriani milites utrinque stipabant, & Baionam usque ad Franciæ fines comitabantur: Ita Vir vitæ integritate, & innocentia tutus, inter infiniti propemodum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A.C. 1737. modum populi & sibilos & lamenta prout varii erant affectus, Hispaniam reliquit, qui nullam aliam culpam in se agnoscebat, præter temporis fatalium iniquitatem.

Porro Avenionem delatus, a Clemente XI. ut sibi in hac legatione plene satisfactum luculenter testaretur, Sacra Purpura decoratus est, pluribusque etiam Congregationibus adscriptus residuos vitæ dies Romæ transegit, nunquam otiosus, sed semper ad Ecclesiæ obsequia intentus. Interfuit quoque comitiis Innocentii XIII. Benedicti XIII. & Clementis XII. qui omnes Pontifices in gravissimis negotiis abore & consilio hujus Cardinalis pendebant. Tandem vero, ut a laboribus Romanæ Curiæ aliquantulum refici posset, pro more suo Senas petiit, ubi tamen Mense Octobri in lethalem incidit morbum, quo usque ad vigesimam tertiam Novembris diem protracto confectus obiit, annos natus septuaginta, sepultus Senis in Ecclesia S. Georgii, quam ipsemet magno sumptu vivens exornaverat.

§. XXVII.

Septem Præsules a Clemente XII. Papa Cardinalium Collegio adscripti.

Hoc

Hoc item anno Clemens Papa Purpuratorum Collegium septem aliis recens nominatis augere voluit, eosque die vigesima Decembris in secreto, ut vocant, Consistorio enuntiavit. Ex his primus erat Thomas de Almayda, Lusitanus & Ecclesiæ Ulyssiponensis Occidentalis Patriarcha, Cardinalis Presbyter sine titulo, eoquod Romam nunquam venerit; qua autem occasione in hunc Patriarchatum Purpuræ honor perpetuo insertus fuerit, jam sæpius relatum est. II. Henricus Oswaldus a Turre ab Arvernia Bullionius, natione Gallus, Archiepiscopus Viennensis in Delphinatu Presbyter Cardinalis tit. S. Callisti. III. Josephus Dominicus de Lamberg, Germanus, Episcopus Passavienſis, Presbyter Cardinalis Tit. S. Petri in Monte Aureo, cui ipsemet Imperator Carolus VI. Viennæ Biretum rubrum ab Altempsio Abbate delatum die decima Aprilis consueta solemnitate imposuit. IV. F. Caspar de Molina, Hispanus Ord. Eremitarum S. Augustini, Malacitanus Episcopus, Presbyter Cardinalis sine titulo V. Joannes Alexander Lipski, natione Polonus, Cracovienſis Episcopus Presbyter Cardinalis pariter sine titulo VI. Reynerius de Ilcio dictus vulgo Delcius patria Senensis Archiepiscopus Ferrarienſis,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Vid. supra pag. 334.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

rienſis Presbyter Cardinalis titulo S. Sabinæ. Hic quidem hoc anno cum ceteris creatus erat Cardinalis, primum tamen die vigeſima tertia Junii anni ſequentis publicatus. Ceterum Delcio ad Purpuram evecto, cum prius apud Franciæ Regem Apoſtolicus eſſet Nuntius, Pontifex Bedei-Montium Avenionenſem Pro-Legatum eidem ſubrogavit, quem tamen Rex acceptare renuit, ſed Lercarium Abbatem, cui Avenionenſis Legatio jam erat demandata, Nuntium in Gallias decerni petiit: Non deerant tamen Clementi Pontifici Maximo tam valide rationes, ut his permotus Rex Bedei-Montii nominationem ratam haberet. VII. Carolus Rezzonicus, Venetus, S. Rotæ Romanæ Auditor, Cardinalis Diaconus primo Tit. S. *Nicolai in carcere* Tulliano, & poſtea Presbyter Cardinalis Tit. S. Mariæ in Ara cœli. Hic anno 1758. die ſexta Julii in Papam electus, nomen Clementis XIII. aſſumpſit.

§. XXVIII.

Actum de tollendo diſſidio Papam inter & Polonos.

Vid. Tom. 74. p. 39.

Poſtquam Auguſtus III. Poloniæ Rex ſolium ſuum non modo omnium fe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

me Magnatum obsequio, sed potissimum propria sua clementia firmaverat, primas eo curas intendit, ut dissidia adhucdum ferventia cum exteris Principibus componerentur. Eo fine ad diem octavam Julii Frauſtadii *Senatus Consilium*, ut vocant, celebrari præcepit, in quo de hisce quinque articulis seriam consultationem instituí jussit I. qua via contentio ob prætensum jus Patronatus a summo Pontifice mota feliciter ac penitus finiri queat? II. quodnam tempus proximis Regni comitiis certo præfigendum sit? III. Quid Russiæ Imperatrici & Sultano respondendum sit, petentibus, ut sibi locu- in Polonia pro celebrando pacis conventu assignaretur IV. quomodo a Neapolitano Rege solvendæ pecuniarum summæ sint repetendæ? V. Ac denique qua ratione militum conscriptiones, quæ ab exteris Principibus in Regno factæ sunt, præpediri valeant? Circa hæc capita Congregati Episcopi ac Proceres concluserunt. I. Sendomirienſi Palatino injungendum, ut cum summi Pontificis Nuntio de dirimendis omnibus controversiis ageret. II. Consueta Regni comitia proximo anno esse celebranda. III. Ad proximum Conventum ablegandum esse Polonicum Ministrum, qui Carlowicensem pacem omnino sartam, tectam-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

tectamque servari urgeret. IV. Negotium de solvenda pecuniarum summa Cujavienſis Episcopi & Vincentii Abbatis dexteritati ac solertiæ esse relinquendum. V. Exteros militum delectus tam lenitatis, quam severitatis via esse cohibendos.

§. XXIX.

Protestantium querelæ ad Cæsarem.

Quamvis Carolus VI. Imperator illis subditis suis, qui Lutheri & Calvini commenta profitebantur, liberum Religionis exercitium, & ex Austria in Hungariam emigrandi beneficium indulsisset, non deerant tamen ex illis nonnulli turbidæ indolis homines, qui nescio quibus acerbis vexationibus se in odium sectæ suæ a Clero opprimi quererentur, eoque fine per Principum Protestantium Legatos, suosque deputatos Viennæ identidem clementissimi Imperatoris aures pulsarent. Æquas esse horum querelas eo minus sibi persuadere poterat Carolus, quo frequentius ipsimet Emigrantes literis suis testati fuissent, se plena Religionis libertate, rerum abundantia, omnibusque tranquillæ vitæ commodis in Transylvania frui, & ab ipsis Cæsareis Administris

nistris perbenigne haberi, prout spe- Sæc.XVIII.
ciatim illi, qui Burziam, quæ Regia A. C. 1737.
est in extremis Transylvaniæ finibus si-
ta, delati fuere, in sua epistola anni
prioris die decima nona Augusti Ste-
phanopoli data ingenue fatebantur. *Nu-
minis clementia*, scribebant ipsi, *in Tran-
sylvaniam sine discrimine adducti sumus, &
in ipso itinere omnibus commoditatibus pro-
visi nil eorum experti fuimus, quæ alii no-
bis fors eventura falso prædixerunt &
comminati fuere: Regio nostra aere puris-
simo, salubri aqua, & victualibus levis-
simi pretii abundat: tam felix est Regio, ut
brevi nostros huc venturos anxiis votis desi-
deremus.* Ejusdem pene tenoris erant
plures aliæ horum literæ, adeo, ut
Imperator Protestantium lamenta stu-
diose ad extorquendos ampliores favo-
res excogitata fuisse, haud temere su-
spicaretur. Quocirca tribus præcipuis
Sanctioris sui Consilii Viris injunxit, ut
in rei veritatem sedulo inquirerent, &
si quos injuste oppressos deprehende-
rint, media proponerent, quibus ejus-
modi gravamina opportune tolli pos-
sent, salvis tamen per omnia Romano-
Catholicæ Religionis juribus. Hi ergo
tam inter se, quam præprimis cum
Cardinale Collonitschio, Viennensi Ar-
chiepiscopo & Dominico Comite Passio-
neo Sedis Apostolicæ Nuntio frequen-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

tes habuere consultationes, ac demum Imperatori declararunt, si iniquis Protestantium postulatis satisfieret, haud leve Religioni Catholicæ præjudicium, vulnusque inflictum iri, nil ergo consultius videri, quam si utriusque Religionis deputati æquali numero nominarentur, qui postulata & jura utrinque mature discuterent, & demum rei decisio tam Cæsareæ suæ Majestati, quam Ratisbonensibus Imperii comitiis relinqueretur. Placuit horum consilium Imperatori, qui etiam Russiæ Imperatricis, Sueciæ, Daniæ & Borussiæ Regum precibus expugnatus indulsit, ut Calvinistis in Transylvania quatuor Ecclesiæ, & schismaticis Græcis in Croatia Templa antehac possessa redderentur, quo facto Croatæ in gratitudinis signum Imperatori pollicebantur, suorum decem millia, si opus foret, ultro contra Turcas in aciem processura. Attamen haud diu tenuit grata accepti beneficii memoria; Hungari enim Protestantes prona Imperatoris voluntate abusi, paulopost interpositis novis querelis pro more adhuc ampliores propagandæ suæ Sectæ limites sibi figi postularunt, acuente eorum audaciam fiducia in Franciscum Lotharingiæ Ducem, tum hujus Regni Pro-Regem hujus

hujus enim ſingularem clementiam eorum poſtulatis ſuffragaturam ſperabant. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXX.

Gravamina Religionis Catholicæ contra Proteſtantes ab Archiepiſcopo Viennenſi propoſita.

Verum Sigismundus Cardinalis Collonitſchius Viennenſis Archiepiſcopus eodem tempore longe graviora Religionis Catholicæ gravamina præſertim Archi-Diæceſis Viennenſis adverſus Sectarios maximo numero accreſcentes Auguſtiſſimo Imperatori Carolo VI. propoſuit; enimvero jam anno priori digniſſimus hic Præſul deſuper apud eundem Cæſarem querebatur, aucto tamen malo hoc item anno rurſus edito ſcripto ſatis prolixo pericula inde enata & emergenda coram tota auguſtiſſima Aula fuſius expoſuit hujus tenoris.

Auguſtiſſime Imperator!

„Cæſarea, Regia ac Catholica Ma„jeſtas ſua clementiſſime concedat, ut „communem & graviſſimi momenti „cauſſam eidem debita ſubmiſſione ex„ponam. Agitur de Viennenſi Archi„epiſcopatu, ejusque Diœceſi, cujus „curam ad communem animarum ſalu- *Vid. ſupr. pag. 298.*

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „tem, & incolarum æternam felicita„tem ante aliquot annos indignitati „meæ committere, Cæsareæ suæ Ma„jestati gratiosissime placuit: inde ver„mihi utpote constituto Pastori Eccle„siastico, sicut strictam coram Divino „tribunali rationem reddendi necessitas „accrevit, ita etiam mihi, si munet„meo deessem, gravissimum ac inevi„tabile Divinæ justitiæ supplicium pe„timescendum foret.

„Prudentiam & Sacræ Cæsareæ „Majestatis sagacitatem non latet, Pa„storalis officii onus tam in Canonicis „quam profanis juribus pro gravissimo „haberi, hancque laboriosam sollicite„dinem a Tridentina Synodo Angelicis „etiam humeris formidandam decla„rari.

„Jam vero inter præcipuas Pastora„lis officii partes maxima est, ut oves „sibi commissas & pretioso Christi De„mini sanguine redemptas vigili oculo „pascat, & custodiat, ne ab infernali „lupo infestentur, aut omnino (quod „Deus avertat) manifesto animæ dam„no, & æternæ ruinæ exponantur, „prout Apostolus Doctor gentium act. „10. omnibus Ecclesiæ Episcopis tam „serio inculcavit, his verbis: *Attendi„te vobis & universo gregi, in quo vos* Spiri-

Sæc.XVIII. A.C.1737.

Spiritus S. posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. „Et quemadmodum S. Gregorius epist. „ad Patriarcham Const. pro indubitato „habet illum Pastorem esse summopere „reprehensibilem, qui gregi suo invi„gilare negligit, ita etiam silentium „summopere nocivum esse, quando co„gnitis tot animarum periculis Pastor „obmutescit, grassanti malo non obsistit, „cunctas corruptelas, ac Ecclesiæ suæ „scandala incurius dissimulat, & vel hu„mano respectu, vel vano timore, aut „blandiente spe malum gregi suo immi„nens aut contecta facie, aut clauso „ore negligit. Ejusmodi Pastor haud „immerito cum Isaia Propheta inge„miscere debet: *Væ mihi, quia tacui*, „ejusmodi silentium, etsi in unius „duntaxat animæ ruinam cedat, adeo „jam culpabile est, ut Deus apud „Ezech. c. 3. ejusmodi Pastori denun„tiet: *Sanguinem ejus de manu tua requi„ram*: Pariter D. Paulus inter gravissi„mas rationes hanc ipsam horrendam „Dei sententiam suis Hebræis ve„lut efficacissimam rationem expo„suit, qua eos incitaret, ut omni„bus sibi præpositis Pastoribus Ecclesia„sticis omni animi promptitudine eam „præstarent obedientiam, quæ ad fi„delem Pastoralis officii sui adminis-

Sæc XVIII. A. C. 1737.

„rationem, & præcavenda omnia ani„mæ pericula eſt neceſſaria: Ad hoc „igitur his utitur verbis: *Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem de animabus veſtris reddituri.* Hebr. 13.

„Si igitur Auguſtiſſime Imperator, „tam grave eſt Paſtoralis officii onus, „ſi tam formidanda ratio coram Divi„no Tribunali reddenda, ut nec major „nec gravior eſſe poſſet, tunc nemo „mihi utpote hujus Diœceſis conſtitu„to Paſtori perdemiſſas meas querelas „vitio vertere, aut fors irrepentes acer„biores expreſſiones immaturo Zelo ad„ſcribere poterit; ubi enim rei gravi„tas depoſcit, ut ea in debito loco om„ni, quo poteſt, ardore & efficacia de„feratur, ibi omnis diſſimulatio, aut „verborum ambiguitas culpabilis eſt, „ac nemini in malam partem trahi po„teſt, ſi Principis ſolium plena liberta„te accedat, & ſine tergiverſatione id „exponat, quo neglecto, tanquam ex „infecta ſcaturigine nil certius, quam „Provinciarum ruina, armorum infe„licitas, totius Regionis excidium, „imo & Auguſtiſſimæ proſapiæ ſterili„tas, Deo ita permittente, pertimeſ„cenda foret. Ea ſunt, quæ, Augu„ſtiſſime Imperator ac clementiſſime „Domine, me impulerunt, ut meam „pete-

„petitionem in hoc libello ſupplici eo „liberius exponam, quo firmius ſpecta- „ta rei æquitate, prudentia, & pieta- „te a proſpera graviſſimæ meæ petitio- „nis executione non modo Cæſareæ „ſuæ Majeſtatis, & Auguſtiſſimæ Do- „mus Auſtriacæ terrenam atque æter- „nam felicitatem, ſed & propriam ani- „mæ meæ ſalutem dependere, perſu- „aſiſſimum habeam. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Ut ergo propius ad rem accedam, „& communem neceſſitatem paucis „aperiam, declaro, nos omnes intimo „doloris ſenſu intueri, quam deploran- „da ſorte Sacroſancta Religio Catholica, „extra quam nulla ſalus, aliquot abhinc „annis a primævo & antea tam auſpi- „cato incremento in Cæſarea hac me- „tropoli, vicinisque locis (ut nihil di- „cam de aliis extra meam Diœceſin) „defecerit, in pluribus articulis op- „preſſa jacuerit, & per diverſæ Reli- „gionis incolas indies magis magisque „accreſcentes, & immodice eis indul- „tas libertates non ſine inexſplicabili „omnium fidelium & Religioni Catholi- „cæ apprime addictorum civium & ſub- „ditorum luctu enormiter labefactata „fuerit. Ingens hoc malum oppido gra- „ve vulnus eſt, illudque tota omnium „recte ſentientium communitas eo ac-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„erbiore mœrore perſentiſcit, quo in-
„timius in eorum corda & viſcera grá-
„ſatur, ſuum venenum latius diffundit,
„& ipſis etiam adhuc ſanis membris
„æque periculoſam peſtem intentat, &
„tandem per indifferentiam aut negle-
„ctum illorum, qui fors remedium op-
„ponere poſſent, ad ſingula ferme mo-
„menta non ſine communi horrore ac-
„geſcit.

„In præſentaneo hoc damno ac im-
„minente periculo nil aliud mihi ſuper-
„eſt, niſi ut ad tenerrimam Cæſareæ
„ſuæ Majeſtatis conſcientiam, omnibus
„busque perſpectam pietatem humilli-
„me recurram, ſpe fretus, Imperato-
„rem ac Regem re & nomine Catholi-
„cum, atque ex Auguſtiſſima Domo Au-
„ſtriaca ortum veræ Religioni adeo op-
„preſſæ, & vexatæ Eccleſiæ a ſolo Chri-
„ſto Domino inſtitutæ in ſua Metropoli
„ac ditionibus auxiliatrices illas impen-
„ſurum manus, quas juxta ſalutares
„Patriæ leges ad clara Monaſterienſis
„pacis verba omni jure ac æquitate ab
„ipſo Domino Deo exorare ac petere
„mearum partium eſſe cenſeo, ac ni-
„miter credo.

„Pro ea autem duntaxat peroro Re-
„ligione, Auguſtiſſime Cæſar, quæ
„jam pluribus ſæculis in Auguſtiſſima
„Archiducali Domo Auſtriaca fuit con-
„ſervata, contra omnes fidei hoſtium
„incur

„incurſus propugnata, tenero affectu, & fervido Zelo propagata, & in remotiſſimis Orbis partibus ipſis etiam barbaris populis implantata, & non ſine generoſo immenſorum theſaurorum ac divitiarum contemptu, bonorum vitæque jactura in ſuo flore ac inviolata puritate ad æternam totius poſteritatis felicitatem ac ſalutem glorioſiſſime conſervata fuit. Hæc loquuntur tot Auſtriacorum Ducum edicta, tot pretioſa Eccleſiarum ædificia, tot ac pene innumera privilegia ac immunitates, tot ſeveræ leges, ac rigidæ ſententiæ contra omnes veræ Eccleſiæ adverſarios pronuntiatæ, adeo, ut vere dici queat, quod Auguſtiſſima hæc Domus omnem ſuum ortum, progreſſum atque incremen-tum, necnon uberrimam, ac deinceps largiter ſperandam benedictionem tam Religioni Catholicæ in eorum ditionibus inviolabiliter conſervatæ, quam filiali erga ſedem Apoſtolicam obedientiæ, atque affectui & reverentiæ erga ſanctam Matrem Eccleſiam Catholicam, necnon indelebili ac laudabiliſſimo Religionis Zelo etiam in turbidiſſimis occaſionibus tam in Auſtria quam in Hiſpania præſtito unice debeat. Quod autem hæc non tam nitide dicta, quam ſolide pro-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

, probata sint, fatebitur Cæsarea sua „Majestas, memori mente recolens, „quod ejus glorioſissima sub Rudol„pho I. Romanorum Imperatore stirps „suam prosperitatem mirabiliter refo„rescentem & ad seros posteros Cæsa„ream dignitatem per plurima sæcula „propagatam nulli alteri in acceptis re„ferre possit, quam fidei Catholicæ, „religionis Zelo, & immotæ pietati „erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacra„mentum: Recordabitur etiam Cæsa„rea Majestas, quod Rudolphus cum „in Aquisgranensi ejus inauguratione „Imperiale sceptrum casu non fuerit in„ventum, Christi in Cruce affixi ima„ginem ab Altari desumpserit, alta vo„ce adstantes his verbis allocutus, *En! „hoc Sceptro utor contra hostes Dei & Im„perii.* Pariter Carolus V. rebus glo„riosissime gestis toto orbe celebratissi„mus Monarcha, dum Hispanum dia„dema in Philippum II. transtulerat, „eidem lacrimis ubertim effusis Eccle„siæ Sanctæ Dei tutelam his verbis „commendarit: *Si amplissimam Monar„chiam tanto Majorum tuorum labore par„tam retinere velis, tuis in regnis alienos a „Catholica Religione nequaquam patiaris.* Ferdinandus quoque II. Romanorum Imperator persæpe dicere auditus est: *Malle se Imperio excedere cum Conjuge & Lib-*

Liberis, & ſolo ſcipione inſtructum exulare, quam injuriam Deo & Eccleſiæ per hæreſes illatam in terris ſuis tolerare. „Denique Leopoldus I. glorioſiſſimus piæ „memoriæ Parens Majeſtatis veſtræ his „nequidem contentus erat, ſed non „tantum in Ratisbonenſibus Imperii „comitiis, ſed etiam poſtea Viennæ „coram ſuis Aulicis declarabat, *ſe Religionis cauſſa etiam relicturum ſcipionem illum, ſi res ita ferret.* Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Brevitatis ſtudio prætermitto ea, „quæ in Hiſpania omnes Auſtriacæ ſtirpis Reges a Carolo Philippo uſque ad „Carolum II. in ipſorum ditionibus pro „Catholicæ Religionis defenſione genero„roſe præſtiterunt, ac ſollicite fidem „Catholicam in omnibus Orientem & „Occidentem verſus transmarinis Re„gionibus implantare, propagare, & „profuſis etiam bonis ac ſanguine pro„pugnare ſtuduerunt, firmum, fixum„que habentes, *ſe nolle latius per Orbem quam Deum & Eccleſiam Chriſti imperare.*

„Cum igitur Cæſarea ſua Majeſtas „a Sereniſſimis hiſce Monarchis deſcen„dat, & ſimul laudabilem horum Chri„ſtianorum Majorum pietatem, devo„tionem & Religionis ardorem, prout „tot luculenta teſtantur monumenta, „poſſideat & hæreditario velut jure in „ſe

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„se transtulerit, hinc funestas prorsus „Religionis oppressiones in Cæsarea sua „Metropoli subinde emergentes procu„ruptelis & ausibus Cæsareæ suæ pie„tati summopere infensis, ejusque „scientiæ ac voluntati recta oppositis „omnino habere cogor: Eo fine ip„pius quidem impellente officii mei de„bito, maxime noxios ejusmodi abu„sus Cæsareæ suæ Majestati summa sin„ceritate denuntiare, atque aperire „præsumpsissem, nisi fatales rerum vi„cissitudines, & funestus belli succes„sus rem dissimulare, & opportuniora „præstolari tempora coegissent, ut „meam petitionem tandem cum majo„ri efficacia, & magis optato successu „exponere valerem. Nunc vero, ubi „Divini Numinis clementia, discussis „turbarum nebulis serenior dies affulgere videtur, haud differendum cen„seo, quin totius Catholici gregis no„mine in tam gravi Religionis necessi„tate vocem meam coram Cæsareo so„lio humillime exaltem: Progressurus „igitur ad ponderosæ calamitatis expo„sitionem, eam in sex potissimum arti„culis consistere declaro.

„I. Notum est omnibus, quod jam „multo abhinc tempore partim occasio„ne indulti municipii partim sub obten„tu

„tu invectorum opificiorum Proteſtan- Sæc. XVIII.
„tium familiæ Viennam tanto numero A. C. 1737.
„irrepſerint, ut omnia ſuburbia re-
„pleta ſint ejusmodi hominibus, qui
„præfatæ tutelæ ac privilegii ſcuto tuti
„cum ſuis uxoribus & liberis ſtabilem
„ſedem fixerunt, & ſuas negotiationes,
„opificia, & operas palam, libere, ac
„nemine reclamante, ſicut in Prote-
„ſtantium terris, exercent.

„Hi etiam non raro famulos & opi-
„ficii Tyrones in ſuis officinis alunt,
„quos vel ſtudioſe e Proteſtantium ter-
„ris accerſunt, vel ab hujatibus Pa-
„rentibus Catholicis præ inopia ſuos li-
„beros alendo imparibus, non ſine
„manifeſto perverſionis periculo, & tot
„pretioſarum animarum damno frau-
„dulenter ad ſe eliciunt. Pari etiam
„perverſitate alios Catholicos ad ſua
„ſervitia aſſumunt, ſæpe illos a Sacra-
„mentorum frequentatione retrahunt,
„diebus vetitis ad carnium eſum com-
„pellunt, pudenda principia, aut ſal-
„tem Catholicæ doctrinæ neglectum &
„contemptum perniciosiſſimum pro vi-
„ribus inſtillant. Id hujates Curati &
„animarum Paſtores tam intra quam
„extra urbem quotidie non ſine maxi-
„mo mœrore experiuntur. His mediis
„Proteſtantes, ibi tolerati, necnon &
„Secta-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Sectariorum familiæ tanto numero ex„crevere, ut potissimæ civiles Tribus „ejusmodi hominibus abundent, illos„que tanto numero alere teneantur, „ut plures Catholici cives senio attri„panem ostiatim mendicare, aut ob„nino vix non fame perire & victum „exteris hujusmodi Protestantibus re„linquere cogantur.

„Nec sine dolore percipi potest, „quod plures hujus Urbis Nobiles non „modo Lutheranos & Calvinianos fa„mulos & ancillas sine minima conver„sionis spe annuatim in eorum servitiis „tolerent, sed insuper eos in Oecono„mos, Inspectores, hortulanos & pro„suis ædibus, hortis, & prædiis con„stituant, & unacum mulieribus & eo„rum liberis habitandi, sedemque sta„bilem figendi locum præbeant. Præ„terea constat, quod in vicino oppido, „cui *Schwächtæ* nomen, integra Luthe„ranorum lanificum colonia confederit, „hique hujatum Protestantium auxilio „suffulti tantam sibi attribuant Religio„nis libertatem, qualis tamen nec Pa„triæ legibus, nec salutaribus Princi„pum statutis unquam eis indulta fuit: „imo Austriaca Domus omni tempore „ac in ipsa etiam pace Westphalica „(prout postea pluribus demonstrabi„tur)

„tur) tale Religionis exercitium solem- Sæc. XVIII.
„niter, constanter, & efficaciter secta- A.C. 1737.
„riis denegavit; nil dicam de multis
„emporio associatis, qui tempore, quo
„justissimis ex caussis in hac urbe inevi-
„tabilis negotiationis emendationem
„suscipere necesse erat, quamvis ea
„duntaxat diserta lege tolerati fuerint,
„ne ullum ex exteris advocent, sed ali-
„unde eos conducant, nihilominus ta-
„men nunc proprias ædes, propriumque focum possident, & pro numero-
„sis suis familiis juvenes Prædicantes,
„& in Protestantium scholis & univer-
„sitatibus studio con uctos alunt Com-
„missarios, qui sub obtentu Præcepto-
„rum, ad instituendam eorum juven-
„tutem necessariorum libere, & sine
„ullo impedimento in Austria degere
„præsumunt. Profecto hæc nimis li-
„bera nullisque cancellis circumscripta
„horum cum Catholicis conversatio,
„quam grave damnum Catholicis sta-
„tibus & terris inferat, fatali prorsus
„experimento docet vicina Salisbur-
„gensis Archidiæcesis, in qua post se-
„dulam plurium pagorum inquisitio-
„nem variarum hæresum pestes latius
„grassantes detectæ fuerant, deprehen-
„sumque, quod per fodinarum fosso-
„res & metallarios e Saxonia evocatos
„primum dogmata sequiora in hos pa-

„gos

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„gos fuerint invecta, & deinde mox
„non modo in Salisburgenſium terris
„aucta & corroborata, ſed etiam ad
„finitimam Styriam ac Carinthiam pe-
„ſtifera hæc lues fuerit propagata.

„II. Inter hujus urbis Opifices diſ-
„ciplina moralis ſeu ab antiquo tradita
„opificum pia ſtatuta penitus ferme
„abolita ſunt, eoquod Lutherani &
„Calviniani famuli & tyrones a ſuæ
„Sectæ addictis incitati, conſuetas hu-
„jatum Tribuum leges ſpernant, Lu-
„therana & Calviniana Oratoria con-
„tra diſertam inhibitionem libere fre-
„quentent, & diebus Dominicis qua-
„tuor temporum, in quibus pro veteri
„more Miſſæ ſacrificia & alia pietatis
„opera, & conſueti conventus exerce-
„bantur, haud amplius compareant,
„& quamvis aliqui pœnæ declinandæ
„cauſſa interſint, potius tamen ſcanda-
„lum, quam bonum exemplum præ-
„beant, Catholicos pie adſtantes in
„eorum devotione perturbent, & ve-
„rum Dei cultum cachinnis & ludibrio
„explodant, proin hoc pietatis opus,
„quod velut fidei adverſarios ad veri-
„tatem reducendi medium ſalubriter
„excogitatum fuit, ſenſim abrogent,
„& annihilent. Et ſi forte opificum
„Magiſtri hoſce diſcolos ad præſcripta
„diſci-

„diſciplinæ uſum minis & pœnis adi- Sæc. XVIII.
„gere tentant, hi nulla mora officinas A. C. 1737.
„deſerant, qui omni tempore & caſu a
„Proteſtantibus artium & opificiorum
„Magiſtris libere ac certo recipiuntur.

„III. In hac Urbe omnes, quotquot
„ex Proteſtantium grege currere aut
„repere poſſunt, ſine rubore & timore,
„libere ad Proteſtantium Legatorum
„hic agentium privata Oratoria advo-
„lant, cum tamen id ſeveriſſimis Au-
„ſtriacorum ſtatuum edictis ſit prohibi-
„tum, & tantummodo hisce Legatis
„in venerationem ſuorum Principum ſit
„indultum, ut ipſi duntaxat cum ſuis
„familiis, & famulis ſecreto & ſine ſtre-
„pitu ſuæ Religionis actus exercere
„poſſint, minime vero, ut omnes in
„Urbe advenas vel tranſeuntes, exte-
„ros, aut artifices vel opifices ad hos
„actus invitare, vel eis liberum adi-
„tum concedere, licitum eſſet. Id in
„Auſtriacæ ditionis legibus tam ſevere
„cautum eſt, ut olim, & adhuc glorio-
„ſiſſime Regnantibus Leopoldo I. & Jo-
„ſepho I. Cæſarei Magiſtratus juſſu an-
„te exterorum Oratorum Palatia Satel-
„lites (*) collocati fuerint, qui cun-
„ctos

(*) Uti Proteſtantes Nordlingæ & alibi hodie adhuc faciunt.

Sæc. XVIII. A. C. 1737

„ctos ad Legatorum familiam non spe-
„ctantes ab accessu ad privata hæc ora-
„toria arcebant: Provide vero hæc lex
„a nemine adeo non carpi potest, cum
„libertates ac prærogativæ Legatis ubi-
„que jure gentium competentes inde
„nullo pacto minuantur, sed potius il-
„læ omnino intactæ relinquantur: ha-
„super hucusque semper usitata liberta-
„tum proprio arbitrio usurpatarum re-
„strictio ac limitatio nostro præcipue
„ævo eo magis necessaria esse videtur,
„quo magis, cum ad Protestantium ca-
„stra singulis transeundi libertas aperta
„sit, haud immerito timendum est, ne
„rudiores Catholici, uti sæpius fieri
„amat, vel ex simplicitate, vel culpa-
„bili pruritu ad has novitates inducti,
„a vero & Catholico Dei cultu, & Sa-
„crosancto Missæ Sacrificio Diebus Do-
„minicis aut festivis, non sine maxi-
„ma proborum offensione, & proprio
„ac summo animarum damno avertan-
„tur.

„IV. Dolenter quoque experimur,
„quod nonnulli ex hisce Legatis suæ
„Sectæ addictos, cujuscunque demum
„nationis, status aut Regionis sint, in
„suum patrocinium & protectionem
„clam in Imperiali hac Metropoli rece-
„pere præsumant, qui tamen favor jus-
„ta commune jus gentium non aliis
„in-

„impendi poteſt, quam illis, qui vel „immediate ad Legationem pertinent, „aut ad ſummum, proprii eorum ſunt „ſubditi. Minus adhuc tolerandum (ſi „tamen verum eſt, prout fertur, quos„dam ex hisce Legatis in publicis Con„ventibus jactitaſſe, & non ſine funda„mento edixiſſe) quod ipſi ex Catholi„cis non paucos juvenes & ſenes, ut„riusque ſexus (forte ob inopiam con„ſcientiæ ſuæ immemores) ad exteras „Regiones ſeptentrionales abduxerint, „abs dubio non alio ex fine, niſi ut pau„peres & infelices hi homines veræ fi„dei, & æternæ ſalutis jactura ſuas mi„ſerias, & vitæ neceſſitates redime„rent, & macido pane compenſarent. „In hoc rerum ſtatu quis ſat provide „præcavere poterit, quin non Prædi„cantes, aut ſic dicti Legatorum Pa„ſtores contra ſeveriſſimum Auſtriacæ „ditionis edictum quosdam in Urbe in„firmos inviſere, eosque in Catholicis „ædibus, ſine fronte & rubore cum exi„ſtimata ſua cœna Dominica munire ſæ„pius præſumerent, & quod magis te„merarium eſt, inſuper in querelas e„rumpere non erubeſcerent, ſi ab ejus„modi auſibus per legitimos ſuperiores „additis minis arcentur. Inde vero „præter Catholicorum offenſionem in„ſuper id genus mali enaſcitur, quod

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Sacerdotes Catholici ab accessu ad in-
„firmos Protestantes per sectarios hos-
„ce Prædicantes præpediantur, cum
„tamen per Sacerdotum monita non
„raro antea ejusmodi homines ab ani-
„marum interitu præservati fuerint.

„V. Reipublicæ nil magis noxium
„est, quam libri ab Ecclesia prohibiti,
„fidei ac bonis moribus nocivi aut sal-
„tem de veneno maxime suspecti; &
„tamen, Proh dolor! ejusmodi mer-
„ces cumulatim in nostras Regiones
„invectæ, omnes officinas & Bibliothe-
„cas copiosissime replent, unde evenit,
„quod juventus, quæ aliunde ab ex-
„teris Regionibus nonnisi vitiis uberius
„quam virtutibus locupletata reverti-
„tur, vix alios libros evolvere digne-
„tur, nisi in Acatholicis Regionibus
„compositi aut editi fuerint, ex quo
„omnino sequitur, ut cum ubique ve-
„nenatæ ejusmodi merces ad perniciem
„& interitum multarum millium ani-
„marum vel palam vel clam venales
„prostent, Christianæ doctrinæ puri-
„tas depravetur, corda perversis prin-
„cipiis inficiantur, reverentia atque
„obsequium erga Sacram Sedem labe-
„factetur, ac integræ Regiones & Re-
„gna a debita veneratione, affectu &
„fidelitate sæcularium etiam legitima-
„rum

„rum Poteſtatum avertantur potius, Sæc.XVIII.
„quam ad illam alliciantur: Hoc ip- A.C. 1737.
„ſum ingens malum etiamnum Viennæ
„ſub vano neceſſariæ eruditionis præ-
„textu ac velamento apud omnis con-
„ditionis homines tam libere graſſatur,
„perinde ac ſi ſcientiæ non alibi quam
„in Lutheranis & Calvinianis libris in-
„veniri poſſent, cum tamen ejusmodi
„libri mortiferum toxicon ſub virenti
„herba velut viperarum genimen con-
„tegant. Exigui plane fructus, quos
„inde fors colligere datur, nullatenus
„ſanare poſſunt lethale vulnus, quod
„conſcientiis infligunt, & certo ac ine-
„vitabiliter inde oritur: Præterea ejus-
„modi libri ſub ſpecioſiſſimis titulis a
„Bibliopolis & nundinatoribus eo fine
„commendantur, ut eo facilius emp-
„tores acquirant; nam, ut ait S. Au-
„guſtinus c. de var. q. 100. *non poteſt ſo-
la impietas proponi, quin non inveniat
emptorem.* „Sicut ergo in omnibus pa-
„triæ legibus, ac præſertim in nupera
„Auſtriaca reformatione, præcipuum
„primumque omnes errores & ſequio-
„ra dogmata excludendi medium fuerat
„ejusmodi librorum prohibitio, ita gra-
„vioris plane doloris argumentum eſt
„hujus medii neglectus, cum ejusmo-
„di librorum advectio non eo rigore,
„zelo ac ardore, prout par eſſet & rei

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„gravitas depoſceret, impediatur. Do-
„lendum quoque, quod non modo ex-
„teri Miniſtri ac Legati, ſed etiam in-
„digenæ Cæſarei Conſilii homines ejus-
„modi libros eorum nominibus inſcrip-
„tos afferri curent, ſuaque auctoritate
„& immunitate abutentes malum fa-
„veant, & integras ciſtas & plauſtra in-
„fectis Bibliis, poſtillis, catechiſmis
„cantionum libellis aliisque Acatholi-
„corum ſcriptis & rapſodiis *onuſta*
„furtive invehi ſatagant, & vel in hac
„urbe vel alibi inter omnis ſtatus & con-
„ditionis homines divulgent, non alio
„plane fine, quam ut veram, puram
„ac Catholicam veritatem velut per cu-
„niculos ſubruant. Argumento ſunt
„toties a Civitatum, pagorum & fa-
„nium Telonariis interceptæ *& in pub-*
„licum collatæ ſarcinæ, & ciſtæ, quin
„tamen (quantum mihi conſtat) Re-
„giorum ejusmodi edictorum trans-
„greſſores condigna pœna, aut pro-
„merita reprehenſione mulctati fuiſſent,
„quinimo e contrario graves non raro
„concitati fuere motus ab illis, qui
„ejusmodi libros invexere; ſua enim
„præpotentia apud Aulæ Miniſtros tan-
„tum effecere, ut eis libri intercepti
„denuo reſtitui debuerint, ſub ſpecio-
„ſo prætextu, quod illis ad munus
„ſuum obeundum omnino indigerent,
„aut

„aut quod illis cum omni circumſpec- Sæc. XVIII.
„tione ac ſine ullo periculo uti probe A C. 1737.
„noſſent. An vero ejusmodi Luthera-
„ni & Calviniani libri Cæſareo Conſi-
„lio ad officii ſui adminiſtrationem adeo
„neceſſarii ſint, non equidem diſcu-
„tiam, de oppoſito tamen perſuaſus &
„convictus ſum; nec ullus unquam de-
„monſtrare poterit, ejusmodi libros
„etiam a doctiſſimis ſine omni periculo
„perlegi poſſe; ſacræ enim fidei noſtræ
„contemptus ac vilipenſio, quæ aliquot
„abhinc annis tam luculenter invaluit,
„indeque ubique enata Religionis re-
„rumque ad eam ſpectantium indiffe-
„rentia non ab alia pullulat radice, niſi
„ex libero cum exteris a fide deviis
„commercio, ac præſertim ex promi-
„ſcuo tot librorum, ſcriptorumque ſe-
„ctariis erroribus inſectorum uſu: Po-
„namus autem, apud quosdam ejus-
„modi librorum poſſeſſores ob ſingula-
„rem eorum ſcientiam ac prudentiam
„tale periculum haud eſſe pertimeſcen-
„dum, ſufficit tamen, quod plerumque
„poſt eorum obitum ejusmodi libri ad
„illorum hæredes transferantur, & ab
„his in alios divulgentur, vendantur,
„& ſubhaſtentur, proin ad aliorum ma-
„nus deveniant. Hos inter dantur
„plures, quorum ſcientia & prudentia
„tanta non eſt, ut ea illos ab omni pe-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„riculo, damno, perverſione aut ſcan-
„dalo præmuniat: nullatenus enim ne-
„gari poteſt, hodiedum plures in fide
„Catholica progenitos ac enutritos tam
„Nobiles quam plebejos dari, qui ſine
„omni ſcrupulo contra expreſſum Ec-
„leſiæ interdictum paſſim & libere pe-
„hibitos ejusmodi libros, aut damna-
„tis doctrinis infectos legunt, perinde
„acſi Eccleſiæ obedire non tenerentur,
„aut flocci haberent, etſi ad æternam
„animæ perniciem omne Eccleſiæ ob-
„ſequium palam recuſarent, cum ta-
„men Chriſtus claris & diſtinctis verbis
„ſuam eis mentem declaret, dicendo:
*Si quis Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſi-
cut ethnicus & publicanus.*

Matth. 18. v. 17.

„Unicum autem neceſſario adden-
„dum reſtat, nempe aliquot abhinc an-
„nis ad ejusmodi libros clandeſtine in-
„vehendos ultro viam apertam fuiſſe,
„dum Viennæ tot Lutherani & Calvi-
„niani Bibliopolæ fuerint recepti, ut
„ex duodecim circiter vel tredecim vix
„tres aut quatuor Catholicos reperire
„ſit, ceteri autem omnes aut Luthe-
„rani aut Calviniſtæ ſint. Ex tot Ca-
„tholicis, tantoque numero auctis Bi-
„bliopolis, qui duntaxat ex Lipſia, Ha-
„la, Francofordia, Norimberga & Ans-
„ſiellodamo ſuas merces advehunt, quid
„boni

„boni & utilis pro re Catholica ſperari „poterit? præcipue cum hi per occul- „tas illicitasque vias, patrocinio a „Magnatibus exorato atque extorto „tuti, adulterinos, reipublicæ & Ec- „leſiæ Dei ſummopere pernicioſos lib- „ros invehi totis viribus adlaborent. „Et quamvis ejusmodi Bibliopolæ ſem- „per catalogum innoxiorum, utilium- „que librorum exhibeant, quotidiana „tamen experientia nos docet, quod in- „ſuper impiorum librorum catalogos „ſeparatos habeant, quos nulli ſibi ſu- „ſpecto, ſed duntaxat taciturnitate ſua „probato oſtendunt, quorum tamen „ope peſtis de manu ad manum' propa- „gatur, & ſenſim Urbes & Regiones „damnanda hac lue inficiuntur. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„VI. Inter alias jamjam invaleſcen- „tes corruptelas denuntiare cogor, „quod aliquo abhinc tempore ob aſſi- „dui commercii & noxiæ converſatio- „nis cum Acatholicis habitæ pravita- „tem Catholicæ fidei fervor apud mul- „tos hujus Urbis incolas ad oculum de- „ſerbuerit, ac evanuerit, quinimo in- „tra breve temporis ſpatium (quod „hucusque inauditum erat) tres vel „quatuor non ſine maximo animi noſtri „dolore a vera fide defecerint, quorum „exempli pravitas (non ſublata cauſſa)

Sæc. XVIII A. C. 1737.

„certo certius alios adhuc magis de-
„plorandos ejusmodi casus inducet,
„nisi, uti in aliis Provinciis, contra in-
„fames hosce apostatas omni legum se-
„veritate procedatur, & Sacrilegi ejus-
„modi ausus per statutas pœnas pen-
„tus aboleantur, ac impediantur.

„Hæc jam sunt, Clementissime
„Domine, Augustissime Imperator, hæc
„sunt tristitiæ nostræ argumenta, fu-
„nesti casus & scandala, noxii, dam-
„nandi, ac conscientiam excruciantes
„abusus, qui aliquo abhinc tempore in
„Cæsarea vestra Metropoli & finitimis
„locis sensim invaluere, & sanctam so-
„lamque salvificam Romano-Catholi-
„cam Religionem luculenter labefacta-
„runt, totque proborum Catholicorum
„& fidelium subditorum fervorem acri-
„ter exstimulant, eorumque corda la-
„cerant, in aliis vero Religionis Ze-
„lum imminuunt, ac periculosis la-
„byrinthis involvunt: Cum autem pro-
„priæ experientiæ testimonio convictus
„sim, quod tenerrima conscientia, &
„singularis, quo sacra Cæsarea Maje-
„stas sua fervet, Religionis ardor pe-
„riculosas adeo corruptelas diutius
„minime tolerare possit, hinc ad prom-
„pta remedia, & aggeres malo oppo-
„nendos eo confidentius preces meas

„per-

„perdemisse interponere præsumo, quo „firmiori spe ducor, æquissimam meam „petitionem benignis auribus excipien- „dam fore, eo potissimum nomine, quod „meis votis omnia Divina jura, com- „munia Imperii pacta, pacis Westpha- „licæ instrumentum, Provincialia to- „ties emanata severissima edicta, decre- „ta, consuetudines, statuta, & sanctio- „nes universali calculo suffragentur. „Paucis tamen memorabo posteriora „tempora; non ita pridem enim post „divulgatum Lutheri errorem ex Chri- „stiano mandato Cæsareæ suæ Majesta- „tis felicis recordationis Ferdinandi I. „ad hæresin ex omnibus hæreditariis „suis Provinciis eliminandam efficacis- „sima & maxime opportuna decreta & „consilia, die vigesima Augusti an. Christi „millesimo quingentesimo vigesimo 7mo, „& anno sequenti die vigesima octava „Martii & vigesima Julii fuere inita, „ac promulgata, per quæ Religionis „schismata in variis locis jamjam exor- „ta, fuere eradicata, & salubrium „ejusmodi edictorum transgressores non „ordinaria, sed capitali pœna damnari „statutum decretumque fuit: Hæc & „plura silentio præterire volo, unice „in memoriam revocans recentiora tem- „pora; omnibus enim notissimum est, „quod quamprimum Reformationi in „Au-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „Auſtriacis terris non minus laudabi-
„liter quam pie ſuſceptæ datum en
„initium, ſalubria prorſus edicta, d
„mandata, tam a p. m. Ferdinando
„II. Imperatore & Cæſareæ ſuæ Maj
„ſtatis Proavo anno 1627. & 163
„quam a Ferdinando III. Avo ſuo a
„no 1638. 1645. 1651. 1655. 165
„puncto Religionis fuerint promulgat
„in quibus non modo omnes diver
„Religionis incolæ, præcipue in Au
„ſtriæ Archiducatu infra Aniſiam Pri
„cipis auctoritate intra ſex Menſes Ca
„tholicam Religionem amplecti & ne
„ceſſariæ inſtructioni incumbere admo
„nebantur, ſed etiam omnes ſectæ pe
„nitus exulare juſſæ, abrogatæ & ſub
„ſeveriſſimis pœnis interdictæ fuerunt,
„ac denique præter paucos illos Pro
„teſtantes ſtatus, & Metropolis inco
„las, qui privilegiis muniti & in Cæ
„ſareis literis ſpeciatim nominati erant,
„nulli alteri conceſſum indultumque
„fuit ad Acatholicorum loca, ubi ſectæ
„exercitium toleratum eſſet, proficiſci,
„certisque temporibus eo contendere.

„Enimvero Proteſtantes in Mona-
„ſterienſi pace ſæpius urgebant, ut in
„hæreditariis Auſtriæ Provinciis libe-
„rum Religionis ſuæ exercitium exto-
„querent, horum tamen molitionibus

„Cæ-

„Cæsarei Oratores plena agendi facul- Sæc. XVIII.
„tate instructi semper immote, & tam A. C. 1737.
„firmiter sese opposuerunt, ut tandem
„Sueci, omnesque Augustanæ Con-
„fessioni addicti a suo proposito resilirent,
„& ejusmodi exercitium in Austriacis
„ditionibus urgere desisterent, prout
„manifeste patet ex ipso Instrumento
„Pac. Westph. Art. 5. §. 41.

„Sic etiam I. Ferdinandus II. die
„nona Decembris anno Domini mille-
„simo sexcentesimo trigesimo secundo,
„& quinquagesimo primo die quarta
„Martii severe prohibuit, ne ullus
„nisi sit Romano-Catholicæ Religioni
„addictus vel in Urbe vel in Regione
„Austriaca sedem figere, aut ullo pacto
„stabiliter permanere præsumat. Quin
„imo illi Acatholici subditi, qui vel
„patria emigraturi sint, vel jamjam
„emigrarunt, scriptotenus fidem suam
„obstringere tenebantur, se in patriam
„non reversuros, nisi prius ad fi-
„dem Catholicam rediissent. Ita de-
„crevit Ferdinandus III. die decimo
„septimo Novembris anno reparatæ sa-
„lutis millesimo sexcentesimo quinqua-
„gesimo primo.

„II. Pariter Ferdinandus II. die vi-
„gesima quarta Septembris anno 1627.
„& Ferdinandus III. die quarta Janua-

„rij

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „rii anno 1652. & die decima octava „Septembris anno ab Incarnatione Do„minica ſupra milleſimum ſexcenteſimo „quinquageſimo quinto decrevit, nul„los Prædicantes aut Ludimagiſtros „Acatholicos in Urbe vel in Pagis eſſe „tolerandos, ſecus illos, qui vel eos in„troducunt, aut fovent, ad terrorem „aliorum ſeveriſſime puniendos eſſe.

„III. Idem Ferdinandus III. die de„cima Novembris anno Chriſti milleſi„mo ſexcenteſimo quinquageſimo ter„tio, & Leopoldus I. die decima tertia „Februarii anno Domini milleſimo ſex„centeſimo ſexageſimo nono ſtatuerunt, „illis, qui emporia erexerunt, eorum„que Conjugibus Acatholicis negotian„di copiam haud diutius eſſe concedendam, quam in illis gentilitium vidua„rum ac hæredum nomen propagetur, „aliis vero nonniſi tanquam meris fa„ctoribus & Creditoribus ſubjecti ſint.

„IV. Ferdinandus quoque Tertius „die quarta Januarii anno 1652. inhi„buit, ne ullus privilegiis, quæ in Ur„be Proteſtantibus indulta ſunt, uti vel „ea ſibi arrogare audeat, præter illos „patriæ incorporatos, quibus id vi pa„cis Monaſterienſis competit; his quo„que Imperator accenſeri voluit illos „Im-

„Imperii ſtatus, qui in Cæſaris Aula „agunt, aut ſunt exterorum Princi- „pum Oratores, Imperii Conſiliarii & „Cæſarei Conſilii Agentes, vel empo- „rio addicti, ſi tamen juxta emporii a „Maximiliano I. Imperatore erecti & „poſtea confirmati leges vivunt.

„V. Leopoldus I. die vigeſima ſexta „Januarii anno 1683. decrevit, ut hu- „jates Legati, Oratores aut Reſiden- „tes, quibus aliunde in ſuis ædibus „Oratoria erigere licet, præter ſuos fa- „mulos nulli alteri acceſſum præbeant: „Eodem quoque anno Provinciæ Ma- „reſcallo injunctum erat, ut cum ſpe- „ciatim Lilienrothus Daniæ, & Comes „Oxenſtirnius Sueciæ Regum Orato- „res necnon Perſius Brandeburgicus „reſidens promiſcue omnibus contra „expreſſa Cæſarum mandata ad eorum „Oratoria liberum acceſſum aperirent, „omnes ſubditos reprehenderet & ſub „comminatione ſeverioris ſupplicii ab „uſurpata hac licentia abſterreret.

„VI. Denique Ferdinandus I. die „duodecima Martii, Ferdinandus II. „die decima Aprilis anno 1628. Ferdi- „nandus III. die decima quarta Janua- „rij anno 1641. inhibuerunt, ne Secta- „riorum libri in patriam invehantur,

„ven-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„vendantur vel emantur, minus vero „perlegantur. Rebus ita ſtantibus ca„pere non poſſum, qua ratione vel Im„peratori, vel alteri regnanti Principi, „imo exteræ etiam Poteſtati vitio ver„ti poſſit, ſi juxta proprias Regni leges „in Romano Imperio æquiſſime jam„jam receptas nullam aliam Religi„nem, quam cui ipſemet addictus eſt, „toleret, ſed ſolam illam pro vera & uni„ce ſalvifica teneat, & recipiat, quam„que veram, & omnino recipiendam „eſſe, ipſemet, plus nimium convic„tum ſe ſentiat. Cum autem ad re„frænandum præſentaneum hoc ma„lum varia media & conſilia (cogunt „enim multas invenire medicinas mul„torum experimenta malorum, S. „Aug. Epiſt. 50.) ſuo tempore & loco „maturius ponderanda fuerint propoſi„ta, hinc ſupplex Cæſaream ſuam Ma„jeſtatem rogo ac obteſtor, ut pro mea „& ſua conſcientia in tuto collocanda „primas curas & provida conſilia ſua „eo convertere velit, ut quanto pri„mum fieri poterit, Cæſarea Commiſ„ſio decernatur, & quidem ex ejusmo„di Viris compoſita, qui nullatenus ſu„pidi aut indifferentes, ſed ea prudeu„tia & Zelo præditi tam grave negu„tium, ubi de Dei honore & animarum „ſalute potiſſimum agitur, ad optatum „exi-

„exitum deducere, & pro avertendo „ulteriori periculo & Religionis oppreſ- „ſione opportuna media excogitare va- „lent. Agitur de re, de qua Sacræ „Cæſareæ Majeſtatis Regnorumque fe- „licitas, Auguſtiſſimæ Domus conſer- „vatio & incrementum, tot animarum „ſalus, & debita cum reverentia auſim „dicere, mea & Cæſareæ ſuæ Majeſta- „tis propria æternaque Beatitudo potiſ- „ſimum dependet. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Cumque hoc Dei & Religionis ne- „gotium principaliter Eccleſiæ Paſto- „rum curam tangat, Cæſarea ſua Ma- „jeſtas clementiſſime concedat, ut ad „illius executionem duo vel tres Eccle- „ſiaſtici a me Delegati advocentur, qui „adhuc enucleatius, ac fuſius remedii „neceſſitatem exponant, & cuncta ad „Cæſareæ ſuæ Majeſtatis mentem & „ſalutarem finem promoveant. Tan- „dem æquiſſimum, juxta ac ſacroſan- „ctum hoc negotium, meque, & totam „meam Diæceſin in Cæſareæ ſuæ Ma- „jeſtatis gratias ac favores humillime „commendo &c". Hæc illo ævo vox erat Viennenſis Archiepiſcopi in Cæſa- ris Aula: Imperator vero quosdam ſpe- cialiter deputabat, qui in has Archie- piſcopi querelas, propoſitasque cor- ruptelas ſedulo inquirerent; hos inter

Sæc. XVIII A. C. 1737. præcipui erant Comes de Khevenhüller Viennensis Metropolis Gubernator & P. Peickard Cæsareus Concionator.

§. XXXI.

Caussa de decimis Weveldensibus ad Tribunal Rotæ Romanæ delata.

Hoc item anno celebris agitabatur controversia de decimis. Illius occasio erat hæc: Jam ab aliquo tempore Guilielmus Adamus liber Baro de Weveld utpote (ut vocant) Hoffmarchialis Dominus decimas Majores ex frumento in Pago Siningensi possederat: Anno autem Domini millesimo septingentesimo vigesimo tertio Joannes Schnizer præfati Pagi Parochus dicto Domino litem movit super jure exigendi & percipiendi has decimas intra fines Parochiæ suæ: Lis utrinque contestata, & caussa in Consistorio Ecclesiastico Augustæ serio discussa, ac demum Parocho adjudicata: Igitur Weveldus Baro coram Reverendissima Curia Episcopali Augustana jam tertio comparere jubetur, qui tamen obtendit, se salvo fidelitatis juramento parere non posse, aliunde etiam comparitionem, ac negativam litis contestationem coram alio Judice sibi ab Electorali

rali Consilio Aulico Neoburgensi, & quidem sub expresse injuncta omnium feudorum caducitate interdictam esse: Hæc tamen excusatio reum conventum nec ab inobedientia nec a contumacia vindicabat, quocirca anno hujus sæculi vigesimo sexto contra ipsum a Curia Episcopali pronuntiata est sententia, vi cujus jus in has decimas Parocho attributum, Weveldius vero fructus a tempore litis perceptos restituere, & ob contumaciam expensas refundere jussus est. Huic sententiæ obluctabatur, interposita appellatione, Laurentius Origlia, qui agendi facultatem ab ipso Barone acceperat. Nihilominus Curiæ Episcopalis sententia præfato anno in Consistorio publicata & die vigesima quarta Februarii a Francisco Josepho Mulzero Juris Utriusque Licentiato & Curiæ Episcopalis Actuario subscripta fuit. Transferebatur tamen hæc caussa in Reverendissimæ Cameræ Apostolicæ Tribunal, ad quod Guilielmus Weveld suam interposuit appellationem, qua insuperhabita die sexta Octobris anno hujus sæculi trigesimo primo, quo præfatus Baro Magdalenam Amaliam Baronessam de Bidefeld sibi matrimonio junxerat, Mesmerus Præsul, & prædicti Tribunalis Locumtenens contra Guili-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

elmum definitivum decretum edidit, & Curiæ Episcopalis sententiam confirmavit, eamque executioni dari præcepit. Nec tamen propterea huic judicio acquievit Guilielmus, sed interjectæ suæ appellationi pertinacius institit; accidit autem, ut anno hujus sæculi trigesimo quarto in gravem incideret infirmitatem, cujus violentia nil propius, quam proximam præsagiebat mortem: quocirca infirmus rebus familiæ suæ dispositis juniorem Baron de Weveld suorum bonorum, prædii feudalis, proin & decimarum hæredem instituit, relictam autem Viduam bonorum Administratricem testamenti tabulis nominavit: litem denique circa præfatas decimas dicti Baronis Curatores, & Laurentius Origlia ejusdem Advocatus prosecuti sunt: cum vero hi latæ sententiæ pariter acquiescere nollent, causa continuatæ hujus appellationis a summo Pontifice pluribus Sacræ Rotæ Theologis ac jureperitis mature examinanda tradita est, ut ad legitimæ sententiæ executionem procedatur, sin minus causa appellationis pro valida declaretur. Discussis igitur, & serio dinque examinatis hujus causæ meritis Romæ die undecima Decembris ejusdem anni declaratum fuit, omnino procedendum esse ad legitimam tam

Augu-

Augustanæ quam Romanæ sententiæ in favorem Parochi Siningensis latæ executionem, ita tamen, ut præfati Guilielmi Baronis defuncti Advocatis suas rationes denuo exponendi facultas daretur. Hæc sententia solam petebat Viduam, quæ tamen opposuerat, se nonnisi triennalem Siningensis prædii Administratricem fuisse, nec ream conventam nec ejus nomine unquam litem negative fuisse contestatam, minus vero ab ea Romæ Mandatarium fuisse constitutum: Cum vero hæ rationes minus validæ viderentur, die undecima Januarii hoc anno hujus sæculi trigesimo septimo in favorem præfati Parochi contra dictam Viduam tertia jam vice pronunciatum est, interminata etiam in contumaciæ casum anathematis pœna. Hoc Episcopalis Curiæ judicium finale Sacra Romana Rota confirmavit, & mandatum vi, cujus ad legitimam præfatæ sententiæ executionem procedatur, expedivit, demum vero die octava Aprilis executoriales Episcopalis judicii literas ad Episcopum transmisit, hujus tenoris: „Glo„riosissimo Potentissimo, Invictissimo „& Catholico Principi Domino, Do„mino Carolo sexto, divina favente „Clementia, electo Romanorum Im„peratori semper Augusto, Imperii, „Reg-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A C. 1737.

„Regnorum aliorumque Dominiorum „vestrorum felicis prosperitatis aug„mentum, nec non Illustrissimo & Re„verendissimo Domino Nuncio Apostoli„co in illis Partibus pro Sanctissimo „Domino nostro Papa & S. sede com„moranti & residenti, & Archiepisco„pis, aliisque Episcopatui Augustano „vicinioribus, eorumque & cujuslibet „ipsorum in spiritualibus & temporali„bus R. R. D. D. Vicariis & Officiali„bus Generalibus &c. universis quoque „& singulis R. R. D. D. Abbatibus, „Præpositis, Decanis, Archidiacomis „Thesaurariis, Sacristis, cæterisque „dignitatibus, Presbyteris, Clericis, No„tariis & Tabellionibus publicis qui„buscumque per Civitatem & Diœce„sin Augustanam, & alias ubilibet con„stitutis, illique vel illis, ad quem vel „ad quos præsentes nostræ imo verius „Apostolicæ literæ diriguntur, perve„nerint, aut præsentabuntur, quibus„cumque nominibus censeantur, & „quacumque præfulgeant dignitate, „Carolus Rezzonicus Jur. V. D. San„ctissimi Domini Nostri Papæ Capella„nus ac ipsius Sacr. Palatii Apostolici „causarum & Sac. Romanæ Rotæ Au„ditor, causæque infra scriptæ judex „Commissarius, vigore specialis Com„missionis, de qua in actis, Apostolica

Auto-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Autoritate deputatus, ſalutem in Do-
„mino. Noveritis, quod exorta alias
„lite inter R. D. Joannem Schnizer,
„Parochum Pagi Siningenſis ſiti in Du-
„catu Neoburgico, actorem ex una,
„& bo. mem. Guilielmum Adamum
„Liberum Baronem de Weveld reum
„conventum ex altera partibus ſuper
„jure exigendi & percipiendi Decimas
„intra fines parochiæ Siningenſis, ea-
„que diſcuſſa in ven. Conſiſtorio Ec-
„cleſiaſtico Auguſtano, prodierit inibi
„ſententia, tenoris ſequentis videlicet:
„In cauſa Decimarum majorum inter
„D. Parochum in Siningen actorem ex
„una, & D. Baronem de Weveld ut-
„pote Hoffmarchialem in dicto Sinin-
„gen reum Conventum ex altera Pa-
„tribus vertente pro tribunali ſedentes,
„ſolumque Deum præ oculis habentes,
„decernimus, & ſententiamus ſupra-
„dictas Decimas ad prædictum D. Pa-
„rochum pertinere, eidemque fructus
„a tempore litis perceptos reſtituendos,
„unacum refuſione expenſarum, idque
„in contumaciam. N. S. Eadem lata &
„publicata in Conſiſtorio Auguſtano
„1726. die vero 24. Februarii Franciſ-
„cus Joſephus Mulzer, I. V. Lic. Cu-
„riæ Epiſcopalis Auguſtanæ Actuarius
„in fidem ſubſcripſit, quam quidem
„præinſertam ſententiam confirmavit

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „& exequi mandavit in gradu appella„tionis interpositæ a Dom. bo. mem. „Libero Barone de Weveld R. P. D. „Mesmerus olim tribunalis Rev. Came„ræ Apostolicæ locum tenens, per suam „definitivam sententiam seu Decretum „definitivum emanatum sub die 6. Oc„tobris 1731. verum prædicto bo. mem. „Barone de Weveld nondum acquie„cente, ideo causa ulterioris appella„tionis commissa fuit nostro Sac. Rotæ „Auditori vigore specialis commissionis „Apostolicæ Nobis præsentatæ & per „signaturam Justitiæ prælibati Sanctis„simi Domini nostri Papæ signatæ cum „clausula alteri, qui ad legitimam exe„cutionem procedat; sin minus cau„sam appellationis cognoscat. Hinc „contestata inter partes collitigantes „coram Nobis legitime lite & causæ hu„jusmodi, ac successive discussis & ad „plenum examinatis illius meritis in „plena Rota prodiit denique sub die 11. „Decembris 1733. decisio coram nobis, „qua declaratum fuit esse procedendum „ad legitimam executionem præceden„tium duorum conformium judicato„rum favore D. R. Parochi Siningen„sis promulgatorum, concessa vero „nova audientia defensoribus dicti D. „Baronis Guilielmi Adami interim de„functi. Subsequenter alia emanavit „deci-

„decisio sub die 11. Januarii currentis Sæc. XVIII.
„anni 1737. præcedentis confirmato- A. C. 1737.
„ria, in quarum sequelam per nostrum
„Sac. tribunal causæ hujusmodi expe-
„ditione opportuni Mandati de proce-
„dendo ad legitimam executionem præ-
„dictorum præcedentium judicatorum.
„Nos igitur instantiæ hujusmodi tan-
„quam justæ annuentes (citato prius
„personaliter per cursores Romanæ Cu-
„riæ ad omnia & singula supra expres-
„sa & infra scripta D. Laurentio Origlia
„tanquam Domino litis effecto per obi-
„tum bo. mem. Guilielmi Adami Baro-
„nis de Weveld lite pendente defuncti ac
„servatis servandis) præsentes nostras lit-
„teras executoriales extra eandem Ro-
„manam Curiam & ad partes decernen-
„dum & relaxandum fore duximus,
„prout decernimus & relaxamus ac ex-
„tra Romanam Curiam & ad partes
„expediri mandavimus & mandamus
„per præsentes in forma consueta. Quæ
„omnia & singula vobis omnibus supra-
„dictis, & vestrum cuilibet in solidum
„committimus, insinuamus, notifica-
„mus ac ad vestram & cujuslibet ve-
„strum notitiam deducimus, deduci-
„que volumus & mandamus, ne de
„præmissis ignorantiam aliquam ullo
„unquam tempore valeatis allegare.
„Vosque propterea Glorioſissimum, Po-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„tentiſſimum, invictiſſimum & Catho-
„licum Principem D. D. Carolum elec-
„tum Romanorum Imperatorem ſem-
„per Auguſtum ad prædictarum noſtra-
„rum imo verius Apoſtolicarum litera-
„rum executionem efficaciter adim-
„plendam & fieri permittendam benig-
„ne intuitu Juſtitiæ & ob S. Sedis
„Apoſtolicæ reverentiam in Domino
„hortamur atque rogamus. Vos vero
„cæteros omnes, quibus præſentes di-
„riguntur aut præſentabuntur, requi-
„rimus & monemus, primo, ſecundo,
„tertio & peremptorie, vobisque & ve-
„ſtrum cuilibet in ſolidum committi-
„mus, & in virtute S. obedientiæ, &
„ſub mille Ducatorum auri de Camera
„locis piis applicandum, & pro illis
„mandati executivi ac in juris ſubſi-
„dium infra ſcriptis ſententiis, cenſuris
„& pœnis ex parte ſupramemorati San-
„ctiſſimi Domini noſtri Papæ præcipi-
„endo mandamus, quatenus infra ſex
„dies poſt præſentationem & notifica-
„tionem præſentium ad inſtantiam ex
„parte dicti R. D. Parochi Siningen-
„ſis vigore præſentium vobis deſuper
„faciendam immediate decurrendos,
„quorum ſex dierum duos pro primo,
„duos pro ſecundo, & reliquos duos
„pro tertio & peremptorio termino ac
„monitione Canonica vobis aſſignamus,

Ita

„ita tamen, ut in his exequendis Sæc. XVIII.
„unus vestrum alium non exspectet, A. C. 1737.
„nec pro alio se excuset supra insertam
„sententiam Ven. Consistorii Ecclesiasti-
„ci Augustani decernentis ac declaran-
„tis Decimas majores, de quibus agi-
„tur ad prædictum R. D. Parochum
„Siningensem pertinere, eidemque
„fructus a tempore litis perceptos resti-
„tuendos unacum refusione expensarum
„vigore aliorum duorum judicatorum
„hic in Curia, ut præfertur emanato-
„rum, approbatam, & confirmatam
„exequamini, atque ad legitimam il-
„lius executionem omnino procedatis,
„& ab aliis quibus opus fuerit, proce-
„di faciatis & procuretis. Inhibemus
„propterea vobis omnibus & singulis
„supradictis & generaliter, quibus-
„cumque aliis cujusvis status, gradus
„ordinis & conditionis, illique vel il-
„lis, ad quem vel ad quos spectat, &
„pertinet, aut spectare & pertinere po-
„terit, in futurum, ne quo minus
„præmissa omnia & singula vobis, ut
„supra ad favorem dicti R. D. Parochi
„Siningensis Principalis vobis deman-
„data suos plenarios sortiantur effectus,
„impedimentum aliquod præstetis seu
„præstent, aut impedientibus & mole-
„stantibus in præmissis supradictum D.
„Parochum in aliquo detis seu dent au-
„xilium

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„xilium, consilium, favorem, directe, vel „indirecte publice vel occulte, mediate „vel immediate, quovis sub prætextu, in„genio causa vel quæsito colore. Quod „si forte (quod non credimus) præmis„sa omnia & singula non adimpleveris„tis, aut aliquid in contrarium feceris„tis, mandatisque, monitionibus, & „inhibitionibus nostris hujusmodi non „parueritis seu paruerint cum effectu, „nos in vos & vestrum quoslibet, qui „in præmissis culpabiles & inobedientes „fueritis, seu fuerint ex nunc prout ex „tunc & econtra singulariter in singula „Excommunicationis, in capitula ve„ro Conventus & Collegia suspensionis „a divinis, in ipsorum vero delinquen„tium Ecclesias, Capellas & Monaste„ria interdicti Ecclesiastici, & quoad „Reverendissimos supranominatos Or„dinarios meritis suarum Pontificia„lium dignitatum deferentes interdicti „ingressus Ecclesiæ, tantum sententias „ferimus in his scriptis, ac etiam pro„mulgamus. Ad quarum quidem sen„tentiarum & censurarum incursus „declarationem, aggravationem, re„aggravationem, brachiique secularis „invocationem, aliaque tam juris quam „facti remedia in eventum non paritio„nis & adimplementi præmissorum „contra inobedientes & rebelles debi„tis

„tis dilationibus congruisque tempo- Sæc. XVIII.
„rum intervallis præcedentibus ſerva- A. C. 1737.
„ta forma Sac. Concilii Tridentini exin-
„de procedemus, procedique curabi-
„mus juſtitia mediante, abſolutionem
„vero in præmiſſis Nobis vel ſuperiori
„noſtro tantummodo reſervamus. In
„quorum fidem has præſentes fieri &
„per Notarium noſtrum infra ſcriptum
„ſubſcribi & publicari mandavimus.
„Solitoque quo in ſimilibus utimur, ſi-
„gillo communiri fecimus. Datum Ro-
„mæ ex palatio Apoſtolico Quirinali &
„in Sac. Rota ſub anno a Nativitate
„Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo
„ſeptingenteſimo trigeſimo ſeptimo, In-
„dictione XV. die vero octava Menſis
„Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſ-
„ſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri,
„Domini Clementis Papæ XII. anno
„ejus ſeptimo, præſentibus D. D. Cy-
„riaco Blondo, & Vincentio Cicellio
„Connotariis, teſtibus habitis, voca-
„tis, atque rogatis".

(L.S.) Et quia ego Ludovicus Pinus Sac. Palatii Apoſtolici cauſarum, & Sac. Rotæ Notarius Adminiſtrator. Apoſtolica Authoritate deputatus Pro-Collegio D. D. dictæ Sac. Rotæ Connotariorum de præmiſſis rogatus fui, ideo præſens publicum Inſtrumentum literarum executorialium ſubſcripſi & publicavi requiſitus.

Accep-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Acceptis hiſce literis Xaverius Antonius Haimbuecher Neoburgenſis Eccleſiæ Collegiatæ ad S. Petrum Canonicus, Cuſtos ac Senior, Moguntinus Conſiliarius, Apoſtolicus & Imperialis Protonotarius juratus publicus & in Curia Romana immatriculatus die decima Octobris Curiæ Epiſcopalis nomine finalem hanc rotæ Romanæ ſententiam exequi juſſus eſt, quam etiam Viduæ Baroneſſæ de Weveld *inſinuavit*, ejusque tenore ſatis clare expoſito, eidem ad deliberandum ſufficiens præfixit tempus; quo elapſo rurſus præfatam declarationem & Romanum judicium prædictæ viduæ intimavit, & tertia demum vice die decima nona ejusdem Menſis iterum hoc anno declaravit, ſi evoluto quatridui termino *parere* renuerit, abs dubio diris eſſe *devovendam*: Hæc vero allatis antea rationibus firmius inſtitit, ac Neoburgenſis Senatus Aulici interdicto abſterrita, imperata facere neglexit: Eapropter Epiſcopali decreto publice ac nominatim piorum communione die octava Novembris ejecta fuit, juſſumque die vigeſima quarta ejusdem Menſis, ut hæc ſententia per integros quindecim dies ad valvas Eccleſiæ affixa remaneret. Sacro hoc fulmine perculſa Vidua memoratum hoc Romanum Mandatum ſibi

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

sibi a dicto Protonotario insinuatum remisit, palam contestata, se quidem illud ea, qua par est, veneratione prosequi, perdemisse tamen supplicare, ut hoc decretum non sibi, sed conventæ & condemnatæ parti legitime intimetur; nec his contenta, postmodum anathematis pœna jam altera vice eidem fuit interminata, ipsamet die vigesima tertia Novembris coram Notario & testibus appellationem interposuit, simulque ad testificandam suam venerationem ad Curiam Episcopalem contendit, expositisque suis rationibus humillime petiit, ut sacram Rotam Romanam pro sententiæ, ut vocant, *leuteratione* supplicando conveniendi licentiam haberet, se enim firmiter credere, Sacræ Rotæ Judicum mentem non eam fuisse, ut contra aperta jura, & adversus clarum sententiæ tenorem contra ipsam utpote Personam tertiam, inauditam, atque innocentem anathematis executione procedatur: Porro concessa hac facultate, interim usque ad ulteriorem rei discussionem a rota Romana rursus instituendam, decimarum hucusque concessarum restitutio unacum omni causa Vasallis injuncta est, ec potissimum nomine, quod die vigesima octava Novembris Episcopus Augustanus per literas a Serenissimo

Ele-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Electore Palatino Manheimio datas humaniſſime requiſitus fuerit, ut hujus judicii executio usque ad recognitam Rotæ Romanæ deciſionem differretur: Habita igitur hujus petitionis ratione rurſus Viduæ Advocatus Romæ ipſius cauſſam inſtaurabat, ac præter rationes in Viduæ favorem jam ſæpius allatas, præcipue urgebat, controversas haſce decimas poſt obitum ſui Mariti, non ipſi, ſed ejus conſobrino juniori Baroni de Weveld tanquam feudum maſculinum fuiſſe relictas, illam necrem nec jus ad eas unquam poſſediſſe nec animum poſſidendi habuiſſe, nec unquam proprio nomine illas, vel earum fructus collegiſſe aut percepiſſe, proin non in eam ſed in verum illarum poſſeſſorem ſententiam eſſe ferendam. His aliisque cauſſæ meritis ſerio ponderatis Romæ quidem deciſum eſt, has decimas Parocho pleno jure eſſe reſtituendas, declarandum tamen, Viduam anathemate nullatenus eſſe irretitam: Hoc judicium anno ſequenti die tertia Februarii publicatum eſt hoc tenore:

„Carolus Leopoldus Calcagninus J. V.
„D. S. S. Domini Noſtri Papæ Cappel-
„lanus & ipſius ſacri Palatii Apoſtolici
„cauſarum, ac ſacræ Rotæ Romanæ
„Decanus, & in cauſa & cauſis, ac
„Partibus infradictis Judex Commiſſa-
„rius

„rius Apoſtolica Authoritate ſpeciali- Sæc. XVIII.
„ter deputatus &c. Univerſis & ſingu- A. C. 1737.
„lis hoc præſens Decreti Inſtrumentum
„viſuris, lecturis, pariter & legi audi-
„turis notum facimus & atteſtamur,
„quod perſonaliter citato coram nobis,
„pro parte Illuſtriſſimæ & Excellentiſ-
„ſimæ Dominæ Magdalenæ Amaliæ
„liberæ Baroniſſæ de Weveld, natæ
„Baroniſſæ de Bidenfeld Principalis,
„Domino Joſepho Branca ex adverſo
„Procuratore aſſumpto R. D. Joannis
„Schnizer Parochi Pagi Siningenſis
„ex adverſo Principalis ad comparen-
„dum coram nobis die infra ſcripta &
„videndum mandari, purgari attentata
„ex adverſo commiſſa in ſpretum ap-
„pellationis per Dominam inſtantem
„interpoſitæ ad S. ſedem, nec non vi-
„dendum mandari circumſcribi omnia
„geſta & acta facta in Conſiſtorio Epi-
„ſcopali Auguſtano & coram illius aff.
„Judicibus ſuper prætenſa executione
„Literarum executorialium Sac. Rotæ
„alias ex adverſo expedita ſub die 8.
„Aprilis 1737. ſeu coram R. P. D. Rez-
„zonico nunc S. R. E. Cardinali & ſig-
„nanter decretum, ſeu mandatum ex-
„communicationis nulliter, temere,
„& injuſte ac contra tenorem earundem
„literarum Rotalium latæ & publica-
„tæ per dictum Conſiſtorium, ejusque

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „deputatum Executorem ſub diebus „octava Octobris & vigeſima quarta „Novembris dicti anni 1737. ſeu contra „infradictam Dominam Inſtantem non „comprehenſam in cauſa, nec in præ„dictis literis Executorialibus Sac. Re„tæ & pro hujusmodi effectu mandari „lacerari Cedulones, ſeu Banna, ut „vocant Eccleſiaſtica affixa Portæ tem„pli, vel cuilibet alteri loco, ac injun„gi prædicto Conſiſtorio Epiſcopali, „ejusque judicibus, quatenus iisdem „modo & forma, quibus prædictas cen„ſuras & excommunicationem nulliter „& injuſte publicari & exequi manda„runt, revocent & annullent, eandem„que Dominam Baroniſſam inſtantem „ad Communionem fidelium & primæ„va jura reſtituant, nec non videndum „ipſum citatum in omnibus expenſis „condemnari & capi quamcumque pro„viſionem nobis beneviſam & Decre„tum quodcumque fieri ad diem infra „ſcriptam; illa adveniente comparuit „in Judicio coram nobis Dominus Lau„rentius Origlia ſupradictæ Illuſtriſſimæ „& Excellentiſſimæ Dominæ Magdale„næ Amaliæ liberæ Baroniſſæ de We„veld natæ Baroniſſæ de Bidenfeld „principalis legitimus procurator, & „inſtitit, ut ſupra ex tunc nos quoad „attentata, docto de eisdem & intima„to

„to per dies quinque ante mandavimus „illa purgari, quod vero ad prætenſas „cenſuras ſive Bannum Eccleſiaſticum „declaravimus illas & illud nullas, ir„ritas, & invalidas, ac reſpective nul„lum irritum, & invalidum, ac ſi nun„quam latæ, promulgatæ, ac affixæ, „ac reſpective latum promulgatum & „affixum non fuiſſet, & pro hujusmo„di effectu commiſimus atque manda„vimus omnibus & quibuscumque Per„ſonis, in quacumque Eccleſiaſtica dig„nitate conſtitutis, quibus hoc præ„ſens noſtrum Decreti Inſtrumentum „oſtenſum & præſentatum fuerit, ut in „eisdem locis, in quibus publicatum „ſive affixum fuit præfatum Bannum, „ac reſpective latæ & publicatæ fue„runt præfatæ cenſuræ Eccleſiaſticæ „excommunicationis contra Illuſtriſſi„mam Dominam Inſtantem, ac in aliis „quibuscumque locis, ubi opus fuerit „& quando ac quoties pro parte dictæ „Dominæ Inſtantis fuerint requiſiti, „ſeu alter ipſorum fuerit requiſitus, „publicent & declarent ac declarari & „publicari faciant easdem cenſuras ex„communicationis, & reſpective Ban„num Eccleſiaſticum fuiſſe, & eſſe at„que ab initio nullas, irritas, & inva„lidas, ac reſpective nullum irritum & „invalidum, ac haberi & reputari, ac

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„si nunquam latæ & publicatæ fuissent „præsente dicto Do. Branca omni &c. „quæ omnia, & singula vobis omni„bus & singulis supradictis & vestrum „cuilibet notificamus, ne de eis igno„rantiam allegare valeatis. In quorum „fidem has præsentes fieri & per Noti„rium nostrum infra scriptum subscribi „& publicari mandavimus, sigilloque „solito muniri jussimus. Datum Romæ „ex Palatio nostræ Residentiæ sub an„no Millesimo septingentesimo trigesimo „octavo, indictione prima, die vero „tertia Februarii, Pontificatus autem „Sanctissimi Domini Nostri Papæ XII. „Anno ejus VIII. Præsentibus *D. D.* „*Vincentio Cicellio & Philippo Casuno* „Connot. testibus.

Ego Ludovicus Pinus Sacri Palatii Apostolici Causarum & Sacræ Rotæ Notarius pro Collegio DDorum Con - Notariorum de præmissis rogatus præsens Instrumentum Decreti subscripsi & publicavi Requisitus.

§. XXXII.

Historia de Wertheimensi Bibliorum versione.

In apertas flammas hoc anno talis erupit contentio, quæ ferme unicum om-

omnium Sectariorum fulcrum ac fundamentum evertere videbatur : Illius narrationem, quam veriſſime fas erit, ab ovo, ut ajunt, accerſam, & ad mala, nullis ambagibus perducam. Sic autem ea res, quemadmodum ſubiiciam, ſe habuit. Joannes Laurentius (ſeu ut alii volunt) Leonardus Schmid abſolutis Hallæ ſtudiis a Lövenſteinio-Wertheimenſi Comite erudiendo juniori ejus Filio datus erat : ibi ſubciſivas plures horas nactus, quod a magiſterio ſuo ſubtrahere poterat, id omne diſciplinis Mathematicis, & Theologiæ ſtudio impendit, tam felici, ut ſibi blandiebatur ſucceſſu, ut certa, clara, & efficacia illa argumenta, quæ ſibi in Scholis Lutheranis, ut talia venditabantur, in ſana Theologia incaſſum quæri detegeret ſimulque non ſine animi ſuo dolore perſpectum haberet, fidei veritates apud multos ob hanc cauſſam contemni, & acerrime oppugnari: Infauſtam hanc Religionis ſuæ ſortem miſertus, ſecum ſtatuit, has veritates clare proponere, huncque finem aſſequendi ſtudio præcipue *irrefutabilem* Bibliorum verſionem concinnare. Jam ante quinquenium incepere montes parturire,& primo naſcebatur vaſtiſſimi operis proſpectus, in quo Orbi Chriſtiano fucum fecerat, ſe proxime Biblicos lib-

Sæc.XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ros Germani idiomatis puritate inlignes editurum, additis annotationibus, in quibus S. Scripturæ textus cum suis fontibus conferrentur, eorumque harmonia ex claris demonstrationibus comprobaretur: Jactabat insuper Auctor hanc versionem prospera forte a Doctorum præcipuis maximo applausu fuisse commendatam. Porro operosum hunc laborem suis humeris imponendi illam fuisse caussam deprædicabat, quod in Lutheri versione nil nisi obscuritas dominetur, ac propterea jam potissimi neglecta ipsius versione Wertheimensem ingenti gaudio perlustrent. Anno hujus sæculi trigesimo quinto prima pars in duos tomulos divisa publicam lucem aspexit nitidissimo charactere, regia charta elegantissime excusa, ac in fronte & in calce cujuslibet tomi Iconismo Norimbergæ arte celebris Tyroffi chalcographi jam ante biennium æri inciso exornata. Vix unquam ullus alius ingenii partus Orbem literarium infausto magis varioque fato ingressus est, quam hæc Bibliorum versio; diversum erat inter Protestantes pro affectuum diversitate judicium: non deerant illius vindices, nec pariter morosi mastyges, qui criticis ac hermeneuticis microscopiis non modo fœdas in hac versione maculas detexe-

Apologia l. vers. 1736. pag. 5.

re,

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

re, sed etiam versionis a Luthero factæ, & hucusque pro sola authentica canonisatæ authoritatem, imo etiam totius Lutheranæ religionis fundamentum everti præsagiebant, exclamantes: *Hannibal ante portas.* Nec id abs re sibi, suæque Ecclesiæ timuerunt Lutherani, siquidem inter fundamentales suæ fidei articulos primus ac præcipuus est, quod sola S. Scriptura sit unicus & infallibilis in controversiis Judex, norma & regula credendi: Si ita est, hæc regula debet esse certa, integra, & infallibilis, & non depravata, non mutilata, non variata in essentialibus: necesse insuper est, ut exstet ejusmodi scriptura, seu Biblia, quibus competunt dictæ dotes, scilicet, quod sit certa &c. necesse quoque est, ut exstent & semper a primo Religionis exordio exstiterint non vaga, sed, ut ajunt, in individuo designata & *determinata* ejusmodi Biblia, quæ omnibus hujus Religionis affeclis sint passim intelligibilia & usualia, ita ut verum sit dicere, hæc sunt vera, & non mutilata sed integra Biblia; certum quoque esse fidelibus debet, quod in hisce Bibliis determinatis &c. immutatum, purum, atque integrum Dei Verbum, quin aliquid essentiale sit additum vel demptum, contineatur: Ex his vero

Theologische Nachricht. Beyträg. *I. V. anno* 1736. *n.* 4. *f.* 11.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. suppositis sequi videtur, quod in Religione Lutherana vel nunquam extiterint Biblia determinata, vel quod duntaxat Catholicorum Biblia sint vera, immutata, integra & certa, proin Dei Verbum integrum & purum continentia. Simus enim ad tempus omnino liberales, & ponamus, Lutheranæ sectæ exordium a primis Ecclesiæ sæculis repeti posse, eamque ad hunc usque diem esse continuatam: toto tamen longoque hoc temporis intervallo nulla omnino exstitere, & nec per somnium excogitari ac designari ulla possunt Biblia, quæ in omnibus & quidem in essentialibus integre consensissent cum illis, quæ hodiedum a Lutheri reformatione multiplicia pro Lutheranorum regula, ac veris Bibliis habentur: necesse enim foret, quod Lutherani ante Lutheri tempora vel habuerint Biblia hebraica, Chaldaica, Syriaca V. T. & Græca N. T. aut horum idiomatum ex ipsis doctioribus tum gnari erant longe pauciſſimi, vel passim usi fuerunt vulgata, aut ad vulgatæ fidem in diversas linguas traducta, sed hanc Lutherus suos docuit fuisse semper vitiosam, corruptam, depravatam, & plurimis falsitatibus turgidam, ergo Lutherani ante Lutherum vel nulla habuere Biblia, vel si habuerunt, erant aut depravata, aut longe

longe potiſſimis non intelligiblia. Qualis autem Religio, quales fideles, quibus unica norma & regula credendi erat liber vel depravatus, vel quo nonniſi pauciſſimi, etſi voluiſſent ceteri, uti non poterant? Tenebantur ergo pro Regula ſuæ fidei habere illam, quam vel ignorabant, vel quæ regula non erat, utpote corrupta. Fors magis proſpera erat ſors Filiorum a ſuo Protoparente recta linea deſcendentium? Enimvero Lutherus, qui ſemetipſum Chriſti Domini Evangeliſtam vocat, Vulgatam tot ſæculis ab univerſa Eccleſia, totoque in Orbe receptam emendare aggreſſus, Sacram ſcripturam in Teutonicum idioma transtulit, & quidem ad Vetus Teſtamentum juxta veterem Germanicam verſionem Judaicam hebraicis literis ſcriptam, ſeu, ut teſtatur Hieronymus Emſerus, Picardicam ſeu Huſſiticam, ad vertendum vero novum Teſtamentum Græca Eraſmi, Aldi, Gerbelli &c. aliisque editionibus uſus eſt, operam etiam adhibuit Caſpar Cruciger, qui hebraice balbutire didicerat. Hoc opus Lutherus anno 1534. tam inauſpicato abſolverat, & tamen ob glorioſum hoc Lutheranæ ſectæ Palladium ejus ſectatores annuam Biblicæ hujus verſionis feſtivitatem celebrant, imo in concinnando hoc

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

opere Hieronymus Wellerus, & Erasmus Alberus *Lutherum ſpiritu & virtute Eliæ parem, dono interpretationis parem Apoſtolo Paulo* facere non dubitabant. Crederes utique a tanto Viro tandem ſuis propinata eſſe Biblia, in quibus quilibet Lutheranus ſaltem novissimis hiſce temporibus, Verbum Dei incorruptum, purum, integrum, ac minime depravatum contineri, tuto ac certo credere poſſit: Cum enim hæc Biblia per Lutherum dono Interpretationis Apoſtolicæ præditum verſa cuilibet Lutherano ſint unica, & infallibilis fidei ſuæ regula, neceſſe eſt, ut his dotibus & prærogativis ea inclareſcere, notum, certumque ſit; quæ enim alia Biblia ſaltem ii, qui præter Germanicum idioma nullum aliud intellexere aut intelligunt, per ducentos ferme annos pro infallibili fidei regula habuiſſent, ex quibus fidei dogmata per Verbum Dei probare, ſuaque dubia aut controverſias diſſolvere, & conſcientiæ anxietates ſedare potuiſſent? fors conſulere debuiſſent alias verſiones Germanicas? verum hæ omnes non tam manifeſto infallibilitatis & unicæ ac certæ Regulæ charactere præditæ ſunt, ac illa, quæ concinnata fuit, a Viro, qui *Dei organum, Spiritu & veritate par fuit Eliæ, dono interpretationis par Apoſtolo Paulo.* Ergo

Vid. Præf. ad opera Luth. Lipſ. pag. 3.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Ergo vel hanc vel nullam habent fidei Regulam, vel vulgatam recipere tenentur: Lutheri autem verſionem certam & infallibilem eſſe Regulam, ſeu certo Verbum Dei purum & integrum continere, quis credat? poſtquam ipſemet Lutherus cum toto ſuo Interpretationis dono, de verſionis ſuæ puritate ac integritate diffidit, & Evangelica prorſus modeſtia aſſeruit, *quantum certo ſudoris & laboris res ſit verſio, probe expertus ſum, ac propterea hac in re nullos Papa-Aſinos, qui nihil tentarunt, pro judice aut cenſore admitto: qui verſionem meam non vult, relinquat eam, ſi quis eam reſpuit, aut me invito vel inſcio corrigit, mercedem habeat a diabolo, ſi correctione indiget, ipſus corrigam, & niſi correxero intacta relinquatur mea verſio, quilibet faciat quicquid pro ſemetipſo velit, & ei felicem exopto annum.* Haud abſimilia Lutherus ſæpius in variis locis repetit, qui magis tamen laudandus foret, ſi etiam ingenue faſſus fuiſſet, quod non raro Sacræ Scripturæ textus, ſicut Agaſo Aſinum, quo vult, auribus attrahit, ita crinibus ut ajunt, ad ſtabilienda ſua commenta attraxerit, integros libros ſibi contrarios ex Albo expunxerit, Spiritus Sancti verbis & menti contrarios ſenſus affinxerit, & prout libuit, pro ſupremo ſui in S. Scripturam

Tom. V. Jen. fol. 164. anno 1557.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ram imperio aut verius tyrannide alia addiderit, alia dempserit, & uti annotavit Embserus, in sola ejus versione novi Testamenti errores sexcentos aut septem commiserit, quædam ex suo addiderit, alia dempserit, & textus per falsas interpretationes ad perversum sensum detorserit. Quis ergo Biblia tam fæde corrupta, ad arbitrium unius hominis privati contra universalis Ecclesiæ auctoritatem & usum per tot retro sæcula consolidatum depravata pro puro, integro, & incontaminato Verbo Dei, proin pro certa, ac infallibili regula habeat? Haud diffitemur insanum esse, fidem suam fundare in certa versione hominis, de cujus infallibilitate nec umbra exstat: attamen omnino necessarium est, ut *rudes* Lutherani, quorum potissima pars est, de existentia, veritate & integritate Bibliorum, quæ singulis pro Regula traditur, certi sint, cum autem ipsi per 200. ferme annos nulla alia, nisi prout a Luthero versa erant, possederint, hæc vero enormiter a Luthero corrupta fuerint, falsa utuntur Regula, & fidem suam, suaque dogmata, si ex scripturis probare vellent aut deberent, nonnisi ex Bibliis corruptis probare possent; aliam enim puriorem non habent, cum illam, quæ universali & infallibili Ecclesiæ

Concl. in vers. N. T. Frib. anno 1534. annot. in Luth N. T. pag. 3.

cleſiæ judicio approbata eſt, reiiciant. Incaſſum ergo clamat Lutherus, ejusque ſequaces: *Verbum Dei, Verbum Dei!* cum ipſemet eis Verbum Dei abſtulerit, & non niſi arbitrariam hominis interpretationem, hancque vitioſam ſubſtituerit, ac reliquerit. Hanc fallaciam ipſimet Proteſtantes pretioſo huic Dei organo, & Chriſti Domini ori (ita Lutherus ſemetipſum vocare auſus eſt) ſæpius & ſine ambage exprobrare haud dubitabant. Sic Oſiander vivente adhuc Luthero plures errores ex ejus verſione expunxit, ac propterea illum in rabiem concitavit. Porro ad has Lutheri depravationes præceteris revocatur impudentia, qua textum S. Pauli ad Rom. c. 3. v. 28. corrupit in eſſentiali articulo de fide & operibus, addendo particulam *ſolam*, cum tamen ea nec in textu Græco nec alibi legatur: Λογιζόμεθα οὖν, πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Ita ſonat textus. Inaudita hæc temeritas, ſummaque Lutheri protervia jam tum non modo Catholicis ſed etiam ejus Sectatoribus ſummopere diſplicuit, inſuper ei illud Deuter. 4. & Apoc. 22. v. 18. acriter objecerunt, contra quos tamen Lutherus conſueta ſua moderatione tyrannicum ſuum in S. Scripturas imperium his verbis vindicabat: *Si veſter Papiſta*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Tiſchred. *Franc.* 1568. *tit.* 22. *pag.* 193.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Papista multas tricas excitare vult propter verbum: SOLAM, *illico respondete ei: Doctor Martinus Lutherus ita vult, dicitque Papista & Asinus unum sunt, sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas. Nolumus eidem Papistarum Discipulus sed & eorum Magister ac judex esse, & semel volumus jactitare, & cum Asininis hisce capitibus superbire &c. hæc respondete, & rogo vos, ut hisce Asinis nec aliud nec plura ad inutiles eorum rugitus de verbo* SOLA *respondeatis, quam hæc:* LUTHERUS SIC PRÆCIPIT, *dicitque, se esse Doctorem omnibus Doctoribus in toto Papatu Superiorem, sic statutum est, & deinceps eos contemno & contemnam, quamdiu tales sunt homines, id est, tales Asini. Probe noveram, quod Rom. 3. tam in latino quam Græco textu Verbum* SOLA *non inveniatur, nec opus erat, ut id a Papistis addiscerem &c. pœnitet me, non etiam addidisse,* OMNIA & OMNIUM *scilicet, sine* OMNIBUS *operibus* OMNIUM *legum: hinc hoc verbum in meo novo Testamento relinquatur, etsi omnes Pontifices ad Asininam rabiem & insaniam prolaberentur, nihil tamen a me impetrabunt. . . . . Cum videam, quod Diabolus hunc essentialem articulum semper per porcinos suos Doctores allatret, & non cessare velit, declaro ego Doctor Martinus Luther indignus Domini nostri Jesu Christi Evangelista, ut Romanus Imperator, Mahu-*

Tom. V. Jen. p. 162. & seqq.

Tom. 5. Jen. fol. 316.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Mahometanus Imperator, Tartariæ Imperator, Perſiæ Imperator, Pontifex, omnes Cardinales, Epiſcopi, Sacrificuli, Monachi, Moniales, Reges, Principes, Domini & univerſus Orbis cum omnibus Diabolis hunc articulum de FIDE SOLA *intactum relinquant, & infernales carbones ſuis capitibus impoſitos habeant, hæc eſt mea Doctoris Lutheri inſpiratio a Sancto & purum Sanctumque Evangelium.* An quid magis inſulſum, petulans ac Sacrilegum honeſtæ aures percipere poſſent, valde dubito: Saltem ex his conſtat, his Sectatoribus Regulam fidei non eſſe Biblia, ſed Lutheri voluntatem, quæ ſtaret pro ratione. Hinc Theobaldus Themerus Marpurgenſis Præco publice edixit, nolle ſe quicquam audire de verbo *ſola*, quam excluſivam Lutherus non ſine plurium animarum ruina Rom. 3. aſſuere non abhorruit, promeruitque, ut germana ejus verſio damnaretur, & per carnificem combureretur. Sileo ab eodem Luthero præfatæ epiſt. ad Rom. verſui 20. additum verbum: *Solummodo*: item hæc verba 1. Cor. 9. v. 5. *mulierem ſororem circumducendi &c.* perverſe translata in illa: *mulierem circumducendi in uxorem &c.* Haud ignoro Lutheranos affirmare, nullum ſibi ſalutis periculum eſſe timendum, etſi hos S. Scripturæ textus in perverſo ſenſu, quo

Theologiſche Sammlungen. 1736. 5. Beytrag. *pag.* 564.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

quo illos Lutheri versio eis propinavit, intelligerent: attamen id verum haud esse autumo, quando sensus Lutheranæ interpretationi contrarius de fide est, v. g. dum Lutherus *soli* fidei justificationem adscripsit, & doctrinam seu dogma de sola fide justificante tam quam fundamentalem suæ novæ Religionis lapidem posuit, cum tamen S. Scriptura claris & disertis verbis contrarium sæpius statuat, v. g. Epist. Jacob. 2. v. 25. *Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide* TANTUM. *S. Petri* II. c. 1. v. 10. *satagite,* UT PER BONA OPERA CERTAM *vestram vocationem & electionem faciatis.* Nempe Lutherus suum dogma verbis S. Jacobi damnari sciebat, imo ab ipsis suis amicis desuper objurgatus erat: mox tamen huic nodo cuneum *adinvenit*, dum ea temeritate, qua V. T. libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Ecclesiastici, Baruch & Machabæorum ex Canone expunxit, hanc quoque rejecit, & *Stramineam* vocavit, in quo tamen judicio & Epistolæ contemptu Lutherum vel maxime errasse, fatetur Pfaffius in sua instruct. necess. Quæst. 32. p. 880. Eapropter tam crassos errores, falsitates ac depravationes ferendo imparés Lutheri Sectatores rejecta ejusdem versione de aliis cogitabant, versionibus,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

& primo quidem Sebaldus Münsterus Norimbergensis ex textu originali novam Wittenbergæ jam anno 1529. procudit: caussam vero susceptilaboris hanc in præfatione assignavit: *Cum ita deformatus esset Moses, ut non posset emendari, nisi collatus ad hebraicam lectionem, præsertim cum deessent nobis antiqui Codices, hic obiter inter conferendum animadvertimus, interdum etiam interpretem* (Lutherum) *non satis oculatum fuisse: quam cum interpretatio plerisque locis mutanda esset, nova propemodum translatio nata est. . . . Hoc polliceri bona fide possumus, Moysen accurate recognitum esse, cum antea* (per Lutheri versionem) *mirabiliter mendosus fuerit.* Pariter anno 1565. Paulus Eberus & Immanuel Tremelius 1575. novam adornarunt versionem, eoquod illa Lutheri eis suspecta visa fuerit Goclenius quoque testatur Lutheri versionem in rebus maximi momenti non semper approbari posse. Anno 1665. Joannes Saubert Lutheri versionem per novam suam correxit, & 1704. Paulus Treuen illam emendavit, ac mutilavit, 1724. per Berlenburgensem versionem versio Lutherana penitus neglecta fuit. Anno 1729. Christophorus Pfaffius aliam edidit Bibliorum versionem, in qua subinde a versione Lutheri recessit, & propriæ suæ interpreta-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

tioni inhæsit. Insuper Guilielmo Bartholomæo Vinariensi Præcone teste, Bohemi Fratres jam dudum de Lutheri versione querebantur, melioremque conficere adlaborabant, & Zinsendorffius Comes eorum Protopareus, testabatur, *se deprehendere, quod Lutherus judicarit, textui non adhærendum, sed obscurus est, & per accuratam versionem magis intricatus redderetur, insignis enim hic Theologus, ut cetera silentio præteream, in solo capite X. ad Rom. plusquam vigesies a textu recessit*: Budæus etiam fatetur, quod Lutheri versio non in omnibus originali textui consonet, & Christophorus Heyman deplorat, quod in Lutherana Ecclesia nondum sit perfecta commentatio in totam S. Scripturam, & Bergerus dolet quod Biblia suis numeris absoluta apud Lutheranos adhuc desiderentur, & alii anxiis votis petebant, ut post clariorem Hebraicæ & Græcæ linguæ notitiam & antiquitatum cognitionem aliaque S. Scripturæ intelligendæ subsidia Lutheri versio denuo diligenter ad originalem textum recognosceretur, imo Fridericus Maier de abroganda Lutheri versione serio agebat & suadebat *duntaxat, ut pertequam ad extremum illud de extirpanda versionis Lutheri usu Ecclesiæ Lutheranæ deveniant, longe melius fuerit, publicum maxi-*

Acta Hist. Eccl. tom. 20. pag. 215.

Instruct. Bibl. p. 37.

Acta Hist. Eccl. p. 349.

Bibl. Critic. t. 8. §. 6. pag. 115.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

maximorum Principum auſpiciis, Theologos Doctos, linguarumque peritos convocari, a quibus Lutheri verſio cum fontibus denuo conferatur, denique Reineccius & Zacharias Rivand deplorarunt, quod poſt Lutheri mortem omnia ejus biblia non modo in verbis ſed & in ſententiis depravata prodierint. En! qualia Biblia Lutherani haberent! Miſeret me tui bone Luthere! Filios enutriſti, & ipſi te ſpernunt, & qui te ſpernunt, alios (rudiores) tamen adigunt, ut te tanquam infallibilem Chriſti Evangeliſtam, Spiritus S. Organum, os Chriſti, & pretioſum Dei inſtrumentum venerentur, & ſine hæſitatione tuam verſionem, quaſi Verbum Divinum integre & pure contineret, amplectantur. Num adhucdum de tua verſione jactabundus aſſerere audes, te *certum eſſe, quod verbum tuum non ſit tuum ſed Chriſti verbum, proin os tuum ſit illius, cujus Verbum loqueris, & quod, dum adhuc Gentilium Eccleſia viguit, nulla exſtiterint Biblia, quæ tam prompte, tam dilucide, tam tuto & ſine offendiculo perlegi potuiſſent, ac in Bibliis Witenbergæ tunc editis, & nunc in Germanicum idioma translatis?* His bene ponderatis judicari poteſt, quam merito Lutherani glorientur, de promiſcuo Bibliorum uſu, & de Dei Verbo tanquam unica religionis ſuæ

Tom. II. Gen. p. 49. 1555. Tiſchreden tit. 1. f. 1.

Saec. XVIII. A. C. 1737.

norma, ac Judice infallibili: Profecto oculatiores Sectarii sat amare deplorarunt, ingentia Ecclesiæ suæ damna, quæ ex communi & libera S. Scripturam legendi ac interpretandi libertate non modo eorum Ecclesiis, sed & profano Imperio accessere: Audiamus inter alios Thomam Hobbesium, *si inquit ipse, singulorum civium est, Scripturam Sacram interpretari sibi, hoc est, si unusquisque Judicem se faciat, quid Deo placeat, quid displiceat, non ante Principibus obedire possent, quam ipsi de mandatis eorum, utrum conformia sint Scripturæ, necne judicaverint. Sed hinc fiet, ut vel non obediant vel obediant propter judicium proprium, hoc est, sibi obediant, non Civitati. Ita sensim omnis Societas & pax humana dissolvetur.* En! quam nocivum etiam statui Politico sit hoc Lutheri dogma: Inde insuper Ecclesiæ ac disciplinæ ruinam caussari, ingemiscit Alexander Ross Anglus his verbis: *Ex his aliisque impiis opinionibus, quæ hodiedum inter nos tolerantur, ac defenduntur, videmus, quo prolapsa sit Christi his locis religio, ubi tanta quondam pietate, Zeloque effervescebat. Nos Christianam Religionem inter primos Europæos amplexi sumus, neque cuiquam populorum devotione, ac Zelo nos concessisse, tot Templa, Cœnobia Sacraria, Collegia, Scholæ testari poterunt, sed quantum*

Lib. de Civit. cap. 17. art. 27.

L. de mundi Reli part. 12. fol. 113. 510.

tum nunc proh dolor! ab illis mutati sumus, quid supereſt niſi mera Religionis larva? ipſa per tot hæreſes, & blaſphemias conſumpta veritate ac vitæ ſubſtantia. . . . Hi fructus ſunt & conſequentiæ ex SS. Scripturarum lectione per ignorantes, improbosque Spiritus tentata.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXXIII.

Wertheimenſis verſionis fata.

Quamprimum Auctor novam ſuam Pentateuchi verſionem vulgaverat, ingens inter Proteſtantes altercatio ac tumultus oriebatur; Lipſienſes hanc verſionem additasque notas plurimum commendabant, eoquod Auctor Hebraiſmos paucioribus verbis Teutonicis ſcite expreſſiſſet, cum Originali textu miram harmoniam & hebraicos accentus ſedulo obſervaſſet, hæcque verſio ob idiomatis germani puritatem longe Lutheri verſioni præſtaret, carpebant tamen, quod cantica Moyſis minus poeticum ſonum præſeferrent, & vaticiniis de Chriſto non nihil roboris ademptum fuiſſe videretur. Wertheimenſes quoque ſalutare Auctoris conſilium ad aſtra ferebant, præcipue, cum in hac verſione Divinæ veritates ſolidiori fundamento ſtabilirentur, &

Sæc. XVIII. A. C. 1737. rigidissimæ crisеos leges exactissime observatæ, ac per innumeras pene dilucidationes ad veritatis cognitionem clarissimum lumen additum fuisset. Ita censebant hi. Longe aliter judicabant alii Protestantes, atque inter eos principue Joachim Langius Hallensis Professor, qui jam anno hujus sæculi vigesimo quinto in suo *Philosophico Religionis Illusore* (quo nomine versionis Auctorem honorabat) hujus versionis perversitatem detexit, ostenditque, in prima ejus sectione, versorem nil aliud pernicioso suo opere intendisse, quam totius Lutheranæ Religionis fundamenta evertere, pro suo libitu quædam (ad imitationem Lutheri) addidisse, alia omisisse, immutasse, & verba ad ingenii sui imperium detorsisse: Hac potissimum arte usum fuisse *in illis textibus*, in quibus de mysterio SS. Trinitatis, & de Christi Mediatoris munere ageretur, & vaticinia in libris Moysis contenta de Christo & ejus Divinitate enervasse, ac Spiritum Sanctum penitus eliminasse: Præterea in versoris præfatione carpebat Langius falsam ipsius Regulam hermeneuticam, scilicet *primum Auctorem ex seipso esse intelligendum, nec verborum sensum a sequentibus scriptis esse hauriendum*, proin juxta versorem Moysis libros

bros non fore dilucidandos ex Prophetis & Apoſtolis. Inſuper ſugillabat Langius, quod Auctor ſcripſiſſet, ſacram Scripturam apud Judæos nullius ferme auctoritatis fuiſſe, hancque nationem veritatum indagationem neglexiſſe, & apud alias Nationes adeo flocci habitas fuiſſe S. Scripturas, ut Græci & Romani ante Evangelii prædicationem ſibi duntaxat quasdam veritates ſtabiliſſent, quas tamen cum Chriſtianæ Religionis fundamentis combinare non potuerint, & tandem Religionis Chriſtianæ incrementum rudis plebis ſtoliditati adſcribendum ſit, indeque factum, ut hi ſeductores nova hæc dogmata acceptare coacti fuerint, & famoſi illi Religionis Chriſtianæ Apologetæ ſufficientibus fundamentis caruerint, hacque demum ratione hæc Religio invaluerit. In quo plane Verſor Wertheimenſis fædiores blaſphemias, quam olim Lucianus, contra Religionem Chriſtianam evomuit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

In altera ſectione Langius demonſtratum ibat, quod nova hæc verſio ex nova Mechanica Philoſophia profluxerit, eaque Auctorem ad Religionis irriſionem induxerit, id ſat luculenter prodidiſſe Wertheimenſem in ſua præfatione, necnon in ejus annotatione ad

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Pharaonis obstinationem, quam ex omnium rerum nexu deduxit: inde vero infert Langius, quam ingens malum ac Religionis excidium ex hac Philosophia enascatur. Eadem occasione vehementer declamabat contra Carpovium Jenensem, qui tractatum *de pueritate Personarum in Deo ex solis rationis principiis demonstrata* conscripserat. Insuper Academia Jenensis contra Wertheimensem versionem edito programmate, *cui titulus: Meditatio natalitia exhibens breves in Pentateuchum Wertheimensem depravatum strictiuras, & præcipuorum quorumdam locorum de Messia vindicias*, necnon illam Oderus quoque Onoldinus suo *sincero Pistopholio* impugnabant, præcipue eo nomine, quod Versor Biblicus miracula inter extraordinaria phœnomena, & singulares effectus numeret, & sacra Biblia & Prophetias pro Divinis libris ab Ethnicis non fuisse habitas. Patriarchas & Israelitas Davidis & Salomonis tempore nonnisi stupidos Viros fuisse, & sine judicio sacros libros recepisse, Græcos quidem & Romanos de Bibliis judicando pares fuisse, rudem tamen plebem in sua inscitia studiose reliquisse, hacque ratione Bibliorum auctoritatem invaluisse assereret.

Verum

Verum ad hæc objecta haud siluit Wertheimensis Versor; quippe eodem anno die trigesima Octobris librum edidit, cui titulus: *Invicta intellectus & Religionis veritas contra Joachimum Langium defensa* prænotatur: In hoc opere suam regulam propugnat, ostenditque quemlibet Auctorem ex suis propriis verbis intelligendum esse, secus vel non sincere scripsisset, vel nullatenus intelligi potuisset, si lectores pro intelligendo ejus libro alium tempore posteriorem Auctorem expectare debuissent: perfectam versionem eam esse, in qua non verba sed verborum sensus & significatio exprimeretur, Philosophiam esse medium dilucidandæ S. Scripturæ, eoquod per Philosophiam ex certis notionibus certæ conclusiones fiant, & harum connexio demonstrari possit, sicque homines ad convincentem veritatis cognitionem illiusque exercitium inducantur, hæcque sit emphasis Divinarum veritatum. Firmiter etiam insistit huic Wolfiano principio: *in toto Orbe unicum casum esse possibilem, quo res ad effectum perveniri queat, rerumque possibilitatem nullatenus voluntati Divinæ subjectam esse*: ad Gen. 3. propugnat, quod si Messias & Diabolus inter se inimicitias habuissent, necesse foret, eos prius fuisse amicos. Paulum ad Galat. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

3. v. 28. non alia de semine Abrahæ sensisse, quam Moysen: stellam ex Jacob fuisse Nabucadnezarum &c. Moysen juxta rudem suum stylum verbis usum fuisse, ex quibus Deo imperfectiones attribui videntur, v. g. descendere in terram, hominum corda obdurare, minari sine effectu, irasci, pœnitere &c. ex his autem ansam præberi, credendi, Deum non esse Auctorem S. Scripturæ, igitur ad prævertendam hanc suspicionem se suas annotationes, & clarum ejusmodi sensum exhibuisse, & mysteria claris verbis & Divinæ perfectioni ac veritati congruis explicasse, ac demum ostendisse, quod etsi Moyses de Christo vaticinia protulisset, ea tamen ex ejus verbis eorumque sensu deduci non posse &c.

Attamen contra Wertheimensem hunc versorem insuper Abichtus Wittenbergensis calamum suum eodem anno acuit, atque inter ejus errores numeravit. I. Quod cap. 1. asserat, Moysen c. 1. v. 16. in plurali juxta morem idololatrarum locutum fuisse, cum tamen juratus Idololatriæ hostis fuisset. II. Quod perperam hæc verba: *reputatum est illi ad Justitiam* c. 15. v. 16. ita verterit. *Deus id acceptavit tanquam suæ Religionis argumentum*: in hac autem ver-

versione fuisse secutum Socinianos, qui credunt: *obedientiam fidei a Deo acceptari.* III. Quod nomen *Jehovæ* Gen. c. 19. v. 24 seu *Domini*, male interpretatus fuisset per verbum *Angeli*, & Deum per aerem. IV. Quod hæc verba: *Benedicentur in semine tuo &c.* intellexerit de mera fortuna, & verbum *tuo* omiserit, & alia verba addiderit &c. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Præter hæc scripta insuper tam in confutationem quam defensionem hujus versionis plusquam octoginta vulgabantur opuscula, inter quæ ceteris observatu magis dignæ sunt ipsius Versoris vindiciæ contra Lipsienses Censores: Hi enim obiiciebant. I. Reverentiam verbo Dei debitam lædi, si pro libitu multa verba, ac integræ lineæ eidem intrudantur, variæ circumstantiæ fingantur, alia tanquam inutilia expungantur, ordo interturbetur, verba sine respectu ad textum originarium ad privatas phantasiæ ideas ideo tantum detorqueantur, quia rationabilis expositio & eloquentiæ leges id deposcere viderentur, cum tamen nulli subdito sui Principis edicta ita immutare liceret. Verum ad hæc respondit Versor, Principis edictum, postquam fuit promulgatum, esse originale, se autem textum originarium nulla in re immutasse:

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

tasse: ast addere potuisset, se duntaxat exemplum secutum fuisse Lutheri, qui insuperhabita reverentia Verbo Dei, & Ecclesiæ debita integros libros expunxit, alia pro suo arbitrio addidit, alia abrasit &c. Proin hic versor pariter cum Luthero Lipsiensibus respondere potuisset: *Sic volo, sic jubeo &c.* Objiciebant. II. Quod ceteras omnes versiones contemnere voluerit, & præcipue illam Lutheri, quæ tamen per ducentos annos a doctissimis Viris tanquam Germanicæ eloquentiæ oraculum fuit maximi habita, præcipue ob singularem, qua Lutherus eminuit, hebraici idiomatis peritiam. Hanc objectionem diluit Versor, ostendendo, doctissimos hosce Viros de vera eloquentia plane nihil scire, ipsumque Lutherum, si nunc viveret, certe insulsos hosce adulatores irrisurum, celebrem quoque Danzium asserere solitum fuisse, quod Lutherus de lingua hebraica nec tantum quidem calluerit, ac minimus ex suis discipulis, qui semel hebraicæ grammaticæ lectionem frequentasset. III. Objectabant, quod Philosophiæ plus æquo tribuerit, cum tamen Philosophi suas veritates primo duntaxat Divinæ revelationi postponere, & postea vero illam omnino excludere voluerint, hodie autem omnino

no depoſcerent, ut divinum Verbum a Philoſophia dijudicaretur. Ad hæc reſpondit Verſor, ſe veritatem cognoſcendi medium non aliud habere, quam rationem noſtram, nec aliam regulam ea recte utendi ſe ſcire, quam quæ ex ipſa rei natura proflueret, & niſi hoc modo S. Scripturæ intelligerentur, neceſſe fore, ut omnes vel Enthuſiaſtæ, vel ſceptici fierent: His tamen ſubjungere potuiſſet, quod Lutherus, poſtquam pro recipiendo, diſcernendo ac intelligendo Verbo Dei judicium Eccleſiæ & traditiones reſpuit, ipſus Verbum Dei privato ſuo ſuorumque ſequacium fallibili judicio, rationi, & privato ſpiritui ſubjecerit, indeque ortæ fuerint tot Bibliorum verſiones a Proteſtantibus concinnatæ, & ab aliis receptæ, ab aliis repudiatæ, adeo, ut Proteſtantes ſemper dubii hæreant, & nunquam infallibiliter certi eſſe poſſint, quænam verſio ſit legitima & incorruptum integrumque Dei Verbum contineret, cum id eis nec ſit evidens, nec revelatum a Deo, nec a Spiritu interno, de quo nunquam certi eſſe poſſunt, quod ſit Spiritus Sancti teſtimonium, & non potius dictamen proprium & Spiritus erroris. IV. Exprobrabant ei, quod hæc verba Gen. 1. v. 3. *fiat lux*, ita interpretatus ſit, es wur-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

de

Sæc. XVIII. A. C. 1737

de aber bald auf der Erde etwas helle, wie es die göttliche Absicht erfoderte, in hac versione omne vestigium Divinæ omnipotentiæ in his verbis: *fiat lux*: manifestatæ eliminari, cum tamen in S. Scripturis verba, utpote ab ipso Deo dictata tamdiu sint retinenda, quamdiu æquivalentia haberi non possint, nullatenus autem immutanda, si per talem immutationem vel sensus, vel originalis textus emphasis depravatur. Hæc Versor confutabat, respondendo, verba in alienam linguam versa nunquam esse æquivalentia sed vel nullum verum sensum vel contrarium, & nexui aversum præseferre: ita ergo rem esse exponendam, ut tandem verus sensus exprimatur, divinam vero omnipotentiam nil aliud esse, quam facultatem id efficiendi, quod vult, aut suæ intentioni conforme est. V. Observabant, Versorem duntaxat opus suum concinnasse pro doctis, Deum tamen absdubio sublimi stylo usum fore, nisi suum Verbum etiam rudibus pro fidei norma dedisset. Ad hoc repositi Versor, Lutheri versionem rudibus nullatenus esse accommodam, quid enim discerent ex textibus. Gen. c. 49. v. 22. & Jud. 5. v. 11.? de cetero certo se scire, quamplurimos neglecta Lutheri versione suam cum jucunditate legere. Por-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Porro in hac controverſia id prorſus ſingulare eſt, quod Lutherani Prædicantes tanta rabie in novam hanc verſionem debacchati ſint, cum tamen ipſemet Lutherus unicuique S. Scripturas interpretandi libertatem ſæpius conceſſerit, ac voluerit, ut *Principes non prohiberent, quicquid alii velint docere aut credere, ſive ſit Evangelium, ſive mendacium* & alibi: *ſi qui cavillari ac cauſſari velint, nos in noſtro Pſalterio a verbis longius receſſiſſe, hi ſibi ſolis ſapiant, & noſtrum Pſalterium nobis intactum relinquant: nos quoque prius noſtrum Pſalterium non immutamus, ut pateat, quomodo per verſiones longius vel propius accedi valeat.* Et rurſus: *intactam mihi relinquant meam verſionem, & faciat unusquisque, quicquid ſibi placet.* Hac libertate ſibi a magno Legislatore Luthero conceſſa Laurentius Schmid in ſua Werthei- menſi Pentateuchi verſione utebatur, jure ergo contra Prædicantes, qui eum exagitabant, acerbe querebatur, quamvis enim Proteſtantium Eccleſia circa quosdam fundamentales articulos ſe cum convenerit, nullibi tamen in ſuis ſymbolicis libris certam Bibliorum verſionem præſcripſit, nec ad aliquam ſua membra adſtrinxit, hinc ille, qui libertate a Luthero & libris ſymbolicis indulta hac in re utitur, ſchiſmatis ab hac Eccle-

Tom. 3. Jan. Germ. p. 120. Anno 1555.

Luth. ad Lect. in Pſ. tom. 5. Jan. p. 164. an. 1557.

Gründliche Vorſtellung der Strittigkeit über die vorige überſetzung

Sæc. XVIII. A. C. 1737

Ecclesia incusari nequit, donec Protestantes S. Scripturæ versionem, & literalem illius sensum determinaverint, ceterasque omnes interpretationes pro irritis declaraverint, imo & statuerint, se nullas, quæ a præscripta deviarent, apud suos toleraturos: ita hac ratione ipsimet inter se suam conscientiæ libertatem restringerent, & omnibus ejus membris privatam scripturæ sensum investigandi facultatem penitus interdicerent: inde vero sequeretur eorum fidem non ejusmodi innitii fundamentis, quæ post propriam discussionem pro veris olim agnovere, sed duntaxat in hominum auctoritate fundari, quam tamen criminationem Protestantes a se amoliri toto studio conantur. Sic tandem conscientiæ libertas ab ipsis Protestantibus penitus everteretur.

§. XXXIV.

Hæc versio a variis Principibus proscripta.

Hucusque hac in causa utrinque strenue calamis decertatum, proiectum nihil, tandem res ad Principum tribunal delata, & quidem jam anno priori Borussiæ Rex Wertheimensia hæc

hæc Biblia in ſuas ditiones invehi, vel clam aut publice divendi, indicta centum aureorum mulcta & exemplarium proſcriptione inhibuit. Die autem decima quinta Januarii hujus anni Carolus VI. Imperator ad omnes Imperii Principes, Præſules, Magiſtratus &c. edictum direxit, in quo declarabat, Dominicum Joſephum Hageck de Waldſtätten denunciaſſe, quod anno hujus ſæculi trigeſimo quinto Wertheimii Germanica Biblia ſub titulo: *Divinæ Scripturæ ante tempora Meſſiæ Jeſu. Pars I. in qua Iſraelitarum leges continentur, per liberam verſionem notis illuſtratam & ſtabilitam* prodierint: in his vero deteſtanda temeritate originarium textum fuiſſe depravatum, & ſiniſtris interpretationibus vitiatum, necnon præcipua Chriſtianæ doctrinæ præcepta abominanda & hucuſque ferme nunquam audita petulantia clanculo everſa fuiſſe: Igitur Imperator Cæſarei officii debito adſtrictus, ut graſſanti malo, indeque ſecuturis periculis obviaret, tam in eorum Auctorem, quam ſcandaloſiſſimi hujus libri Editorem ſeveritate ſalutaribus Imperii ſtatutis ſancita animadvertere decrevit, hunceque in finem ad Lövenſteinium Principem, & Cæſareum librorum Cenſorem Francofordiam neceſſaria dedit mandata, ut in

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sect. XVIII. A.C. 1737.

exemplaria, quæ fors apud Bibliopolas vel alibi habentur, sedulo inquirant, eaque mox fisco addicta ad Cæsaream Curiam transmittant, de cetero autem hujus libri venditio, constituta decem auri marcarum pœna, deinceps inhibeatur. Cum vero nuntiatum esset, horum Bibliorum Auctorem esse Laurentium Schmid, eumque adhucdum Wertheimii agere, hinc Imperator Lövensteinio Principi præcepit, ut eum mox custodiæ dari curaret, si vero hic habita notitia aliorsum jam aufugisset, vel alibi moraretur, Cæsar in eum inquiri, & deprehensum comprehendi, & si inquisitus & de hoc crimine convictus vel legitimis indiciis gravatus sit, captum detineri jussit, donec Imperator desuper quod æquum & justum, statuerit, interim vero ei defensionis beneficium impendatur, & desuper actitata Viennam transmittantur. Hoc edictum Imperator die decima quinta Januarii ad Franconici Circuli Principes transmisit, & exactam illius executionem commendavit.

Accepto hoc Cæsaris edicto Carolus Philippus Archiepiscopus Moguntinus, S. Imperii Elector die decima sexta Februarii illud imprimi, & ad omnium notitiam promulgari, atque acu-

acurate in executionem deduci jussit, indictaque præfata pœna, omnia exemplaria confestim ad Moguntinam Curiam transmitti, eorumque Auctorem Schmidium, si detegeretur, custodiæ mancipari præcepit. Porro Lövensteinius Princeps Religione Catholicus ex Cæsaris mandato die vigesima secunda Februarii Schmidium coram se comparere, eumque in carcerem detrudi jussit, indultâ eidem suam caussam vindicandi facultate, cuncta vero exemplaria, quæ adhuc apud Höfleinium Cameræ Wertheimensis Consiliarium exstabant, intercepta fuere: Hujus vero proscripti Auctoris patrocinium in se suscepere ambo Comites Lövensteinio-Wertheimenses Acatholici, qui die septima Martii apud Cæsareo-Aulicum Consilium supplicabant, ut erga juratoriam cautionem Schmidius e custodia dimitteretur, eique defensio suæ caussæ concederetur. Ast die vigesima tertia ejusdem Mensis Viennæ decretum est, horum petitioni adeo non esse deferendum, ut Auctor ob erroneas doctrinas in suis Bibliis ad communem Christianæ Reipublicæ offensionem disseminatas, & propter Sacrati Verbi Divini sacrilegas depravationes debitis pœnis coercendus esset, & propterea a Franconici Circuli Præfec-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

tis ad tutum locum captus abduceretur, demum vero instituta inquisitione judicii acta, ejusque defensio ad Cæsarem transmitterentur, reus autem Franconici Circuli Principibus deinceps unacum suæ causſæ actis, quotiescunque petierint, traderetur.

Eodem ferme tempore Augustus III. Saxoniæ Elector ac Poloniæ Rex, indicta centum thalerorum mulcta Dresdensi Consistorio inhibuit, ne præsata versio, utpote omnibus tribus Religionibus in Romano Imperio receptis summopere adversa ac scandalosa in Electorales ditiones inveheretur aut venderetur: idem quoque Norimbergensis & Francofordiensis Magistratus decrevere, & Bibliopolis sub pœna quinquaginta aureorum Imperialium hujus libri venditionem inhibuerunt. Die autem nona Maij Georgius II. Angliæ Rex, & Hannoveranus Elector Cæsaris edictum promulgari, atque ad effectum deduci, serio præcepit, ut scandalosa *hæc versio ad plurium fundamentalium Christianæ Religionis articulorum ac veritatum eversionem, everſionemque conducens e medio tollatur & scandalum inde enatum reparetur, & malis exin ulterius pertimescendis obviatur.* Pariter Carolus Fridericus Regius Holsato-Gottorpiensis Dux die decima

cima quinta Martii Teutonicam hanc versionem proscripsit, eamque sub pecuniaria mulcta aliisque pœnis clam aut publice divendi vetuit, & cuncta exemplaria Curiæ Electorali tradi jussit, eoquod Auctor *manifesta & damnanda temeritate Originarium textum depravarit, perversis interpretationibus fundamentales textus & doctrinas de Christo & de mysterio SS. Triadis, proin Christianæ Religionis fundamenta, Christianarum veritatum fundamentalium ædificium per stupendam & in Christiano Orbe inauditam temeritatem & per stultæ sapientiæ, & corruptæ Philosophiæ principia evertere ac subruere conatus esset, sique possibile foret, ex Mosaicis libris has veritates eliminare & pessumdare tentasset:* Necessarium igitur duxit præfatus Dux, ut *Christiano Zelo sese opponeret illis, qui Dei honorem, puram Verbi a Deo revelati veritatem ad perniciem animarum aggrediuntur, pernicioſas, scandalosas & impias doctrinas clam vel publice disseminant, proscriptos libros legunt illorum, qui non minus sacrilege, quam impie Evangelico-Christianæ fidei, quam gratia Dei supra firmam & insallibilem petram sine controversia posuit, fundamenta insectantur, & divinas hasce veritates ex propria malitia effræni credendi libertate & arbitrio dolose, ac proterve pro viribus evertunt, aut saltem subruunt, proin Di-*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. *vinæ revelationis verba per abominandas additiones vel avulsiones* (uti olim Lutherus aliique ejus Discipuli) *perniciosissime depravant, ac per arbitrarias, & sinistras interpretationes probrose & scandalose corrumpunt &c.* Ad hæc Lectori Catholico obviæ occurrent reflexiones.

Cum vero Franconici Circuli Principes, quibus Imperator hujus causæ cognitionem commiserat, cœpti judicii acta Viennam transmittere cunctarentur, Carolus die duodecima Julii ad eos rescribi jussit, hucusque significatum non fuisse, quousque demandati hujus negotii causa esset perducta, cum tamen Imperator illam, eoquod de suprema Religionis cura, & aliunde de re omnis moræ impatiente agatur, maturari, summopere desideret, proin eos hortari, ut mox ad commissam inquisitionem procedere, eaque absoluta suum desuper judicium transmittere velint: Magistratui autem Francofordiensi injunxit Imperator, ut perversæ hujus versionis exemplaria, siquæ apud Varemtrappium Bibliopolam reperta fuissent, usque ad ulterius Cæsaris mandatum secure custodiantur.

Hoc item anno die vigesima quarta Julii Carolus Albertus Bavariæ Elector

ctor Straubingæ edictum promulgari jussit, quo omnibus Provinciæ Prætoribus injunctum, ut sedulo curarent, ne in patriam non modo hæc Biblia, sed nec alii maximopere perversi libri ab Augustanis vel Norimbergensibus Lutheranis Bibliopolis ad nundinas inferantur: sedulo etiam invigilarent in circumforaneos imaginum ac librorum nundinatores, illisque ejusmodi vel alios suspectos libros mox auferrent, & juncta cum Præfectis opera in ejusmodi Propolas inquirerent. Præterea Ernestus Ludovicus Hasso-Darmstädensis Landgravius die quarta Aprilis, & Carolus Edzardus Orientalis Frisiæ Dux die trigesima Septembris Wertheimensem hanc versionem proscripsere. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXXV.

Wertheimensis Versoris apologia.

Erat Leonardo Schmidio proscriptæ versionis Auctori, concessa suam caussam defendendi facultas, qua usus præprimis se Evangelicæ Religioni addictum, cuncta ejus dogmata, prout in symbolicis libris continentur, amplecti profitebatur. Dein palmare suæ vindicationis argumentum desumpsit ex eo, quod a primo Reformationis initio

Sæc. XVIII. A. C. 1737

originalē ſcripturæ S. ſenſum & Religionis dogmata per ſe inveſtigandi, probandique facultas, proin a receptis opinionibus aperte recedendi, pro arbitrio dilucidandi, ac declarandi, & privata ſua ſenſa ſubrogandi & pro libitu inter ſe connectendi libertas cuilibet a ipſo Luthero (*) conceſſa, & paſſim ab omnibus in uſum deducta fuiſſet, ſecus enim Proteſtantes amiſſa conſcientiæ libertate rurſus ſeſe aliorum interpretationibus inſiſtendi jugo ac cæcæ obedientiæ ſubjeciſſent, obtentumque libertatem denuo apud ſuos ſuſtuliſſent: præcipue cum Proteſtantes nec in hanc uſque diem unquam inter ſe conſtituiſſent, quinam illi ſint textus, ex quibus hunc vel illum fidei articulum probare poſſint vel teneantur, vel quo modo, quo ſtylo, & quibus verbis S. Scripturæ ſenſus, ac Religionis fundamenta inveſtigari debeant; unde tot verſiones & interpretationes impune profluxiſſent, etiam a Lutheri verſionibus maximopere alienæ. His præmiſſis Auctor vindicabat S. Scripturæ textus

(*) *Leges interpretandi Verbi Dei non potior, cum oporteat verbum Dei non eſſe alligatum epiſt. ad Leonem P. tom. 2. p. 2. addit. Schwen. 1562. item ſermone: attendite a ſuiſs &c.* & art. 114. ex 500.

tus, quos depravasse accusabatur: postea suam versionem a quinque Lutheranarum Universitatum præcipuis ac doctissimis Theologis summa laude commendatam gloriabatur: Inter hos præprimis Joannis Leonardi Fröreisens Argentinensis Præconis Literas die decima quinta Novembris ad se datas omnino integras suæ apologiæ inseruit, hujus tenoris: *Vestra versio est humanum ac propterea erroribus obnoxium, Viro tamen in Theologia, Philosophia & Philologia Hebraica probe versato utile opus: talis enim in illius perlustratione regulam Pauli sequitur, vi cujus omnia probari, & quod bonum est teneri vult. Qui Wolffii Philosophiam non perfecte penetrat, & Hebraicum idioma perfectissime non callet, tali vestra versio nec utilis nec noxia est, nil enim in ea intelligit. Unde sat mirari nequeo intellectus imbecillitatem eorum, qui Christianam Religionem inde everti timent, atque exclamant: Hannibal ante portas: hi plane de interpretationum, quas tamen pro veris habent, certitudine diffidunt, cum sibi de nova hac versione adeo timent, cum tamen ea (uti certe credo) vix a decem hominibus in tota Germania rite intelligatur, pauciſſimi enim hebraico idiomate imbuti Wolffianam Philosophiam penetrant. Inde autem ortum est, quod ex tuis adversariis nullus difficultatis cardinem tetigerit. Si*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

quis S. Scripturæ versionem impugnare vult, non quærendum est, an ea receptis atque adoptatis opinionibus consona sit, sed an originarium textum in genuino sensu exprimat; non enim Theologia hermeneutica & Exegetica, ad quam versiones pertinent, non ad Theologiam theticam prout in excogitatis hominum systematibus continetur, sed ista ad illam accommodanda est. Hinc tui adversarii ab omnibus suis consequentiarum machinis, & proscriptionibus abstinere, & solide probare debuissent, te in principiis hermeneutica peccasse. Miror insuper, quod in Lutherana Ecclesia rursus in Germania Catalogum librorum prohibitorum conficere adlaboretur, cum tamen experientia jam dudum notum sit, quod externa hac violenta prohibitione ementium ac legentium libidorumque cupiditas acuetur. Qui quemlibet pro Atheistis ac Naturalistis pro libitu habere jam assueti sunt, & doctissimos quosque pro suspectis ideo habent, quia vere docti sunt, & se omni data occasione a praejudiciis vacuos esse ostendunt, hi vatinano odio rationabilem & Christianam charitatem, quæ semper optima sperat, insectantur. Forte ex his aliqui alios a semetipsis dimetiuntur, sicque non modo jus naturæ & Christi mandatum sed etiam ipsum rationis dictamen violant. . . Alii nostræ Ecclesiæ Theologi per me in stultis imaginationibus delectentur, sibique persuadeant, se esse Anto-

Autocratores, Monarchæ, & Religionis Dictatores, sibique supremum competere imperium alios judicandi & damnandi, ego talia nauseo & abhorreo. Alii ex his tantopere se diffamant, ut alios, qui Theologi non sunt, damnasse, & coram universo Orbe prostituisse non sint contenti, sed & dantur in nostra Religione Theologi, qui se invicem hæresis nota sine scrupulo conspergunt, & ingens in Christi Ecclesia scandalum caussant. Ut vero ad vestram versiorum revertar, existimo, quod si duntaxat intendit, aliis doctis Viris verum verborum sensum magis magisque investigandi ansam præbere, atque hunc finem assequendi studio solide confutari & salva charitate ac moderatione, si quid humanum irrepsit, declarari haud gravate fert, tunc hominum nulli Te damnandi, minus vero tuam conscientiam judicandi jus competet, cum nullus homo cordium arcana nosse possit.

Sæc.XVIII. A. C. 1737.

Divulgata hac Wertheimensis Versoris apologia Lutherani eidem infensi fremere cæperant, præcipue vero Argentinenses Theologi iniquo ferebant animo, ab eodem Versore celeberrimum ex suis Doctoribus Fröreisenium in novæ versionis patrocinium & commendationem trahi: ut ergo suum, suique Collegæ honorem, omni quo possent, modo vindicarent, Lutheranus

Theo-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Theologicæ Facultatis Decanus Joannes Andreas Gnilius nomine ceterorum Præconum die decima nona Decembris hujus anni ſequens ſcriptum Argentinæ publici juris fecit.

„Religio Chriſtiana, qua ſtatim poſt „lapſum a miſerente Deo Filius ipſius „æternus Salvator peccatoribus pro„miſſus & per omnes œconomiæ vete„ris periodos a Prophetis conſtanti va„ticinio prænuntiatus, creditur definito tempore aſſumta ex Sancta Maria „Virgine humana natura factus eſſe „Jeſus Meſſias, in cujus verbo, ſacri„ficio & ſceptro deſideranda juſtitia, „ſapientia, ſanctitas & ſalus certo ob„tinenda eſt, ſola virtute verbi a Do„ctoribus ſcientiæ rationalis experti„bus prædicati, ſed illuſtribus miracu„lis obſignati per orbem propagata, uſ„que ad noſtra tempora potenti Viri „nominis providentia contra quosvis „ſævitiæ & aſtutiæ humanæ inſultus „defenſa eſt. Eo evidentius ejus veri„tas ipſi ſanæ rationi probata eſt, quo „magis illius myſteria divinam ſapien„tiam, & dogmata atque præcepta vi„tutem expandunt omni arte longe ſu„periorem, admirandis effectibus cui„que credentium ſentiendam, quin & „rebuspublicis ad ſocietatem inter in„perae

„perantes & cives tranquillam ſervan- Sæc. XVIII.
„dam apprime ſalutarem. Fulcra hæc A. C. 1737.
„privatæ publicæque ſalutis ex fide
„Chriſti haurienda varii hoſtes, non
„antiquo modo tempore *Prophyrius*,
„*Celſus*, *Julianus*, ſed & recentiore
„*Spinoza*, *Servetus*, *Gentilis*, *Socinus*,
„*Tolandus*, *Tindalus*, *Woolſtonus* & co-
„pioſa Antitrinitariorum turma ſubrue-
„re veſano, ſed vano molimine conati
„ſunt. Qui in cœlis habitat, riſit &
„ſubſannavit imbecilles, Regemque
„ſuum ſuper montem ſanctitatis ſuæ in-
„unctum una cum regno, regnique prin-
„cipiis fortiter tutatus eſt. Inculaban-
„tur abhinc aliquo tempore iſtius im-
„pietatis etiam nonnulli in Univerſitati-
„bus Germanicis ſapientiæ rationalis
„Doctores, quaſi tales doctrinas callidi
„profiterentur, quæ fidei Chriſtianæ
„prorſus adverſæ & funeſtæ eidem in-
„teritum minitarentur. Injuriam qui-
„dem iſtam ſapientes hi ſtudioſa arte
„variis editis ſcriptis declinare annite-
„bantur; ſed tamen ex eorum ſcholis
„ſemper viſi ſunt prodiiſſe, qui docu-
„menta publica dabant extinctæ ex ani-
„mis de revelatis veritatibus convictio-
„nis & protervi cultus religioſi ſaltem
„externi contemtus, ut accuſatores
„non poſſent non in querelis de perni-
„cie ex nova Philoſophia innocentibus

„non

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „non modo juvenum animis, sed & „universæ Christianæ reipublicæ me„tuenda tristi ore & calamo pergere, „sperabatur simul omnino provida Nu„minis Sapientia nexus rerum ita dispo„situm iri, ut fraudibus, si quæ late„rent, detectis veritas Evangelii in„concussa non modo maneret, sed & „per ipsorum hostium tentationes, „uti olim semper contigit, evaderet il„lustrior; ut ita fides constet divino „Pauli oracuło, quo 2. Tim. III. 1. seq. „prædixit, *ultimis* quidem *diebus* fore*cturos esse homines sui amantes, fastuosos, superbos, blasphemos, proditores, praecipites, voluptatum magis quam Dei amantes, habentes speciem pietatis, virtutem vero ejus abnegantes; sed & fore, ut, sicut sicut Joannes & Jambres restiterunt Mosi, ita etiam hi resistant veritati, homines corrupti mente, reprobi quoad fidem, tamen non proficiant amplius; nam stultitia eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum facta est.* „Complementum spes videba„tur nacta esse, cum quidam *Johannes* „*Laurentius Schmidius*, literatura Heb„raea & nova philosophandi ratione tur„piter abusus, imprudenti consilio & „& infausto successu Werthemii Anno „1735. typis vulgaret novam paraphra„sin potius, quam versionem Penta„teuchi Mosaici, præludium totius Co„dicis

„dicis biblici simili ratione vertendi; Sæc. XVIII.
„(sub titulo: *Die göttlichen Schriften vor* A. C. 1737.
den Zeiten des Messie Jesus, der erste Theil, worinnen die Gesetze der Israeliten enthalten sind, nach einer freyen Uebersetzung, welche durch und durch mit Anmerkungen erläutert und bestättiget wird.) Fu-
„catam simul fidem faciens, se versio-
„ne hac principia positurum esse solida,
„ex quibus deinceps methodo demon-
„strativa, Mathematicis præsertim usi-
„tata, per conclusiones concinno ne-
„xu deductas etiam acutioris ingenii
„homines, qui effatis probabilibus
„persuaderi nolunt, ad certam de
„veritate religionis Christianæ con-
„victionem perducturus sit. Ete-
„nim tantum abfuit, ut versione ista
„sub examen vocata ulla species appa-
„reret seriæ, quam præseferebat, in-
„tentionis, ut potius communi Theo-
„logorum, etiam talium, qui scientia
„rationali præpollent, maturo judicio
„conclamaretur, nunquam a primor-
„diis Christianissimi librum vel a Judæis
„vel Socinianis vel aliis hostibus orbi
„obtrusum esse, in quo sensus Spiritus
„Sancti contra naturam structuramque
„vocum, contra scopum divinum, to-
„tiusque Scripturæ & fidei analogiam
„adeo depravatus sit atque perversus si-
„mul & intima revelatæ Religionis fun-
„damenta

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„damenta petulanti & inconsulta astu-
„tia concutiantur, ac in isto. Causa
„mali præsertim adjudicabatur novæ
„philosophiæ. Claris speciminibus que-
„relas probatum ivere publicis scriptis
„Theologorum celeberrimi, inter quos
„eminent *Langius*, *Reinbeckius*, *Pfaffius*,
„*Neybauerus*, & plures; quorum con-
„sortio omnino meretur adjungi *Fres-*
„*nius*, Sacrorum in Aula Darmstadio-
„na Antistes, ut qui ignobilem homi-
„nis versutiam in certo objecto eximie
„detexit. Noluit autem novus inter-
„pres cunctis hisce solidis censuris ad
„saniorem mentem flecti; potius erro-
„ribus temere institit, censores arguens
„inscitiæ, cavillationis, & malitiæ, stu-
„diosaque subtilitate fabrefactis foritibus
„se solum sapere orbi persuadere anni-
„tens. Sed hisce persuasionibus haud
„obstantibus eo res perducta est, ut non
„modo in plerisque Germaniæ provin-
„ciis venditio libri impii auctoritate
„summorum magistratuum prohibere-
„tur, sed & jussu Cæsareo unacum ex-
„emplaribus, quæ in bibliopolio de-
„prehensa fuerunt, auctor ipse impru-
„dens custodiæ traderetur, ne posthac
„defensione vecordis moliminis scanda-
„lum augendi copia superesset. Nos ut
„in nostro Collegio paraphrasin istam
„vidimus, horrore correpti mirati su-
„mus

„mus omnes, qui fieri posset, ut in „tanta Evangelii luce aliquis, qui in „summum Philosophiæ fastigium eve„ctus sibi videtur, in primum Religio„nis revelatæ fontem tam impudente „ferocia sævire ac grassari auderet. Ex„emplum visi sumus videre hominis, „qui φάσκων εἶναι σοφὸς ἐμωράνθη, *& cujus „intellectum fide carentem Deus sæculi ex„cæcavit*, (2. Cor. IV. 4.) *quominus ipsi „splenderet illuminatio Evangelii de gloria „Messiæ*, quæ & ex prophetia Mosis ef„fulget. Non tamen nobis opus esse „duximus, ut publico testimonio in„dignationem nostram doceremus aut „fraudulentas hominis machinationes „profligaremus, opus hoc relicturi do„ctoribus illis quorum ecclesiis pericu„lum exinde imminebat, cum audito„res nostros ex doctrinis nostris, præ„sertim & harmonia publica nostra cum „Amplissimo Philosophorum Ordine „Facultatis, contra ejusmodi tela satis „præmunitos novissemus. Enimvero „tandem, ut & nos sententiam nostram „de novo instituto publice diceremus, „petulans Scripturæ corruptor neces„sitatem imposuit ipse. Refugium nam„que Pseudosophus, cum se ad incitas „redactum sentiret, in consensu viro„rum auctoritatis quæsiturus, superio„re anno ab uno ex Collegio nostro epi„stola

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc XVIII. A. C. 1737.

„ſtola humaniſſimis formulis ſcripta, ut
„mitigatum de opere judicium perii-
„beret, expetiit, ſimul de vehementi
„Theologorum perſecutione, quam in-
„nocens pateretur, multa lamentatio-
„ne conqueſtus. Annuit voto Collega
„nobis æſtimatiſſimus, & pro ea, quam
„tum de libro conceperat, idea reſcin-
„ſit dijudicationem ita inſtitutam, ut
„quidem non prorſus omnem modum
„cenſuræ probaret, qua liber ab initio
„refutatus eſt, exiſtimans loco vehe-
„mentioris invectivæ id tantum agen-
„dum fuiſſe, ut demonſtraretur, ipſis
„principiis hermeneuticis verſionem re-
„pugnare; ſed tamen ſatis abunde di-
„ſplicentiam erga conatus auctoris te-
„ſtaretur, ut qui ingenio ſuo nimium in-
„dulſerit, interpretationes ſuggeſſerit
„quæ ſufficiente ratione deſtituantur &
„circumſtantiis textus adverſentur, &
„majori, quam par eſt, licentia præſer-
„tim in eo uſus ſit, quod & talia dicta,
„quorum ſenſus in novo Teſtamento in-
„dicatus eſt, in alium pervertere ſen-
„ſum non veritus fuerit. Simul & pro-
„feſſus religionem Chriſtianam firmio-
„ribus fundamentis inniti, quam ut il-
„lam talis interpretatio ſubruere va-
„leat, propriæ interpretis conſcientiæ
„dijudicandum imponit, quo fine opus
„aggreſſus ſit, num animo ſcripturæ
„verum

„verum ſenſum illuſtrandi, utrum Sæc. XVIII.
„vero deſtruendi religionem? eviden- A. C. 1737.
„ter ſubindicans, caſum dabilem eſſe,
„ut anguis lateat in herba. Non ob-
„ſtante autem ingenua hac & abs par-
„tium ſtudio aliena declaratione non
„erubuit apologeta quidam, circa fi-
„nem hujus anni in Collectione Scrip-
„torum, occaſione Werthemienſis ver-
„ſionis vulgatorum, literas Collegæ
„noſtri in partes impietatis trahere, or-
„bi perſuaſurus, non improbabile videri,
„forſan Theologum hunc Argentora-
„tenſem quoad verborum ſenſum ab au-
„ctore expoſitum ejusdem tandem cum
„iſto ſententiæ eſſe. Noſtrarum proin-
„de partium eſſe judicavimus, ad ab-
„ſtergendas a ſacro noſtro Collegio ejus-
„modi maculas iniquas, & nomine lau-
„dati noſtri Collegæ & omnium no-
„ſtrum in publico totius Eccleſiæ con-
„ſpectu declarare, nos uno animorum
„conſenſu deliberatione ab omni præ-
„judicio libera tam de verſione ipſa,
„quam de apologiis, quas vidimus,
„pro illa datis, accurate inſtituta, non
„poſſe non attentatum hominis moli-
„men ceu veritati revelatæ & ſanctiſſi-
„mæ Religioni maxime adverſum, ſtu-
„dioſæ præprimis juventuti pernicio-
„ſum ac ſcandaloſum, atque Philoſo-
„pho Chriſtiano indignum deteſtari.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Approbamus pium & eruditum Theo-
„logorum zelum, quo solida demon-
„stratione arguerunt hominem maligne
„contorsionis sensus Mosaici, illationis
„sensus imaginarii, & judaicis com-
„mentis deterioris, ac impietatis ne-
„fandæ in divinam auctoritatem Jesu
„nostri, Prophetæ veracissimi, ejus-
„que apostolorum, ut qui Spiritu San-
„cto inspirati ex ipsis visceribus textus
„Mosaici veritates, quas de Messia pra-
„dicaverant, non ut fucum simplicibus
„facerent, sed ut doctrinam Mosaicam
„verbis expressam docerent, deduxe-
„runt. Veneramur simul mente devo-
„ta sanctam Germaniæ procerum pro
„divina Religione curam, qua ipsum
„insanientis imprudentiæ martyrem
„non quidem persecutione, sed tamen
„custodia coërcuerunt, ne post hac ve-
„nia potiretur venenum latius disper-
„gendi. Hujus nostri Judicii non suf-
„ficientes modo, sed & stringentissimæ
„rationes in promptu sunt, quas coa-
„cervare & instituti ratio & chartæ
„angustia prohibet; nec amplius opus
„est, cum a Viris supra celebratis co-
„piose expositæ sint. Sistamus saltem
„eorum summam. I. Causam præ-
„puam tam facile a Judæis & postea
„gentibus impetratæ fidei de θεοπνευστια
„Scripturæ adscribit deceptor ignoran-
„tiæ

„tiæ & ruditati vulgi ſcientiæ philoſo- Sæc. XVIII.
„phicæ expertis: nulla hic mentio di- A.C. 1737.
„vinæ virtutis verbi, quo Spiritus San-
„ctus corda ad aſſenſum movit, nec
„miraculorum, quibus & Moſes &
„Chriſtus & Apoſtoli veritatem prædi-
„cationum confirmarunt. II.) Empæ-
„ctarum dubia contra revelatas verita-
„tes ſpecioſe exaggerat, nec dum ulla
„ſpecie ſoluit, ſed diſcuſionem demum
„futuris calendis aſſervat; ubi quidem
„prudentia rationalis, multo magis
„chriſtiana ſuaſiſſet tamdiu reticuiſſe,
„uſque dum novum ſuum ſyſtema inte-
„grum compactum fuiſſet, ſi quidem
„ipſe convicia Theologorum, uti loqui
„amat, evitare voluiſſet. III.) Præci-
„puum Hermeneuſeos principium,
„quo D. Paulus ipſe Rom. XII. 16. κατὰ
„τὴν ἀναλογίαν τῆς πίςεως expoſitiones ſa-
„cras inſtituendas eſſe præcipit, inter-
„vertit; modum interpretandi ridens,
„quo hactenus litera Moſis & ex elo-
„quiis Prophetarum, Chriſti & Apo-
„ſtolorum illuſtrata fuit; ut ita ἰδίαν
„ἐπίλυσιν, quam contra interdictum Pe-
„trinum 2. Ep. I. 20. verbis Moſis in-
„fert, inſulſe ſtabiliat; cum tamen ipſe
„aliquando in contrarium eat, & per-
„verſæ opinioni, qua prædicata Moſai-
„ca de Angelo Jehovah de angelis tan-
„tum creatis intelligenda eſſe conten-

Sæc. XVIII A. C. 1737.

„dit, præsidium ponere satagit ex „Hebr. II. 2. Non ergo hæc scripta „omnia ab eodem Spiritu, qui suorum „verborum est interpres optimus, in„spirata fuerunt? IV.) Testimonia om„nia, ne uno quidem excepto, quæ „Ecclesia universa a seculo Apostolico „ex litera Mosis pro stabilienda pluri„litate Personarum divinarum, & Di„vinitate Christi & Spiritus Sancti, aut „pro astruendo officio mediatorio & pro„phetico Messiæ produxit, contra ex„pressas explicationes Christi & Apos„lorum, contra clara interpretum Chal„dæi & septuaginta & antiquorum Ju„dæorum testimonia, quin & ipsam „antiquitatem historicam penitus ener„vat, ita ut nulla cogitatio de Christo „superstit. Per accommodationem mo„do mysticam ad Christum illa applica„ri posse somniat, & ita etiam utiliter „applicata fuisse ab Apostolis, verba „facientibus ad simplices, qui ista per„suasione erronea jam præoccupati fue„re. Transformat ita orruptor Apo„stolos fallere nescios in sophistas de„ceptores sibi similes. Nullus hacte„nus ex toto empæctarum cœtu magis „violento impetu in sanctam religionem „irrupit, ac sublimis hic philomorus. „Novus hic inspiratus solus & primus „sapit! Et qui philosophus hic, prout

„subin-

„ſubinde ſpem facit, ex ſcriptura Mo- Sæc.XVIII.
„ſis argumentationes mathematicas & A. C. 1737.
„concluſiones apodicticas depromet ad
„fratres naturaliſtas de veritate religio-
„nis Chriſtianæ convincendos, cum
„ibi de Chriſto altum ſilentium? Quis
„non ex his fraudulentas præſtigias
„manibus palpat? Non poſſumus non
„ſimul hac occaſione publice profiteri,
„quod, ſi vel maxime hic vel alius Phi-
„loſophus ſincero conatu tentaturus eſ-
„ſet, per demonſtrationes Mathemati-
„cas ex meris rationis principiis dedu-
„ctas ad Chriſtianiſmum acutiores,
„quos vocat, homines convertere,
„oleam, operam tempus & cogitatio-
„nem perditurus eſſet omnem. Chri-
„ſtianiſmus fidei res eſt. Per demon-
„ſtrationes philoſophicas poteſt qui-
„dem aliquis præparari, ſed non fieri
„Chriſtianus. Iſta methodo nec Chri-
„ſtus, religionis Stator, nec Apoſtoli,
„promotores Regni a Spiritu Sancto
„formati auſi ſunt. Iſta methodo nec
„intellectus de his myſteriis convinci-
„tur, nec voluntas ad aſſenſum aut ob-
„ſequium flectitur. *Homo naturalis non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei: ſtultitia enim ipſi ſunt, nec poteſt cognoſcere, quia ſpiritualiter dijudicantur.* 1. Cor. II. 14. *Caro & Sanguis talia objecta non revelat.* Matth. XVI. 17. *Nemo agnoſcit filium,*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

lium, niſi Pater, neque Patrem quisquam niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare, Matth. XI. 27. *Nemo poteſt Jeſum dicere Dominum, niſi per Spiritum Sanctum,* I. Cor. XII. 3. „Supernaturalis gratiæ „opus eſt: ſublimius hic poſtulatur prin„cipium. Apoſtoli prædicarunt Evan„gelium ὐ κατ' ὑπεροχὴν λογυ ἢ σοφίας, „ὐκ ἐν πειθοῖς ανδρωπίνης σοφίας λόγοις, „ἀλλ' ἐν αποδείξει πνευματος καὶ δυναμεως, „*ut fides non ſit ſuperſtructa ſapientiæ hu„minum ſed potentiæ Dei.* I. Cor. II. 1. 4. „5. requiſiveruntque obſequium ſimpli„ci fide verbo præſtandum, atque juſ„ferunt rationem captivare ſub obſe„quium Chriſti 2. Cor. X 5. Eandem „methodum Chriſtus inculcat Joh VII. „17. *Si quis velit voluntatem Dei facere, „is cognoſcet de doctrina hac, utrum ex „Deo ſit, an vero ego a me ipſo loquar.* „Cui hæc methodus minus conveniens „ingenio philoſophico videatur, is ma„neat paganus & a regno Chriſti alie„nus. Contingens illud, de quo Pau„lus queritur 1. Cor. I. 21. ſeqq. (*Quia „mundus Deum in ſapientia ipſius non cog„novit ſpuria ſua ſapientia impeditus, pla„cuit Deo per ſtultam prædicationem ſalvos „re credentes. Prædicamus Chriſtum cru„cifixum Judæis ſcandalum, Græcis ſtul„titiam*) querelarum materia erit uſque „ad finem ſeculi. Cæterum non dubi„tamus

„tamus hic Philosophos illos Germa- Sæc. XVIII.
„nos, ex quorum fontibus imprudens A. C. 1737.
„interpres aquas suas putridas hausis-
„se dicitur, amica mente compellare,
„ut ipsi (siquidem Religionis Christianæ
„socii sunt) sua lingua & methodo mi-
„serum discipulum errorum convincant,
„atque ad saniorem sapientiam redu-
„cant. Quies ita tandem reipublicæ
„Christianæ literariæ restituetur, &
„scandala innocentibus animis ad usus
„publicos formandis adeo nociva ex
„voto omnium prudentum avertentur,
„Præsertim etiam apprecamur inter-
„preti, tanta scandala ponenti, gra-
„tiam, & lucem Spiritus Sancti, qua
„liberatus a tenebris & in regnum ve-
„ræ lucis transpositus confiteatur Je-
„sum esse Christum, quem Moses & om-
„nes Prophetæ prædixerant semen be-
„nedictum, & salutis veræ unicum
„fontem, ex quo solo summa sapien-
„tia, pax conscientiæ omnem rationis
„virtutem exuperans, serenitas in
„quovis discrimine, spesque viva vitæ
„æternæ, certa præsidia contra turbas
„seculi & ipsius mortis terriculamenta,
„haurienda sunt. Vos vero, Cives
„charissimi pro sincera, qua nobis salus
„vestra curæ est, solicitudine mone-
„mus in Domino Jesu, & obtestamur,
„ut prudente vobis studio caveatis, ne

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„quis vos in prædam ducat per falso „nominatam ſapientiam & vanam frau„dem, ſpolietque vos cogitatione & „communione Salvatoris, *in quo omnes „theſauri ſapientiæ reconditi ſunt*, Col. II. „3. Exempla incredulorum, qui „naufragium fidei fecerunt, faciant „vos circumſpectos, ne perverſa cultu„ra rationis in eadem præcipitia abri„piamini, *neve, ſicut antiquus ſerpens „Evam ſeduxit ſua aſtutia, ita & veſtræ „mentes corrumpantur, & abſtrahantur a „ſolida, ſalutari & neceſſaria ſimplicitate, „quæ eſt in Chriſto.* 2. Cor. XI. 3. Prout „vobis voluntatis pravæ concupiſcen„tiæ, quas ſentitis in animo exurgere, „ſancta renitentia compeſcendæ ſunt, „ita non minore vigilantia obſervandæ, „& deſtruendæ ſunt ratiocinationes, „quas caro mundus & ſatanas ſuggerit „contra Evangelium & captivandus eſt „vobis omnis ſenſus, qui ſe effert con„tra cognitionem Dei in verbo revela„tam in obſequium Chriſti. 2. Cor. X. „4. 5. Eo omnes animi vires contendi„te, ut non agnoſcatis modo plena fi„dei perſuaſione Jeſum eſſe Regem gra„tioſum, quem Moſes cum reliquis „Prophetis vaticinatus eſt ad reſtau„randam omnium populorum ſalutem „naſciturum eſſe ex populo Judaico, „cujus vaticinii fama etiam populos re„liquos

„liquos attonitos fecit; sed & viva fide Sæc. XVIII.
„& sancta veneratione ipsum ut Regem A. C. 1737.
„vestrum recipiatis, quo & cordium
„vestrum potiatur. Experiemini ita ef-
„fectibus certissimis, revelatam de
„Christo doctrinam esse Dei potentiam
„& Dei sapientiam. Prolixiore demon-
„stratione & erudita piaque, qua solet,
„facundia gratiam hanc in Christo fru-
„endam edocebit, Vir Maximus Reve-
„rendus, Amplissimus & Excellentissi-
„mus, *DN. Fridericus Jacobus Revchli-*
„*nus*, S. S Theol. Doct. & Prof. Publ.
„Ord. Celeberrimus, cap. Thom. Can.
„& Ecclesiastes meritissimus, Patronus
„Fautor & Collega noster exoptatissi-
„mus atque honoratissimus, in Oratio-
„ne Sacra, pridie Festi Nativitatis
„Christi, die 24. Decembris hora nona
„matutina dicenda, expositurus *vete-*
„*rem & constantem toto Oriente opinionem*
„*de Judæa profecto, qui rerum potiretur,*
„*ex Joseph.* Bell. Jud. VII. 12. *Tacit.*
„*hist.* V. 13. *Sueton.* Vespas. 4. Ad hanc
„ergo piis animis excipiendam ut Pa-
„troni, Doctores, Fautores & Cives
„Universitatis, fidem & venerationem
„Christo Regi suo testaturi, frequentes
„conveniant, ea qua decet observan-
„tia & humanitate contendimus".

§. XXXVI.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXXVI.

Hujus cauſſæ exitus.

Interim lentiore admodum pede contra Wertheimenſem Verſorem incendebant Bambergæ inſtructa judicii actu motis ſubinde variis controverſiis; quippe deputati Franconici Circuli Principes anno hujus ſæculi trigeſimo octavo die vigeſima quinta Februarii a Cæſare prius decidi petebant I. ad quem locum Auctor captus deducendus eſſet II. & a quo ac unde expenſæ tam hucuſque in inquiſitionem quam in rei ſuſtentationem factæ ac impoſterum faciendæ ſint repetendæ ? Ad has igitur quæſtiones Carolus Imperator die decima quarta Martij reſcribi juſſit, *reum in arce Bambergenſi captum eſſe aſſervandum*; hac enim ratione ſingularibus tam cuſtodiæ quam alimentationis ſumptibus non modo parci, ſed & commodius judicii acta in eum inſtrui poſſe : de cetero Cæſarem eſſe probe inſtructum, quod reus vel nullas vel ſaltem tenues admodum facultates habeat, proin Cæſaream ſuam Majeſtatem ſibi de horum Principum honeſtate, & æquitatis amore tantum polliceri, ut eos hoc negotium *gratis* in ſe ſuſcepturos, minime dubitaret. Aſt hoc

hoc Cæsaris decretum executioni caruit, ipsaque judicii perendinatio Versori reo saluti fuit; priusquam enim a Deputatis Principibus quicquam decerneretur, ipse Wertheimio, ope suorum Amicorum, e custodia elapsus est, ac paulo post Wertheimium denuo reversus, circa Paschalia festa rursus clam aufugit, (ut creditum est) in Hollandiam, ubi secunda suæ versionis pars typis impressa prodiit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXXVII.

Ridicula Comitis de Zinzendorff in Episcopum consecratio.

Assiduas, quibus Protestantes inter se a primo sectæ exordio fæde scindebantur, dissensiones haud parum augebat Herrenhutensis factio, quæ ex omni sectarum colluvie coalescens in sinum suum recepit Bohemos, Moravos, Silesios, aliosque, qui a vera fide devii, ex Hussi, Lutheri, Calvini, Schwenkelfdii aliorumque Novatorum erroribus novum sectæ monstrum progerminarunt. Quapropter partim ex sua patria ejecti, partim ex carceribus aut dimissi aut fuga elapsi primo Bertholsdorffium circa annum hujus sæculi trigesimum secundum contenderunt, a Ni-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

a Nicolao Ludovico Comite de Zinzendorff perbenigne excepti: His etiam pro illorum & præsertim puerorum institutione novum edidit Catechismum ad normam, uti præseferebat, Catechismi a Luthero confecti, in quo tamen postea ipsimet Lutherani (*) plura, quæ carperent, invenere: Ii etiam ex Silesia convenerant Schwenkfeldiani, quid crederent, penitus ignari, qui tamen, cum Lutheri errores cum suis commutare nollent, nonnisi in privatis ædibus tolerati fuere: ceteros vero Bohemos Fratres, uti sese vocabant, Zinzendorffius magno numero Zauchentalio profugos, aliosque ejusdem furfuris Socios ad novam suam Ecclesiam recepit eisque concessit, ut ædes suas ad montem *Hut* erigere possent, quam novam coloniam Teutonico nomine Hut des Herrn *Custodiam Domini* appellitabant: inde nomen sortiti, der Herrenhuter. His Comes quinto post anno nova Biblia procudit, eaque Ebersdorffii edi curavit. Inde vero novi dissidii fomentum; Dresdenses enim Lu-

the-

(*) Vide Jo. Hermanni Benner superintend. Giessens. suam *noxam Catecheticam Zinzendorfianam* oder Zinzendorffischer Catechismus Gift. Anno 1744.

therani in his Bibliis, ac præcipue eorum ſummariis, notis & præfatione multos errores ſuæ ſectæ contrarios olfecerant, ac propterea ex ſua ſynedro ſuccinctam, neceſſariam tamen monitionem contra hæc Zinzendorffiana Biblia ediderunt, necnon Görlizenſibus aliisque Bibliopegis, ne ulla Biblia ſine præfato monito compingerent, inhibuere aliique Prædicantes illa unacum Zinzendorffii catechiſmo acerbe impugnarunt: Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Enimvero Herrenhutani exterius Lutheri ſectam profitebantur, ac deſuper inſtrumentum Notarii fide munitum anno 1732. porrigebant, ne ob novos errores ex Imperio eiicerentur: paulopoſt tamen, vitio omnibus ſectis communi, ipſam Lutheri doctrinam addito vario fanatiſmi fermento magis adhuc conſpurcarunt, uti eis ſolide ſæpiusque exprobrabat Carolus Regentius, imo ex ipſis Proteſtantibus non pauci hodiedum de Babylonica hac confuſione acerbius queruntur: Ubi hoc etiam prorſus ſingulare eſt, quod Lutherani una ex parte Herrenhutanos pro Fratribus vinculo fidei conjunctos agnoſcant, altera vero ex parte eos Calvini, Indifferentiſtarum, Chiliaſtarum, aliorumque errorum fanaticorum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

corum fœce præsertim in eorum canalibus contenta inquinatissimos abhorreant, unde sequi videtur, aut eos fidem suam ignorare, aut palam fateri, quod eorum Ecclesia non sit Ecclesia pura, sed errorum maculis deturpata, non immaculata Christi sponsa, sed prostituta errorum genitrix, nutrix & tutrix.

Interim Herrenhutani, adjunctis sibi Bohemis & Salisburgensibus Apostatis tanto numero excreverant, ut ob loci angustias in Borussiæ ditiones transmigrare statuerent unacum suo Prædicante Liperda, qui tamen Waldheimium ad domum castigatoriam captus abducebatur, eoquod Saxoniæ populos inde educere præsumpsisset: Sinistram quoque sortem experiebatur ipsemet Comes Zinzendorffius ob privata, quæ invexerat *pietatis Collegia* quæ a Saxoniæ Electore severius fuere prohibita, & ipsi Comiti a Sueciæ Rege interdictum, ne ibi sedem figeret: Nihilominus Prædicantibus suis gratiam vocationis pro suo arbitrio impertiendi potestatem, qua ipsus caruit sibi arrogabat, ac ipsemet Stralsundæ Tubingæ & alibi prædicabat, nec non fabrum lignarium Figulum anno 1732. & sequenti anno alios tres fabros

fabros lignarios velut novos Apoſtolos pro novæ ſuæ Eccleſiæ fabrica & converſione Gentilium præſertim Groninorum ablegabat, non alio tamen fructu, niſi quod mox anno ſequenti, unde venerant, reverſi, ubique inter populos ſchiſmata & diſſenſiones conflarint, novosque errores invexerint; quippe ipſimet illorum Paſtores Steinhöferus & Oetingerus Calvini, & Chiliaſtarum commentis imbuti erant, ac demum Sinzendorffius arguebatur, quod de Socinianiſmo ſuſpectus varias cantilenas multis erroribus infectas, & ab ipſo Electore Hannoverano damnatas ſuis præſcripſerit, ſeque nec Lutheranum, nec Calviniſtam eſſe cum ſuis confeſſus ſit. Palmaris inſuper, quæ Comiti identidem obiiciebatur, accuſatio erat, quod docendi munus ſibi ſine legitima vocatione (uti quondam Lutherus) arrogaret: Hanc vero criminationem, ut a ſe dilueret, Berolinum contendit, & ſe in particularem Bohemorum Moravorumque Fratrum Epiſcopum conſecrari petiit. Præfigitur ſolemnitati hujus anni dies vigeſima Maij, qua Berolini Comes & ſimul Nitſchmannus Faber Lignarius a Daniele Erneſto Jablonskyo & Sitkovio Calviniſtis in Epiſcopos conſecrati fuere: ſed quarum demum Communi-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

tatum? non Calviniſtarum, ambo enim hi recens cocti Epiſcopi erant Herenhutanæ communitatis: non Herenhutanæ; nam herenhutani hos in Epiſcopos eſſe ordinandos nequidem ſciverant, minus vero eligi petierant, aut ipſimet elegerant: & inſuper Jablonskyus & Sitkovius erant Calviniani Pſeudo-Epiſcopi, proin non alium, quam Calvinianum Epiſcopum conſecrare voluerunt, ac potuerunt: falſiſſime ergo in eorum relatione aſſertum eſt, quod alii Epiſcopi & communitates Comitem juncto conſilio in Epiſcopum vocarint, atque elegerint, nam uterque Conſecrator erat Calviniſta, & Bohemi Fratres prius ad Lutheranam & primum poſtea ad Calvinianam acceſſere Eccleſiam, rejecta Herenhutana.

Percepta hac joculari inauguratione Joannes Cantuarienſis Pſeudo-Archiepiſcopus ad novum hunc Epiſcopum die decima Auguſti Wetimonaſterio has gratulatorias dedit literas: „Viro admodum Reverendo Domino Ni„colao *Ludovico* Morav. Epiſcopo, Jo„*hannes*, Cantuarienſis ſalutem plurimam.

„Sanctam illam vereque illuſtrem, „quibuscumque forte tenebris jam involuta, Moravienſem cathedram, ad „quam

„quam favente divino Numine, plau- Sæc. XVIII.
„dente cæleſti choro (id enim dubita- A.C. 1737.
„re nos haud ſinit, quam de Te con-
„cepimus, opinio) nuper es evectus,
„ſincere atque ex intimo corde gratu-
„lor. Qui tibi haud ſine eximio me-
„rito tuo delatus honos, ut Eccleſiæ
„ſalutaris ſit, nec tibi tuisque unquam
„pœnitendus, ardentiſſime contendo.
„Hoc enim faſtigio, quo divina me pro-
„videntia, utcumque imparem, con-
„ſtituit, penitus eſſem indignus, niſi
„me univerſo Dei populo pro virili
„opem ferre, ſemper exhiberem para-
„tum, vos autem præ ceteris amem
„atque amplectar, qui nec periculis
„territi, nec aliis quibusvis Satanæ
„πειρασμοῖς ſeducti, una cum pura pri-
„mævaque fide, primævam Eccleſiæ
„diſciplinam conſtanter adhuc, ut ac-
„cepimus, tuentes, arctiori nobiscum
„vinculo conjuncti eſtis. Precibus me
„tuis, oro, viciſſim adjuves, Coepi-
„ſcopis autem tuis totique, cui te
„Deus præeſſe voluit, Chriſtiano gre-
„gi, ſalutem nomine meo impertias.
„Vale.

Cæterum Auguſtus III. Poloniæ Rex ac Saxoniæ Elector adverſus privata Herenhutanorum conventicula in ſuperiore Luſatia habita, & clancularias

Sæc. XVIII. A. C. 1737. rias eorum Ecclesias die prima Julii severum edictum promulgari jussit.

§. XXXVIII.

Cæsaris vigilantia in libros Religioni Catholicæ injuriosos.

Ducentis abhinc annis Lutherani Epochas ac memoriam eorum, quæ in sua Secta præclarius utiliusque gesta arbitrabantur, anniversaria solemnitate in pluribus locis festive celebrare consueverunt. Sic ferias agunt celebres a Bibliorum per Lutherum germanice redditorum memoria, solemnes illis sunt dies a Confessione Augustana Carolo V. Imp. exhibita, ac religiosa & Westphalica pace, a Smalcaldicis articulis, a morte Lutheri, reformationis invectæ beneficio, a Prædicantibus Augustam reversis, a memoria interimistica, a libris Normalibus vel symbolicis, a variis Ecclesiis, Lutheranis universitatibus &c. recens erectis, a fundato novo Ordine Florum Pegnesiano &c. Nec omnino vituperanda est annua grataque hæc recordatio beneficiorum, quibus Lutherani se cumulatos gloriantur, dummodo non nimis luculenter pueritiam, ac juventutem Religionis ac Ecclesiæ suæ testaretur: quo enim

enim fato contigit, quod ducentis retro annis in nullo Codice, in nullo Scriptore, in nullo lapide, in nullo terrarum angulo vel obscura unquam reperta fuerit novæ hujus Religionis memoria, aut Biblia ad Lutheri normam vel liber symbolicus, vel hujus fidei confessio, itē nulla memoria alicujus cantilenarum libri, nullum vestigium alicujus Ecclesiæ (omnes enim, quas a Lutheri ævo usque ad hanc diem in universo Orbe possident, aut Catholicis eripuerunt, aut ipsi *recens* erexerunt) nullum novæ hujus Religionis monumentum in antiquissimis Templis, nulla recordatio celebris alicujus Superintendentis aut Prædicantis vel quarumdam Synodorum Oecumenicarum vel Nationalium, cujusdam Universitatis, Communitatis, Scholæ, & quod præcipuum est, Doctrinæ, quæ *in omnibus* articulis Lutheranæ consona fuisset. omnium horum certus annus, certa dies, & indubitata epocha, qua incepere, intra novissima hæc duo sæcula sine omni controversia assignatur; scio equidem in his rebus non consistere summam Religionis: Quis autem credat, per mille quingentos annos in aliqua tam celebri ac universali Ecclesia, si exstitisset, nihil præclari, nullum miraculum aut beneficium singu-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII A. C. 1737

lare, nullas solemnes Ecclesiarum dedicationes, & nullam Ecclesiæ persecutionem contigisse, nullos Missionarios, Martyres, insignes Ecclesiæ Patres, doctores Theologos &c. exstitisse, aut aliud quicquam accidisse, cujus celebritas ad posterorum memoriam transmissa fuisset. Habet a primis sæculis Ecclesia Romano-Catholica imo & Synagoga suas festivitates, quibus Divina beneficia, aliasque gratias in omni sæculo receptas, aliosque eventus æterna memoria dignissimos festiva ac annua solemnitate celebravit, ac celebrat: exstant ubique illorum monumenta, & ipsa etiam saxa hujus Ecclesiæ antiquitatem loquuntur. Et sola Ecclesia Lutherana tam infausto fato nata & enutrita sit, ut nullum omnino suæ senectutis testem coævum, authenticum monumentum, imo nequidem obscurum vestigium ante Lutherum unquam exhibere potuerit? Omnia, quæ de hac nova Ecclesia videntur ac leguntur, non nisi ducentorum & paulo amplius annorum ætatem produnt. Sed hæc aliis ponderanda relinquo: Ad Historiam regredior.

Hoc igitur anno Lutherani variis in locis publica solemnitate celebrabant anniversariam Smalcaldicorum articulorum

culorum memoriam; nec in suo zelo segniores esse videbantur Francofordienses, quorum Majores præter Confessionem Augustanam hos quoque articulos pro libris Symbolicis olim receperant. Huic solemnitati præluſit Christianus Münden Lutheranus Præco, qui Smalcaldicos hosce articulos non modo nova editione honorare voluit, sed insuper eos in suis ad populum concionibus imo & in puerorum catechesi explicare non erubuit, quamvis ipsemet fassus esset, in iis a Luthero conceptis tam acerba ac virulenta contra Papam & Catholicos contineri verba, ut sat probabile sit, quod propterea illos Concilii Tridentini Patribus porrigere, ipsimet Lutherani haud ausi fuissent: Sub idem ferme tempus Varrentrappius & Andrea Francofordienses Bibliopolæ impium, sacrilegum & ad Religionis Catholicæ irrisionem diabolica arte compositum librum venalem exposuerunt, sub titulo: *Gesta* MADONÆ id est Beatissimæ *Virginis Mariæ & S. Francisci de Assisio ex variis Romano-Catholicis scriptis collecta, & jocoso Stylo exhibita, ex qua falsitas Papatus sine ulla controversia, sat luculenter proditur, antea a Renoultio olim Romano ac Catholico Concionatore Gallice conscripta, nunc ob sui raritatem Germanice reddita. Coloniæ*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII A. C. 1737

ad Rhenum 1736. Hic Apostata quicquid Orci malignitas, & Calviniana procacitas excogitare poterat, corrasit, & a Catholicis Scriptoribus edita admixtis falsitatibus, commentis, fabulis, scurrilibus facetiis, mendaciis & impiis interpretationibus proterve commaculavit. Cum autem ejusmodi probrosis rapsodiis Religionem proscindere, talesque libros componere ac vendere jam dudum salutaribus Imperii Constitutionibus prohibitum esset, maximæ offensionis argumentum erat, in Imperiali Civitate magna ex parte Catholica in odium & contemptum veræ Religionis occasione cujusdam publicæ solemnitatis ejusmodi libros a Lutheranis nulla prorsus injuria lacessitis divulgari: ea de caussa Catholici justo Religionis Zelo accensi Deo ejusque Ecclesiæ illatas injurias vindicare, omnibus viribus adlaborabant, ac præ ceteris celeberrimus Joannes Amos Cæsareæ Ecclesiæ ad S. Bartholomæum Decanus, Urbisque Parochus in Festo Corporis Christi adversus novam Smalcaldicorum articulorum editionem Francofordiensem vehementer ad populum dixit, comprobatumque reddidit, hoc attentatum Imperii legibus, ac Cæsareis statutis recta adversari, debitamque venerationem erga supremum

mum Imperii & Christianæ Reipublicæ Caput, aliosque Reges, Principes & Potestates graviter violari, cum hi omnes eam publice profiteantur Religionem, quæ tamen in præcipuis fidei articulis præsertim circa Missæ sacrificium tam petulanter his articulis proscinditur: insuper ostendit, per hosce temerarios ausus, sparsosque infames libellos, ac publicas declamationes adeo necessariam inter Cives & incolas pacem ac concordiam aperte perturbari &c. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Nec his stabat æquissimus Catholicorum fervor tanta Novatorum petulantia irritatus; quippe adversus utrumque infamem libellum suas querelas ad Cæsareum librorum Commissarium, & Baronem de Wezel Cæsareum Francofordiæ, ut vocant, *Residentem* detulere, qui etiam totam rei seriem ad Imperiale Consilium Aulicum perscripsit, ac die vigesima nona Julii transmisso utroque injurioso scripto per Varrentrappium & Andream Bibliopolas divulgato retulit, aliquot abhinc mensibus Lutheranos singulare odium contra Religionem Catholicam prodere, se proin summam Cæsaris æquitatem hac in re implorare. Ad hanc relationem decretum fuit die decima nona Augusti, Cæsarei Residentis querelas

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

las Cæsareo Fiscali esse communicandas, ut hic contra Francofordiensem Prædicantem pro officii sui ratione procedat. Pariter Fiscali Cameræ Imperialis Wezlariensis rescribi præceptum, Cæsareæ suæ Majestati relatum esse, apud Imperialis Cameræ Tribunal a Cæsareo librorum Commissario nuntiatum fuisse, quod non ita pridem scandalosissimus liber sub titulo: *gesta Madonæ* Auctore Renoult publici juris factus & legitimæ desuper citationes Varrentrapii & Andreæ fuissent interpositæ, proin Cæsaream suam Majestatem Fiscali præcipere, ut saltem intra bimestre referat, quousque apud præfatæ Cameræ Tribunal hæc causa processerit.

Quamprimum Lutheranus Francofordiensis Magistratus rem serio urgeri intellexerat, mox die septima Septembris supplices ad Carolum Cæsarem literas dedit, atque audacter exposuit, Cæsareo-Aulici Consilii conclusum de die decima nona Augusti *per meras subreptiones & obreptiones* extortum fuisse, ac propterea Magistratum petere, ut Imperator præfatum Conclusum aboleat, aut saltem Wezelianam denuntiationem eidem communicet, & quidem l. quia articuli Smalcaldici sunt liber Symbolicus

licus ex Lutheranorum Electorum & statuum mandato anno 1537. compositus, unanimi assensu receptus, publico prælo datus, propugnatusque & postea per Religiosam & Westphalicam pacem *ab omni persecutione juris & facti* præmunitus sit velut fidei confessio Lutheranæ Ecclesiæ seu Augustanæ Confessioni addictorum. II. Quia vi publici exercitii, quod tribus in S. R. Imperio quoad effectus civiles æqualibus, & paria jura habentibus Christianis Religionibus concessum est, necessario sequitur, quod Doctores ac Concionatores in suis Concionibus, aliisque institutionibus nec non in editis libris suæ Religionis (*) articulos proponere, de iis

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

(*) Profecto Religio Catholica pro libro symbolico eum habere erubesceret, in quo alterius Religionis Protoparens vocitaretur Antichristus, hæreticus, idololatra, hujusque Religionis etiamsi oppositæ, cultus appellaretur impius sacrilegus, maxima & horrenda abominatio, humanum commentum, abusus, nundinatio, Draconis cáuda, ex qua multa infecta & multiplicis idololatriæ colluvies progenita est, Diabolicum spectrum, fœdæ & abominandæ nundinæ, ignes fatui, diaboli ludibria, fœdus Judas, seu Papa, Leo rugiens, Tur-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. iis tractantes libros symbolicos exponere, contrariamque doctrinam, quin eis propterea iniquum Religionis odium imputari possit, modeste refutare, suosque Auditores & fidei Consortes hac ratione in suæ Religionis soliditate ita formare possint, ut de ea poscenti rationem reddere queant &c.

III.

Turcis & Tartaris pejor, puerorum crepundia, stultitiæ &c.

Et quis credat saniores Lutheranos pro libro symbolico habere articulos Smalcaldicos, in quibus allegata hæc dicteria in Papam, Sacerdotes, Catholicos, eorumque ritus pleno alveo effusa tam abominandum fœtorem exhalant, ut ipsimet Francofordienses in sui suique Prædicantis defensionem exponere non dubitarint, quod hic Præco duriora verba a Luthero in his articulis usurpata emollire conatus sit: Si ergo Lutherani hos articulos pro libro symbolico Imperii statutis tolerato haberi volunt, expungant probra, calumnias, convitia & dicteria Christianæ charitati adeo dissona, & tum moderatiores erunt eorum quoque asseclæ, sicque conformabunt se Imperii statutis, quæ quamcunque Religionem ejusmodi probris lacessere prohibent, formidabunt etiam suas festivitates publicis cantilenis Religioni Catholicæ, ejusque supremo Capiti

III. Quia Mündeno Prædicanti vitio verti nequit, quod in suis Concionibus hunc librum symbolicum explicaverit, & hac occasione dependentes inde doctrinas attigerit, easque modeste confutarit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

IV. Quia plures ex Catholicis, qui ejus Concionibus interfuere, testantur, ipsum (uti semper) ita & hac in occasione rem apte proposuisse, cunctasque acerbitates aut prohibitas calumnias sedulo declinasse, nec unquam legitimos Evangelici Præconis limites transgressum fuisse.

V.

---

piti ac membris summopere injuriosis augustiores reddere, prout tamen hoc anno Lubecenses pro celebranda horum articulorum solennitate propudiosam hanc cantilenam a Licentiato de Selen compositam publice musico concentu produxere:

Wie der schmalkaldischen bekenner Schaar
ein neues Zeugniß abgelegt,
so nöthig es damahls war;
indem der Antichrist es wagte
und wider kühnlich sagte,
der Lutheraner Satz ist ungewiß:
du rasest Paule, da du meinst
es komm auf deinen Ausspruch an ꝛc.

Sæc. XVIII. A. C. 1737

V. Quia aliunde Conciones Imperii ſtatutis contrariæ a Magiſtratu non permittuntur.

VI. Proin extra dubium eſt poſitum, quod Baro de Wezel, qui jam olim contra Lutheranos frivolas querelas ad Cæſaream ſuam Majeſtatem detulit, fallis invidorum relationibus plusquam par eſt, confiſus, minus æquam denuntiationem fecerit.

VII. Id manifeſtius appareret, ſi ejus denuntiatio communicaretur, ac ſincerius rei ſeriem exponendi copia Magiſtratui fieret.

VIII. Hæc autem communicatio eidem eo minus denegari poteſt, quo æquior inique oppreſſorum defenſio eſt, & ad maximum ac commune omnium Lutheranorum Imperii Statuum præjudicium, necnon ad liberi Religionis exercitii imminutionem vergeret, ſi ſine urgente neceſſitate & ad nudam nec probatam quorumdam de ſiniſtro affectu aut de Religionis odio (*) aliis innocen-

(*) Plane ii, qui tanto ſtudio Smalcaldicos hoſce articulos dicteriis ac convitiis, quæ non modo Chriſtianus, ſed honeſtus duntaxat animus abhorret, contaminatos novo prælo fidelium oculis & auribus obtrudunt, de vari-

nocenter imputato ſuſpectorum denuntiationem egregii Concionatores Lutherani fiſcali judicio gravarentur, & immerito propterea non modo acquiſito honore & fama privarentur, ſed etiam libere ſuo officio fungi præpedirentur &c. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Attamen Joſephus Hageck de Waldſtetten Cæſareo-Imperialis Conſilii Fiſcalis hujus apologiæ innanitatem luculenter detexerat, datis ad Cæſarem hiſce literis.

Auguſtiſſime Imperator!

„Præter prolixiorem Cæſarei Con„ſilii Fiſcalis reſolutionem aliunde ſuæ „Majeſtati notum eſt, atque ex conclu„ſa

vatiniano Religionis Catholicæ odio vel ideo convincuntur, eoquod ipſemet Lutherus horum articulorum faber Smalcaldio ob periculoſum morbum eductus, ſuis Diſcipulis & concionatoribus *tanquam ſupremam voluntatem ac Teſtamentum* (ut ait Mattheſius in vita Lutheri pag. 115.) hæc verba prorſus Evangelica inculcaſſet: *Impleat vos Deus odio Papæ*; forte Deus & Chriſtus Dominus in ſua lege, atque Evangelio, loco Benedictionis præcepit, ut odio haberentur inimici, & proximi, ne dicam, innocui, & ſummi Principes?

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„ſa Religioſa pace anno 1555. & ex va-
„riis poſtea emanatis Imperii receſſibus
„præſertim ex Politicis anno 1575. ſta-
„tutis art. 35. necnon ex edicto ab ipſa
„Cæſarea ſua Majeſtate anno 1715.
„promulgato abunde conſtat, omnibus
„cujuscumque ſtatus eſſent, ſub ſeve-
„riſſimis pœnis prohibitum eſſe, unam
„ex tribus in S. R. Imperio receptis
„Religionibus *contumelioſis ac injurioſis*
„*verbis*, aut ſcriptis impreſſis impugna-
„re & traducere: Adverſus hæc tam
„ſalutaria & ad quietem & concordiam
„collimantia Imperii ſtatuta, nihilomi-
„nus, prout ex Cæſarei Francofordiæ
„Reſidentis Miniſtri die vigeſima ſepti-
„ma Julii per concluſum juxta officii
„ſui debitum Fiſcali Cæſareo commu-
„nicata relatione patet, quod *Chriſtia-*
„nus Münden Francofordienſis *Miniſte-*
„rii Senior præſumpſerit, non modo
„in habitis Concionibus ſuis illicita
„prorſus convitia in Catholicam Reli-
„gionem, & cultum Divinum e pulpi-
„to palam & proterve effutire, ſed
„etiam currente hoc anno 1737. ejus-
„modi libellum ſub titulo: *Articuli*
„*Smalcaldici* publicis typis edere, qui
„injurioſiſſimis ac protervis calumniis
„paſſim infartus eſt (prout in Exem-
„plari præſentis cauſſæ actis adjuncto
„in locis rubra linea ſubductis ad ocu-
„lum

Sæc.XVIII. A. C. 1737.

„lum elucet (ubi non ſolum Catholi-
„corum cultus & præcipue S. Miſſæ Sa-
„crificium tanquam omnium maxime
„horrenda abominatio Papiſticarum
„(uti vocitatur) idololatriarum, ac ceu
„ſceleratiſſima & damnanda nundina-
„tio, purgatorium vero velut Diaboli
„ſpectrum, & Pontifex ceu fœdus Ju-
„das & Antichriſtus, (*) imo & Dia-
„bolus ipſemet traducitur aliisque plu-
„ribus ejusmodi infamibus prædica-
„mentis proſcinditur, ſed & inſuper in
„toto contextu adeo pudendus ſtylus
„adhibetur, ut cuilibet pacis æquita-
„tisque ſtudioſo animo juſtam indigna-
„tionem extorqueat. Cum ergo nihil
„perniciosius, ſimulque ad manifeſtan-
„dam convitiandi proæreſin nihil lucu-
„lentius

(*) Si in Symbolo, quo utitur Eccleſia Romana, ſi in profeſſione fidei a Pio IV. præſcripta, ſi in Synodo Tridentina, in Catechiſmo Romano, vel aliis Symbolicis, ſi ita loqui lubet, Eccleſiæ Catholicæ libris Lutherus vel alii hujus Sectæ Principes vocitarentur Judæ Iſcariotes, Antichriſti, Diaboli &c. aut eorum Cœna Dominica, & confeſſio appellaretur Prædicantium nundinatio, quæſtus, Draconis cauda, multiplex idololatria &c. Quam altum exclamarent Lutherani,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„lentius esse noscatur, quam præ cete-
„ris aliis studiose majusculis literis pro-
„terve impressa sacrilega hæc verba:
„Uber das alles hat dieser Drachen-
„schwanz die Messe viel Ungeziefers, und
„Geschmeis, mancherley Abgötterey ge-
„zeuget: Cumque hic Præco insuper li-
„brum suum ceteris quoque Prædican-
„tibus Francofordiensibus nuncuparit,
„eosque animarit, ut hic liber per par-
„tes in Matutinis Concionibus expli-
„caretur, & in meridianis fidei præ-
„ceptionibus juventuti inculcaretur,
„plane considerato tam manifesto, &
„sole meridiano clariore inexcusabili
„facto nil aliud reliquum est, nisi ut
„contra

---

ni, quot gemitus, horrendosque *ejulatus in* sinum Ratisbonensium Oratorum effunderent in eos, qui ejusmodi libros Symbolicos novis prelis subiicerent, aut in publicis Concionibus, & puerorum institutionibus explanarent? Nequidem placido animo ferunt, eorum dogmata a Tridentinæ Synodi Patribus *anathemate* perculsa, cum tamen hic antiquissimus SS. Patrum & Synodorum, quas ipsimet recipiunt, mos fuerit: Ast Imperii leges Protestantium doctrinas quidem in tuto collocant, scommata tamen & convitia, quibus conspurcantur; uti ipsa honestas suadet, detestantur.

„contra Auctorem ad bene promeritam „pœnam procedatur, idque eo minus „vel intermittendum vel differendum „videtur, quo protervius (*) præfatus „Christianus Münden insuper supradi„ctum Cæsareo-Aulici Imperialis Con„silii concluſum unacum existimata sua „defensione eruditis (ut vocantur) „Francofordiensibus novellis imprimi „curavit, hocque ausu Publicum, ve„lut Judicem Cæsareæ sententiæ, im„ploravit. Iterato igitur Cæsareus Fis„calis Sacræ Cæsareæ Majestati suppli„cat, ut ad aliorum terrorem præfa„tum Prædicantem promeritæ mulctæ „viginti Marcarum auri reum declaret, „simulque pro hujus libri proscriptione „necessarium mandatum Cæsareo libro„rum Commissario dare velit".

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

(*) Addi potuisset, quod idem Præco aller Hinderniſſe ungeachtet, von neuem eine Rede in dem angelegten Seminario Theologico (zu Frankfurt) durch einen Candidaten habe halten laſſen. . . . Dieſe offentliche Rede (hat) dahin geziehlet, auctoritatem articulorum Smalcaldicorum Symbolicam, a nonnullis *temere impugnatam* zu behaupten. Vid. acta Historico-Eccleſiaſtica tom. 2. pag. 674.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XXXIX.

Judicialis citatio præfati Prædicantis.

Nimis æqua erat Cæsarei Fiscalis petitio, nimis manifesta hujus Præconis culpa, nimisque alti læsæ Religionis clamores, quam ut religiosissimus Imperator ad promeritam vindictam aures ac manus claudere potuisset. Die igitur vigesima octava Februarii anno sequenti datis Vienna literis hunc Prædicantem coram comparere jussit, edito hoc mandato:

Carolus VI. &c.

„Tibi Christiano Münden Ministerii „Seniori in nostra & Imperii Civitate „Francofordiensi notum facimus, quod „noster Cæsareo-Aulici Consilii Fiscalis Dominus Josephus Hageck de Waldstätten perdemisse nobis significarit, „quod non modo in tuis Concionibus „ex publica Cathedra Catholicam Religionem, ejusque Divinum cultum „illicitis plane convitiis proterve proscindere, sed etiam anno 1737. libellum sub titulo *Smalcaldici articuli* publicis typis vulgare ausus sis, etsi hic „liber petulantissimis, dirissimisque „con-

„convitiis passim turgeat : supplicavit „igitur Fiscalis, ut te propter hosce „ausus tam nostris quam Imperii san- „ctionibus de anno 1715. promulgatis „edictis prohibitos, minus vero in Con- „cionibus & libris divulgandos in mul- „ctam viginti marcarum auri incidisse „declararemus, prout pluribus in an- „nexa copia hujus querelæ videbis. „Cum ergo re maturius ponderata, ac „poscente justitia hodie decretum fue- „rit, ut contra te Fiscalis citatio fie- „ret, hinc ex Romano-Imperiali po- „testate necnon ex justitiæ æquitatis- „que debito te Christianum Münden „Doctorem evocamus & citamus, ut „intra bimestre post insinuatam ac pub- „licatam hanc Imperialem nostram ci- „tationem, quam tibi pro primo, se- „cundo, tertio, ultimo & decretorio „termino statuimus, & peremptorie „decernimus, vel si eo die judicialis Ses- „sio non habetur, in proximo vel per „te vel per idoneum Procuratorem in „Cæsarea nostra Curia, ubicunque tum „erit, compareas, ut videatur & in- „spiciatur, an te ob præfatas causas „in pœnam viginti marcarum auri in- „cidisse jure & juste pronuntiari, cog- „nosci & declarari possit, vel an gra- „ves solidasque causas forte afferre „possis, ob quas præfata declaratio

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „non fiat, ac demum cauſſæ, omnium „vadimoniorum terminorumque finis „uſque ad rei deciſionem & decretorium „judicium expectetur. Sive demum „tu, utpote accuſatus, tum compa„reas, ſive non, nihilominus ad Cæ„ſarei ac Imperialis Curiæ Fiſcalis pe„titionem præfata cauſſæ cognitio ac „declaratio aliaque de jure requiſita lo„cum habebunt, prout judicii forma „& merita cauſſæ poſtulabunt. Hæc „tibi ad inſtructionem dicta ſunto &c. Poſtea cum citatus Præco comparere negligeret, Cæſareo-Aulicum Imperii Conſilium Præſide Arnoldo Henrico de Glandorff die decima ſexta junii decrevit, Prædicanti ex officio timéſtris terminum, intra quem emanatæ citationi *ſub pœna confeſſi* pareret, eſſe indulgendum.

§. XL.

Francofordienſis Magiſtratus libellus ſupplex ad Cæſarem.

EX communicata Cæſarei Fiſcalis denunciatione & Cæſaris literis ad Miniſterii Seniorem datis Francofordienſis Magiſtratus rem in præcipiti & lubrico ſtare, probe proſpexerat; horrendas enim illas blaſphemias & convitia

vitia in Papam & Religionem Catholicam effusa reipsa, prout Fiscalis denuntiaverat, in articulis Smalcaldicis reperiri, inficiari nequidem petulantissimus audebat; hos vero articulos unacum injuriosissimis hisce probris a Prædicante iterato prælo editos, ab eoque in publicis viginti quatuor Concionibus, & catechetica puerorum institutione explicatos fuisse, ipsemet Præco, totaque Civitas testabatur: Quid ergo ageret, quid Cæsari responderet, Lutheranus Francofordiensis Magistratus? ad consueta igitur reorum effugia recurrendum erat, & Residentis denuntiantis relationem ceu *minus fundatam, & veritati contrariam* incusare, consultum videbatur: Præterea Magistratus *ad conservanda Lutheranis Imperii Statibus & ratione Jurisdictionis Ecclesiasticæ sibi etiam competentia jura* Cæsari exponendum esse censebat 1. Quod Clerici Catholici, si in sacro Ministerio defuisse, vel a Catholicæ fidei doctrinis defeciisse accusantur, coram supremo Imperii Tribunali non conveniantur, nec ibi suas querelas contra Ecclesiasticos suos superiores deferre queant, sed omnes ejusmodi causæ ad jurisdictionem Ecclesiasticam pertinentes unice in Ecclesiasticis curiis, ac

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. demum coram Apostolica sede decidi queant.

Inde vero necessario sequeretur. II. Quod, quia vi pacis West. art. V. §. 1. *inter utriusque Religionis Electores, Principes, status omnes & singulos* talis *exacta æqualitas* observanda est, *ut quod uni parti justum est, alteri quoque sit justum*, Evangelici Doctores ac Prædicantes nec deterioris nec melioris conditionis esse queant, sed

III. In ejusmodi casibus unice & duntaxat coram eorum Evangelicis Principibus aut Imperii Statibus, & constitutis per eos Curiis aut Consistoriis eo certius conveniendi sunt, eorumque decisionibus sese subiicere tenentur, quo firmius juxta P. W. art. 5. §. 48. *Jus Diœcesanum & tota Jurisdictio Ecclesiastica, cum omnibus suis speciebus, contra Augustanæ Confessionis Electores, Principes, status, eorumque subditos* suspendatur, & cujusvis *Territorio* annexa sit, & Imperii status in suis juribus, prærogativis, libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam in Ecclesiasticis quam politicis exercitio sub nullo prætextu juxta P. W. art. 8. §. 1. turbari queant, proin

IV. Lutheranis statibus in eorum territoriis quoad Ecclesiasticam jurisdictionem

nem, ejusque exercitium æquale omnino jus, prout illo Pontifices ac Episcopi in Catholicis ſtatibus etiamnum independenter fruuntur, habent, idque præter alios a Corpore Evangelicorum aliisque Lutheranis Cameræ Præſidentibus & Aſſeſſoribus propugnatum fuiſſe, videri poſſit in Fabri Europ. Cancell. tom. XXVII. pag. 1. & p. 130. & ſeqq. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

V. Inde graviſſimum oritur dubium *ratione competentiæ fori*, an ſcilicet Cæſareæ veſtræ Majeſtatis Aulico-Imperiali Conſilio, ad quod in præſenti cauſſa, etſi de ſe non fundatæ, accuſationes fuerunt delatæ, cognoſcendi jus competat, ejusque jurisdictio fundata ſit, eoquod allata a Cæſareo Fiſcali Politiæ ſtatutum de anno 1577. art. 35. & anno 1715. a Cæſarea ſua Majeſtate promulgatum edictum de famoſis libellis & contumelioſis ſcriptis, ad libros ſymbolicos unius ex tribus Religionibus addictæ Eccleſiæ, vel Polemica Theologorum ſcripta, etſi Doctrinalia ad ſpeciem durioribus (*) ad rei ſummam

(*) Ergo datur in Orbe Chriſtiano Eccleſia, ad cujus doctrinæ ſummam & eſſentiam ſpectant convitia, calumniæ, horrenda maledicta,

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

mam tamen ſpectantibus verbis ſint expreſſa, applicari nequeat; inſuper hæc edicta ſupponunt, legitimos Superiores, deſuper aut monitos aut conſcios, hac in re negligentes fuiſſe nec puniiſſe quod tamen nobis nullatenus imputari poteſt, (*) cum nullum ne minimum quidem defectum a Doctore Münden commiſſum deprehenderimus, ſed potius ii, qui ejus Concionibus interfuere, teſtimonium fide dignum dederint, & etiamnum dare parati ſint, quod Præco decenti moderatione, uti ſemper hacte-

dicta, & impia probra, quæ etiam in ore honeſti Viri blaſphemiæ forent, in Eccleſiam, & Religionem non modo in Imperio ſed in toto Orbe per octodecim omnino ſæcula receptam ejusque ſupremum Caput ſummis etiam Principibus venerandum petulanti calamo effunduntur? Ergone aptiſſimus convitiandi modus, & Imperii pœnas in alterius Religionis convitiatores ſtatutas effugiendi medium eſt, ſi ejusmodi convitia libris ſymbolicis hujus Eccleſiæ inſerantur: ſaltem ad Chriſti doctrinam, & Evangelii ſummam unquam ejusmodi Scommata pertinuiſſe, auditum non eſt.

(*) Hos tamen articulos publico prælo unacum inſertis convitiis excuſos, publice explanatos, & ab hoc Prædicante defenſos fuiſſe, notiſſimum erat.

hactenus consueverat, rem exposuerit, & duriora verba ac phrases in Smalcaldicis articulis subinde contentas (prout eas in historica sua præfatione novæ editioni præfixa §. 11. excusaverat) in suis quoque Concionibus omni, quo potuit modo, *Salva tamen doctrina*, emollire & temperare studuerit (*) proin legitimas Evangelici Prædicantis limites non sit transgressus, aliunde vero nova Smalcaldicorum articulorum editio ab ipso suscepta & a Fiscali seu a Barone de Wezel male interpretata, sit res in Imperii legibus & religiosa pace licita & irreprehensibilis (**); quippe

VI.

(*) Dubitant aliqui, an ille a calumniæ & convitii crimine satis purgatus sit, qui contra Principem vel Magistratum, ejusque statuta libellum famosum recudi curat, eumque subditis ad institutionem inculcat, simul tamen coram aliis desuper sermonem habet, in quo hæc convitia temperat, imo etiam excusat, quin prelum, quantum potest, revocet, sed potius hæc convitia, ut salva sit dictorum veritas, propugnet.

(**) Imperii legibus & pace Religiosa cautum est, ne quisquam publice privatimque concionando, docendo, disputando, scribendo

do

Sæc. XVIII. A. C. 1737. VI. Dato non conceſſo & ſine ullo jurium ſtatuum Evangelicorum præjudicio, quod præfati Imperialis Conſilii jurisdictio eſſet fundata, nihilominus per pacem religioſam & Imperii receſſum Auguſt. anno 1555. §. 15. ſalubriter cautum eſt, ne ullus Imperii ſtatus ob Confeſſionem Auguſtanam, ejus doctrinam, Religionem & fidem turbetur, aut alio quovis modo contra ſuam conſcientiam, ſcientiam & voluntatem propter Auguſtanam Confeſſionem, (*) Religionem, fidem, Eccleſiæ

do, vel conſulendo Transactionem Paſſavienſem pacem religioſam uſpiam impugnet, aut alterutrius Religionem convitiis impetat, ſi autem id in libris ſymbolicis fieri permiſſum eſſet, una manu deſtrueretur, quod altera ædificatum eſt.

(*) Nec propter Confeſſionem Auguſtanam, nec ob cetera contra Prædicantem mota eſt querela, ſed contra Religionis Catholicæ irriſiones, injurias, calumnias, & pudenda convitia, ex quibus Auguſtanam Confeſſionem, & doctrinam conflari, aut ea ab Imperii legibus & Imperatoribus harum legum Conditoribus approbari, per ſummum nefas diceretur: Querebantur ergo Catholici contra novum hunc convitiorum recoctorem, ac inju-

cleſiæ ritus, ordinationes, & cæremonias prout introductæ vel introducendæ ſint, gravetur, ſed in eadem Religione, fide, Eccleſiæ ritibus, diſciplina & cœremoniis libere relinquatur: ideo Sæc. XVIII. A. C. 1737.

VII. Nullatenus Cæſareæ ſuæ Majeſtatis Imperialis Conſilii Fiſcali competebat, Smalcaldicos articulos, qui ab Evangelicis Imperii ſtatibus, ut patet, tanquam liber ſymbolicus ſeu publica

injuriam Religioni Catholicæ ab eo irrogatam reparari petebant præcipue cum in eodem receſſu Auguſtano, eodemque loco diſertis verbis ita pariter cautum ſit, dargegen ſollen die Stände, ſo der Augsburgiſchen Confeßion Verwandte . . . . . gleicher geſtalt Fürſten und andere des heiligen Reichs Stände der alten Religion anhängig Geiſtlich und Weltlich . . . . bey ihrer Religion, Glauben, Kirchengebräuchen, Ordnungen, und Ceremonien . . . . unbeſchwert bleiben, und ſie derſelbigen friedlich und rüglich gebrauchen, genieſſen, unweigerlich folgen laſſen und getreulich darzu (certe non injurando, aut convitiando) verholfen ſeyn, auch mit der That oder ſonſt in Ungutten gegen denſelbigen nichts fürnehmen, ſondern in allweg nach Laut- und Aufweißung des heiligen Reichsrechten, Ordnungen, Abſchieden und aufgerichten Landfrieden jeder

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

lica fidei confeſſio admiſſa & recepta fuere, & ut talis in Eccleſiæ noſtræ Actis recogniti ſunt, unacum ibi contentis Evangelicorum Imperii ſtatuum fidei doctrinis accerrime impugnare, hoſque articulos tanquam impium & contumelioſum ſcriptum denuntiare, & mere novam hujus, qui tamen per Religioſam pacem & Imperii leges contra omnes illegitimos inſultus in tuto poſitus eſt, libri ſimbolici editionem velut tam enorme & piaculare crimen, ut etiam viginti marcarum auri mulcta plectendum ſit, fugillare, ac ideo recta Religioſæ paci (*) contrariam, ritum-

jeder ſich gegen dem anderen an gebührenden erblichen Rechten begnügen laſſen: alles bey fürſtlichen Ehren, wahren Worten, und Vermeydung der Peen in dem aufgerichten Landfrieden begriffen. Hæc verba, cum tamen ſint præcipua querelæ contra Prædicantem motæ fundamenta, in Francofordienſi hac apologia ſedulo omiſſa fuere.

(*) In tota pace Religioſa non legitur, ſtatutum fuiſſe, quod a Proteſtantibus Romanus Pontifex appellandus ſit Judas, Antichriſtus, Diabolus &c. aut quod Catholicæ Religionis dogmata pudendis convitiis proſcindenda ſint: ſane hæc licentia ad revocandam pacem & concordiam ineptiſſima fuiſſet.

ritamque fiscalem querelam ad immeritam vexationem Editoris suæque famæ instituere, cum tamen

VIII. Nec ignorari possit nec debeat, quod una ex parte Religionis dissidia, propter quæ Religiosa pax tam caro pretio acquisita & in Cæsareæ Electionis Capitulationibus & Westphalica pace efficacissime & strictissime confirmata, ac ideo inita fuit, potissimum inde orta fuerint, quia Evangelici seu Augustanæ Confessioni addicti status, Catholicæ fidei dogmata in variis capitibus & præcipue in iliis, quæ in Fiscali denuntiatione adducuntur, pro irritis, & Divino verbo dissonis agnovere, altera vero ex parte illa fidei dogmata, circa quæ Evangelica Ecclesia a Catholica dissonat, tam in glorioſissimæ mem. Carolo V. Cæsari anno 1530. porrecta, & in Imperii Conventu præsente ipso Imperatore palam prælecta Augustana Confessione, quam in apologia, aliisque symbolicis Evangelicæ Ecclesiæ Codicibus, necnon in eorum Theologicis ab hoc tempore editis libris sine minima contradictione explicata, declarata, & confirmata fuere:(*) quippe IX.

(*) Saltem Ecclesia Catholica, Imperatores, & Imperii Status nec ad hanc usque diem Luthe-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

IX. Conscientiæ libertas (sed non convitiandi licentia) & publicum trium in S. R. Imperio receptarum, & quoad effectus civiles plene æquiparatarum Religionum exercitium in pace Religiosa.

Lutheranos tanquam fidei Catholicæ Judices agnovit, nec in ullo pacis tractatu. Fidei Catholicæ dogmata pro erroneis ac Dei Verbo contrariis fuere cognita aut sugillata. Multiplex insuper hallucinatio! Enimvero Augustana Confessio anno 1530. Carolo V. Imp. oblata est, falsum autem I. quod in ea vel ullum scomma, quale in articulis Smalcaldicis legitur, contineatur; ergo cautissim. Prædicantis non juvat allegata hæc Confessionis traditio: falsum est II. quod *sine minima contradictione* fuerit declarata: mox enim Catholici eam confutarunt, eorumque confutatio composita jussu Cæsaris die 3. Augusti in pleno consessu prælecta, & rogatis sententiis ab omnibus Catholicis approbata est, ac demum ab Andrea Fabritio Consiliario Bavarico latine edita fuit: nil dicam de sexcentis aliis ejusdem Confessionis, ceterorumque librorum symbolicorum confutationibus: & falsum quoque III. quod Fiscalis Cæsareus sugillarit articulos in confessione Augustana contentos, quia duntaxat questus est de convitiis in injuriam Cæsaris & ceterorum Principum

gioſa ſtabilitum præcipue in eo conſiſtit, ut earum Doctores & Concionatores vel ore in pulpitis vel alia ratione congrua aut impreſſis vel ſcriptis libris fidei doctrinam in theſi & antitheſi (ſed non in lingua & calamo injuriis & convitiis in alterutram partem effuſis turgido) exponant, contrarias ſuorum Adverſariorum quicunque demum ſint, etſi alterutri ex publice receptis Religionibus addicti eſſent, doctrinas debita ac Chriſtiana moderatione ne

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

cipum Cath. redundantibus. Præterea Confeſſio Auguſtana ejusque aſſerta, prout a Melanchtone (indignante Luthero) fuere a duris, odioſis probris & convitiis elimata coram Carolo V. Imp. fuere quidem prælecta, ſed fatente ipſo Melanchtone ep. I. ad Obenburg *triſti & atroci ſententia* damnata, & teſte Cæleſtino Lutherano ex decreto Cæſaris finitis comitiis publicato rejecta: Quid ergo exinde emolumenti in articulos Smalcaldicos, qui primum ſeptimo poſt anno Lutheri calamo felle & bile atra tincto conſarcinati fuere, quos certe Carolus Imp. ſi exſtitiſſent, non modo palam damnaſſet, ſed nequidem tam ſordidas ſpurcitias prælegi permiſiſſet, ne honeſtæ Principum aures offenderentur.

Sæc. XVIII, A. C. 1737.

ne (qualis, scilicet esset, si quis Religionem antiquam & publice receptam vocaret Diabolicam, Anti-Christianam, Babylonicam, meretriciam &c.) refutent, hacque ratione suæ fidei addictos & Auditores ita instituant, ut prout ipsis tam stricte in Dei verbo demandatum est, suæ fidei rationem dare queant. Et

X. Ex male fundato Cæsareæ suæ Majestatis Imperialis Fiscalis principio hoc: *Catholicæ fidei dogmata discutere & refellere, illicitum esse,* (*) ob exactam parificationem utriusque Religionis & Regulam in Inst. P. W. art. 5. §. I. stabilitam, *quod uni parti justum est &c.* necessario sequeretur, quod neque etiam Catholici Sacerdotes illos libros & scripta (Deo sint laudes, quod omnes symbolici Catholici libri ab omni Smalcaldica convitiorum sentina immunes sint) ob parificationem jam in pace religiosa stabilitam (Lutherani quoque a suis libris symbolicis tam fœda inquinamenta eliminent) in quibus Augustana Confessio & Evangelicorum statuum Religio impugnatur, edere, vel

(*) Omissa fuere hæc Fiscalis verba: *contumeliosis ac injuriosis verbis, impugnare ac traducere.*

vel iterato prelo committere deberent quod tamen, in quantum Religioſæ paci conforme eſt, Lutherani nunquam eis prohibere intenderunt, nec Cæſareus Fiſcalis a ſuæ fidei addictis obtinere poterit. Inſuper Sæc. XVIII. A. C. 1737.

XI. Ægre vel unicum exemplum reperiri poterit, quod poſt obtentam Religionis pacem, & rebus nunc in pace poſitis quidam Cæſareus Fiſcalis librum ſymbolicum Eccleſiæ Evangelicæ velut impiis ac contumelioſis convitiis (inter quæ juxta fiscalis denuntiationem antea relatam numeranda eſſet ſimplex recenſio & confutatio particularium Romanæ Eccleſiæ dogmatum ab Evangelica Eccleſia non receptorum) turgidum ſcriptum denuntiarit, talemque librum de probroſo ac infami ſtylo accuſarit, ac demum ille, qui ejusmodi librum ab omnibus Evangelicis ſtatibus jam a longo tempore & reſpective jam a ducentis annis publice approbatum & de ſe ſine minima legitima oppugnatione jam ſæpius impreſſum nova editione vulgavit, fiſcali judicio & ad enormem etiam viginti Marcarum auri mulctam condemnatus fuerit. Eapropter

XII. Hæc maxime ſtupenda agendi ratio vel ideo reprimenda eſt, quia ſecus Religioſa & Weſtphalica pax, quæ ſem-

Sæc. XVIII A. C. 1737.

per pro vinculo inter ſupremum Imperii Caput & membra habebatur, pessimus everteretur. Quoniam

XIII. Si primum Imperialis Concilii concluſum die 19. Aug. conferatur cum Wezelianæ relationis in Fiſcalis nuntiatione contentæ relatione, haud obſcure cognoſcitur, (*) quod Baro de Wezel Smalcaldicos articulos tanquam famoſum libellum denuntiarit, & Imperialis Fiſcalis haud parum a eodem judicio receſſerit, eorumque nullus Hiſtoricam præfationem a Seniore Mündeno his articulis præfixam, & cum tanta moderatione & circumſpectione compoſitam, ut nihil in ea reprehendi poſſit, prout par fuiſſet, egerit, ac perpenderit, ſed præcipitanter Baro

(*) Vel obiter Wezelianam relationem legenti luculenter patebit, hunc nullatenus queſtum eſſe de Lutherano dogmate in his articulis expoſito, ſed de Catholicæ fidei doctrina & Pontificis Perſona in his articulis tam probroſe, contumelioſe & ſcurriliter deducta, & hac ſcribendi ratione pacem religioſam & Weſtphalicam quæ alterutrius religionem indignis ejusmodi probris laceſſere vetat, necnon concordiam inter Cives & Incolas, imo & ſupremum Imperii Caput & membra everti ingemuit.

Baro ex suo jam in aliis occasionibus manifestato erga nos odio ad illegitimam hanc relationem inductus fuerit. Et

Sæc. XVIII. A.C. 1737.

XIV. Præfatus Münden in suis (sine tamen omnium Evangelicorum, nostroque præjudicio & sub reservatione reservandorum) perdemisse exhibitis vindiciis satis sese purgavit ab ulteriori accusatione, scilicet quod ex pulpito illicita convitia in Catholicam Religionem ejusque cultum evomuerit, & Francofordiensibus Novellis indecentem excusationem inseri, ac in Smalcaldicis articulis recens editis quosdam textus (fors ipsos hos Dominos puduit eos referre) majusculis literis imprimi curarit, & demum hanc editionem hujatibus Evangelicis Prædicantibus nuncuparit. Tandem

XV. Nec nos, nec noster Senior obstricti sumus, circa dogmata in Smalcaldicis articulis relata & in fiscali denuntiatione annotata, nempe de Papa, Missa, Purgatorio & Divino Catholicorum cultu (prout tamen nobis facile foret) cum Cæsareo Aulico-Imperiali Fiscali coram NB. LAICO Imperiali Judicio calamis decertare; potius igitur Fiscalis, si æquam querulandi ansam habere existimat, rem omnibus Evangelicis statibus decidendam committere

Sæc. XVIII A. C. 1737

debuiſſet (*). Cum ergo, Auguſtiſſime Imperator, Rex ac Domine „de „cauſſa agatur quæ rem *mere Eccleſia-* „*aſticam* (**) *necnon Auguſtanæ Confeſſio-* „*nis Clericum, qui limites officii Eccleſiaſ-* „*ci exceſſiſſe accuſatur, concernat*, veſtri „Imperialis Cæſareo-Aulici Conſilii „jurisdictio, ut nobis videtur, non eſt „fundata ac inſuper Cæſarei ſui Fiſcalis „actio hac in re Religioſæ & Weſtpha- „licæ paci, necnon Cæſareis electio- „num

(*) Ex Imperatorum Capitulationibus art. 1. conſtat, quod Imperator Chriſtianam Eccleſiam, & rempublicam, ſedem Apoſtolico-Romanam, ſummum Pontificem, cum ſit Eccleſiæ Advocatus, protecturum ſe atque defenſurum juret. Si ergo Eccleſia, Pontifex &c. a quodam ſtatu Acatholico vel ejus membro læditur, inverſo ordine procederetur, ſi neglecto ſupremo ac jurato Advocato, pars læſa ad Lutheranos ſtatus recurreret, non ſine maximo Cæſareæ auctoritatis præjudicio, utpote cui multis retro ante Lutherum ſæculis Eccleſiæ Catholicæ & Pontificis, defenſio inviolate competebat.

(**) Hucusque paradoxum videbatur prætenſa hæc exemptio Prædicantium ab foro laicali, cum utique urbium Magiſtratus, pagorum Prætores &c. ad quorum forum rei Prædicantes trahuntur, non ſint Clerici.

„num Capitulationibus adverſatur, & „non tam nos, quam omnes Evan- „gelicos ſtatus tangit atque ab eorum „Majoribus jam ante ducentos annos „approbatum, & hucusque absque ulla „controverſia, & variis typis excuſum „librum Symbolicum ſpectat, hinc ſpe „freti ſumus, Cæſaream ſuam Maje- „ſtatem fiſcalem citationem contra præ- „fatum Münden contra fas extortam, „pro æquitate ſua abrogaturam, quod „& perdemiſſe petimus, ac pariter Cæ- „ſaream ſuam Majeſtatem omnipotentis „Dei tutelæ pro perenni proſperitate, „& glorioſiſſimo Regimine uſque ad ca- „nos annos protracto nos noſtramque „Civitatem fideliſſimi ſubditi in pretioſiſ- „ſimas ac inæſtimabiles gratias ac fa- „vores debita ſubmiſſione commenda- „mus, &c“. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XLI.

Libellus ſupplex ab ipſo Prædicante ad Cæſarem transmiſſus.

Præterea ipſemet hic Francofordienſis Paſtor ad Imperatorem libellum ſupplicem dedit, in quo ſe accuſatum, citatumque referens, fatetur, quod Lutherani ex præſcripto S. Scripturæ NB. communi calculo propugnent,

Sæc. XVIII A. C. 1737

quemlibet laicæ potestati esse subjectum & Clericos reos æque ac Laicos profanæ potestati rationem reddere teneri, proin Imperatorē ex ipsis Protestantium principiis supremum Judicē hujus causæ per Fiscalem denuntiatæ esse, cum autem Clerici Catholici duntaxat Episcopi vel sedis Apostolicæ jurisdictioni subjecti sint, ab hac autem jurisdictione Protestantes art. V. §. 48. Osnabr. Pacis eximantur, inde concluſit Præco, nec Cæsarem in Præcones Episcopalem jurisdictionem habere, proin ipse utpote Clericus, etsi peccasset, coram nullo alio, quam Lutherano suo Principe conveniendus fuisset, ac propterea, ne suo ad Cæsarem recursu Lutheranis statibus eorumque juri præjudicium inferre videretur, *contra* Cæsarei Consilii jurisdictionem protestatur, ac declarat, se Cæsarem *pro nuda ejusdem informatione* adire. His præmissis accusationum capita diluere nitebatur, & quidem I. sibi obiici, quod contumelioſe in Catholicam Religionem, ejusque cultum detonarit, hanc tamen accusationem non nisi vagis verbis esse conceptam: debuisset igitur Fiscalis specifice exponere, quænam Præco effutiisset, hunc vero certum esse, quod in suis Concionibus non nisi necessarium discrimen inter Lutheranam

&

& Catholicam Religionem explicaverit, (*) ei ergo sufficere, ut dicat, *nego narrata, prout narrantur* (**) II. quod Smalcaldicos articulos probrosissimis calumniis refertos ediderit, ast oppositit Præco, non se, sed Lutherum has calumnias articulis inseruisse, eos vero a Principibus pro symbolico libro agnitos esse, proin Fiscalem offendere hos Principes, eoquod librum symbolicum pro libro convitiis pleno denuntiasset, inserta autem convitia genio illius sæculi esse adscribenda, ea vero illo ævo nullius offensioni fuisse (***) nec privato Theologo licere, in nova editione libri symbolici vel verbulum addere aut demere, proin nec has

Sæc.XVIII. A. C. 1737.

(*) Ergone hæc ab illa discernitur ex convitiis in Religionis Catholicæ dogmata, Papam &c. effusis, & his juventutem imbui necessarium est?

(**) Idem respondere potuisset Baro de Wezel ad imputatum odium in Lutheranos, utpote nonnisi vagis verbis enarratum.

(***) Ignorantiam prodit ille, qui sordidum ac lividum Lutheri calamum a nullo tum reprehensum fuisse scribit: ipse Melanchton hanc intemperantiam Luthero sæpius exprobravit.

Sæc. XVIII A. C. 1737.

calumnias omittere (*) III. quod horrenda convitia majuſculis literis ſtudioſe imprimi curarit, ad hoc repoſuit Præco, Proteſtantibus liberum eſſe, an & quæ in ſuis libris ſymbolicis majoribus literis excudi velint (**) id autem culpa typographi factum fuiſſe, qui ad normam Magdeburgenſis libri concordiæ hos articulos impreſſit. IV. Quod hunc librum Prædicantibus dedicarit, id reponebat Præco, illicitum non eſſe, ſed unicuique liberum, an laicis vel Eccleſiaſticis ſuum librum nuncupare velit. V. Quod alios Prædicantes animarit, id ajebat ipſe, ſibi ex Senioris officio incumbere, ſe tamen de adhibenda moderatione caviſſe. VI. Quod Cæſarei Conſilii concluſum, & ex altera parte ſuam apologiam Novellis inſeruerit, totique Orbi velut ad cenſuram expoſuerit: ad hoc repoſuit, nunquam ſibi in mentem veniſſe, perinde acſi Publicum velut judicem Cæſarei concluſi conſtituere vellet

(*) Tanta religione certe erga S. Biblia non uſus eſt Lutherus.

(**) Cur autem duntaxat ea, quæ in contumeliam Religionis Catholicæ cedunt, majuſculis literis expreſſa fuere, niſi ut Lector magis ad ea attendat.

let, de cetero se suam defensionem pro tuenda nominis sui fama confeciſſe. His ita expositis Præco Cæsari supplicabat, ut ipsum ab imputata culpa liberaret, & Fiscalem ad expensas damnari juberet. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Præterea Lutheranus Francofordiensis Magistratus die vigesima Septembris omnia hujus causſæ acta ad Ratisbonenses Protestantium Legatos transmisit, rogavitque, ut suos Principes eo inducerent, quatenus apud Cæsarem intercederent, vel alio modo statuum Evangelicorum jura, & præcipue jus in sacra & ab eo dependentem Jurisdictionem Ecclesiasticam, plenamque conscientiæ libertatem contra Cæsarei Fisci assultus tueri vellent. Igitur Corpus, ut vocant, Evangelicorum, pro more privatam hanc causſam, suam fecit, ac inde pars litigans effecta (*) die vigesima prima Februarii anno 1739. ad Imperatorem literas dedit, in quibus prius jam allatas excusationes rursus recoxit, addidit tamen, hunc librum unacum convitiis (quæ in Smalcaldicis articulis inveniri non negavit) a Pace Westphalica esse

(*) Pars litigans simul Judex esse nequit, nec ad eam recurri potest.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

esse confirmatum, proin in eo sine Evangelicorum consensu nil mutari posse.

Attamen quæcunque demum in Prædicantis defensionem afferebantur, nunquam tamen satis læsæ Religionis Catholicæ, & turbatæ concordiæ culpa removeri poterat; imo ne ipsi quidem hujus Præconis fautores inficiari audebant, tam pace religiosa & Westphalica, quam plurimis recessibus & Imperatorum edictis severe inhibitum, ne alterutrius Religionis doctrina, ritus &c. contumeliis, & convitiis, sive demum ante hanc pacem jam fuerint impressa. *sive recenti editione recusa*, sive in libris symbolicis sive in aliis scriptis, libris &c. contineantur, proscindantur, cum quodvis hujus injuriæ genus semper finem a pacisscentibus intentum, scilicet mutuam pacem & concordiam invertat, cumque Lutherani, suam Religionem convitiis, probris, & calumniis impeti, aut ejusmodi libros, in quibus *pro genio sæculi* XV. & XVI. ejusmodi dicteria in contumeliam doctrinæ Protestanticæ olim insperia habebantur, nova editione in vulgus spargi nollent, ac propterea Cæsarei Fisci Cæsaris totiusque Evangelicorum opem implorarent, ita ob exactam pacificationem utriusque Religionis & Regulam

Capit. Carol. VII. art. II. §. 6. Abdruck.

gulam P. W. sequitur, ut quod Luthe- Sæc. XVIII.
ranæ parti justum est, etiam pro parte A. C. 1737.
Catholica justum censeatur.

Cæterum hæc causſa tenuit usque ad annum hujus sæculi quadragesimum primum, quo Christianus Münden die nona Augusti vivis, hujusque litis fastidio, ac mulctæ pecuniariæ aliarumque calamitatum periculo ereptus est; anno autem sequenti Carolus VII. Imperator ita rem composuit, ut ex una parte Religionis Catholicæ indemnitati consuleret, severe prohibens, ne imposterum *in recens edendis* libris ac chartis *injuriosæ*, *& contumelioſæ* expressiones (quales in Smalcaldicis articulis a Luthero pro genio sui sæculi inveniri, ipsimet Protestantes haud negant, & ipsa eorum editio loquitur) divulgentur: ex altera vero parte ipsis quoque Protestantibus ita prospexit, ut suos libros symbolicos denuo typis edere libere possent, quin Fiscalis Cæsareus, sicut contra novas editiones symbolicorum librorum Ecclesiæ Catholicæ, ita nec adversus novas editiones librorum symbolicorum Confessioni Augustanæ addictorum, deinceps querelas movere possit, vel audiri nec Imperiale Aulico-Cæsareum Consilium vel Francofordiensis librorum Com-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. Commissarius hac in causa uni parti magis quam alteri favere queat. Hæc sapientissime decreta etiam in Capitulatione Ejusdem Imperatoris art. II. §. 7. & 8. inserta habentur, & pariter in Capitulationibus Francisci I. & Josephi II. innovata reperiuntur.

§. XLII.

Principes atque Illustres hoc anno denati.

Hoc item anno non pauci ex Præsulibus ac Principibus morti in prædam cessere, quos inter primus est Carolus Alexander Wirtembergæ Dux, qui multis victoriis contra Gallos Hispanos, & Turcas clarus die duodecima Martii repentina morte occubuit; de *suorum* Filiorum curatela & fatis infra mentionem fiet. Die autem decima septima Februarii decessit Franciscus Carracioli Princeps de Cellamare, & vigesima tertia Martii Carolus Fridericus Adolphus Princeps hæreditarius Saxo-Weissenfelsensis & die undecima Martii Ludovicus Maria Josephus Princeps hæreditarius Bado-Badensis, ambo aliquot duntaxat mensium infantes. Decima sexta vero ejusdem Mensis annos nata septuaginta quinque obiit Edmunda

munda Thereſia Maria Liechſteinia Princeps Vidua, necnon undecim poſt diebus Gabriel Paxea de Leon Dux de Arcos ſexageſimo quinto ætatis anno & trigeſima Martii Eliſabetha Noel Portlandiæ Duciſſa Vidua, ac demum altero poſt die Ludovica Henrietta Franciſca Bouillonii Duciſſa Vidua nondum expleto trigeſimo ætatis anno. Porro Menſem Majum vitæ ſuæ exitialem habuere ſequentes duo, & quidem Carolus Fridericus quadrimus Princeps hæreditarius Brandeburgo - Onoldinus, Demetrius Michaelowitzius Princeps de Gallizin ſeptuagenario major.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Tandem die nona Julii Joannes Gaſto Magnus Etruriæ Dux ſexageſimo ſexto ætatis, & Regiminis anno decimo quarto ultimus Mediceæ ſtirpis mundo valedixit, quo adhuc vivente de ſucceſſione in hunc Ducatum acriter diſceptatum, ipſo Carolo Infante Hiſpano jamjam in Magnum Etruriæ Principē & præſumptivum Succeſſorem per pacta inter Hiſpanos & Florentinos Miniſtros noctu diei vigeſimæ quintæ Auguſti anno 1731. nominato: Supervenerunt tamen alia pacta publica, vi quorum in hoc Ducatu Franciſcus Stephanus Lotharingiæ Dux, Imperatoris gener ſucceſſit, & Princeps Marcus de

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

de Craon Lotharingus, ejus nomine investituræ tabulas populo promulgavit, ducatusque possessionem cepit, homagio & juramento fidelitatis abomnibus subditis exacto & Lotharingia Stanislao Lescinskio adjudicata.

Ceterum Joannes Gasto die vigesima quarta Maij anno 1671. Florentiis natus Patrem habuit Cosmum III. Hetruriæ Ducem, & Matrem Margaritham Ludovicam Gastonis Joannis Aurelianensis, qui Ludovici XIII. Franciæ Regis Frater erat, Filiam. Joannes optimis Institutoribus usus celeberrimo P. Henrico Norisio, & Antonio Magliabechio in idiomate latino, Philosophia, Theologia, aliisque liberalioribus disciplinis egregium fecit profectum & peragratis exterorum Principum Regionibus præcipue Berolini moram traxit, inde in patriam reversus urgente ipsius Patre nonnisi viginti sex annos natus Conjugem vel quasi talem die 2. Julii Dissseldorffii, duxit Annam Mariam Franciscam, Julii Franciscí ultimi Saxo - Lavenburgici Ducis primogenitam, ac Philippi Guilielmi Palatino - Neoburgici Comitis juvenem Viduam. Verum hæ nuptiæ prorsus erant infaustæ, præterquam enim quod Conjux hæc impotentiæ impedimento labo-

laborare crederetur, insuper invalescente mutua animorum aversione, illa a suo Marito in Bohemiam paucis post annis recessit, nunquam deinceps in Italiam reversa. Supererat ex primis nuptiis unica ejus Filia Leopoldina Eleonora, quæ anno hujus sæculi decimo nono die quinta Februarii Ferdinando Bavariæ Duci in Conjugem data est; Gastonis vero soror Maria Anna pariter sterilis Joanni Guilielmo Palatino Electori nupta, post Mariti sui mortem, cum ætate jam provecta esset, Sacro otio, & pietatis exercitiis se totam dedit, reservata sibi quadraginta millium scutorum pensione annua. Ipse vero Gasto Dux, cum de hærede masculo desperatum esse videretur, jam anno hujus sæculi decimo octavo vivente adhuc Patre suo & postea anno 1725. & 1731. de suo Ducatu in eventum mortis suæ inter Principes armata etiam lingua negotiari, non sine magno animi mærore cernebat, ipse tamen anno 1737 quo obiit, Mense Januario successionem Lotharingiæ Duci ut mox retulimus, assertam ratam habebat, ipsiusque Ducatus possessionem aperiebat sua morte, quæ die nona Julii contigit, anno ætatis sexagesimo sexto, Regiminis decimo quarto nondum expleto: sepultus est in Majorum tumulo

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Ecclesiæ ad S. Laurentium. Princeps erat ingenio acer, animo pacificus, scientiis ac præcipue idiomatum peritia insignis, singularis Germanorum Fautor, solitudinis amans, cetera ferme semper adversa valetudine pressus: Porro tam benigno Principi uberrimis lacrimis præcipue parentabant ejus subditi, quos jam anno Christi millesimo septingentesimo vigesimo sexto ab annuis contributionibus liberos esse præcepit: Ejus laudes sine adulationis fuco celebris Antonius Franciscus Gori hoc epitaphio complexus est.

„A. P. R. M. Joannes Gasto I. Et-
„ruriæ Magnus Dux VII. Cosmi III.
„Magni Ducis & Margaritæ Aloysiæ,
„Gastonis Aureliani Ducis, Filiorum
„Augustorum ultimus. Justus, pius,
„Clemens, optimus Princeps, hic si-
„tus est: Liberalibus Disciplinis egre-
„gie instructus, assiduo studio, rerum
„usu & cognitione, complurium lin-
„guarum peritia, miro ingenii acumi-
„ne ac perspicacia: in suos clementia,
„in exteros incredibili benevolentia or-
„natissimus: Pacatum imperium, quod
„a Parente sapientissimo acceperat,
„æqua in prosperis adversisque rebus
„constantia, in difficillimis Reipublicæ
„temporibus prudentia, pacatissimum
„reli-

„reliquit : Perpetuæ ſecuritatis tran- Sæc. XVIII.
„quillitatisque Conſervator, Publici Bo- A. C. 1737.
„ni Auctor maximus, quod Populorum
„votis obvia liberalitate ac beneficien-
„tia non ſuæ, ſed publicæ Felicitati vi-
„xerit : Pauperum Pater amantiſſimus
„habitus eſt : ſpe tandem æternitatis
„plenus, editis Chriſtianæ pietatis il-
„luſtribus exemplis, tota Etruria ſum-
„mo mœrore luctuque confecta, deceſ-
„ſit VII. Idus Quintiles Anno MD.
„CCXXXVII. vixit anno LXVI. menſ. I.
„d. XIV. hor. XI. Regnavit annos XIII.
„menſ. VIII. d. IX. Æternum victurus
„Juſtiſſimus ac mitiſſimus Princeps".

Pariter die quarta Maij Ferdinandus Curlandiæ, Livlandiæ & Senogalliæ Dux ſupremum vitæ diem explevit, poſtquam octoginta duos ætatis annos cum ſemeſtri, & regiminis vigeſimum ſextum attigit. Erat ſane adverſantis fortunæ ludibrium, & potius nomine quam re Dux regnans ; cum enim maſculi hæredis ſpes nulla eſſet, jam anno hujus ſæculi vigeſimo ſexto die vigeſima ſecunda Maij ſui Optimates Mauritium Saxoniæ Comitem in Succeſſorem, inſcio & reclamante Duce, elegerunt, cumque Poloniæ Rex utpote Feudi Dominus obſtreperet, & in eventum, quo Dux ſine prole maſcula de-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

cederet, Ducatum sibi vendicari posta-laret, inde Ferdinandus graviter offen-sus, Petri II. Russorum Imperatoris, cui non ita pridem Vidua Curlandiæ Duciſſa Anna nupserat, opem impe-ravit, quo factum, ut Russorum copiis Ducatum occupantibus, Curlandi Proce-res sua jura a Polonis haud parum im-minui causantes per plures annos nunc horum nunc illorum patrocinium quæ-rerent. His vero controversiis finem imponendi fiducia animatus Dux, jam-jam exacto septuagesimo quinto ætatis anno die quinta Januarii anno 1731. Joannam Magdalenam viginti duorum adolescentulam Saxo-Weissenselden-sem Principem sibi conjugio copulavit, suscipiendæ prolis masculæ spe concep-ta: Verum eodem anno, quo in Varso-vienſibus comitiis eidem successorem sibi eligendi libertas fuit asserta, decess-sit, successorem denique habuit Joannem Ernestum Comitem de Biron, qui in-ter alia pacta polliceri jussus est, quod Catholicis liberum Religionis exerci-tium in suis ditionibus concedere, eis-que suis sumptibus Libæ novam Eccle-siam erigere teneatur. Præterea die vigesima tertia Augusti septuagenaria vivis valedixit Sophia Christina Vidua Brandenburgensis Marchioniſſa; hanc dein fatali mortis necessitate die vige-sima

sima secunda Octobris sequebatur Raynaldus Mutinæ Dux anno ætatis octogesimo tertio, Regiminis quadragesimo quarto, hic anno 1686. ad preces Jacobi I. Angliæ Regis, qui ejus Neptim habebat conjugem, die secunda septembris ab Innocentio XI. Cardinalis creatus est, postquam vero Franciscus II. ejus ex seniore Fratre Nepos anno 1694. improlis decesserat, depositа purpura eidem utpote hæres proximus, in Ducatu successit, infausto tamen potissimum regimine; cum enim partes Austriacas immoto studio sequeretur, bis a Gallis Ducatu pulsus, bis denuo restitutus, in damni compensationem ac fidelitatis præmium Novellaræ Principatum, necnon Aradum in Hungaria a Carolo VI. Cæsare accepit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Haud injucundum erit legere sepulcralem inscriptionem, qua doctissimus Ludovicus Antonius Muratorius defuncto suo Duci parentavit: En ipsius lugubrem vocem: „Quis hic claudatur, „si quæris? Lector, accipe Rainaldus I. „Mutinæ, Regii, Mirandulæ &c. Dux, „Marchio Estensis, Rhodigiique Co„mes, natus est VII. Kal. Maij Anno „Christi MDCLV. diem vero suum obiit „VII. Kal. Novem. An. MDCCXXXVII. „Antea S. R. E. Cardinalis, deinde

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Dux creatus, ſingulari Pietate ac Re-
„ligionis amore ita excelluit, ut in eo
„vivum Chriſtiani Principis exemplum
„unusquisque ſemper animadverterit.
„Tum ſolutus tum Conjugatus, rigi-
„dus continentiæ Cuſtos, temperan-
„tiæ in victu ſolicitus ſectator, nullis
„unquam illecebris ſe dimoveri ab ho-
„neſtatis tramite paſſus eſt. Cum in-
„clyta Brunſuicenſium Ducum, nunc
„in magna Britannia Regnantium, nec
„interruptum per plura ſæcula ſangui-
„nis nexum, affinitates etiam cum
„Auguſtiſſima Auſtriaca Gente & cum
„Potentiſſima Francorum Regum Pro-
„ſapia renovavit. Bellicas procellas,
„quibus non ſemel agitatus eſt, invicto
„animo tulit, felici exitu ſuperavit.
„Erat illi eximia Ingenii atque Judicii
„perſpicacia, in politicis rebus rara in-
„duſtria atque ſedulitas. Nullus ad
„eum accedebat, qui eloquentiam non
„miraretur, Prudentiam, Comitatem
„& Affabilitatem encomiis non proſe-
„queretur. Pueris ac Puellis pauper-
„tate preſſis nobile domicilium Mutinæ
„conſtituit, easque dotavit. Ut in ea-
„dem Urbe ſacra Templa reſtaurarem-
„tur, pietas augeretur, ut inter popu-
„los pax & juſtitia regnaret, operam
„perpetuo dedit. Ducatu Mirandolæ,
„Marchionatu Concordiæ, Comitatu
„Novel-

„Novellariæ in Italia, aliisque in Hun- Sæc. XVIII.
„garia ditionibus avitum Principatum A. C. 1737.
„auxit. Sed heu! mors omnia solvit.
„Laboribus denique ac ætate confe-
„ctus, Ducatus, suarumque virtutum
„hæredem relinquens Franciscum Ma-
„riam Filium, nunc in Servia & Bosnia
„contra Turcas illustria bellicæ forti-
„tudinis signa prodentem. Sepulchro
„huic, quod ab Avia piissima Isabella,
„Principissa de Sabaudia inchoatum,
„sibi posterisque suis ipse perfecit, apud
„Clericos Regulares corpus commen-
„davit".

Eandem æternitatis viam die prima Decembris ingressa est Wilhelmina Carolina Britanniæ Majoris Regina annos nata quinquaginta quatuor cum novem Mensibus. Eadem die mortalitatem exuit Ludovicus Alexander Burbonius Tolosanus Comes Ludovici XIV. Franciæ Regis Filius nothus, qui post varia fortunæ fata anno ætatis quinquagesimo nono calculi doloribus succubuit: decessit quoque Zolkievri die decima nona Decembris septuagenarius Jacobus Ludovicus Sobiesky primogenitus Joannis III. Poloniæ Regis Filius: Denique eodem hoc Mense obierunt Guilielmus Gustavus hæreditarius Princeps Anhaltino-Dessaviensis die decima sexta, Georgius Franciscus Brunsvico-

Sæc. XVIII. A. C. 1737

Guelpherbitanus Princeps die decima, Victor Lebrecht Princeps Anhaltino-Bebenburgenſis die quinta anno ætatis vigeſimo ſexto. Maria Joſepha Antonia Vidua Princeps de Monte cucull, quæ ferme ſeptuagenaria Hyppolitopoli deceſſit, & ibidem Conventum tam virorum quam Virginum Ordinis Carmelitarum Excalceatorum ſuo ære fundavit. Andreas Doria Dux de Turſis die vigeſima ſeptima anno ætatis ſuæ nonageſimo octavo, & die vigeſima ſeptima Decembris Victor Maria Dux Eſtræus Franciæ Par & Mareſcallus, annos natus ſeptuaginta ſeptem Denique Menſe Januario obiit Emanuel Antonius de Vilhane Lusitanus Magiſter ſupremus Ordinis Equitum Melitenſium Magiſter anno ætatis ſeptuageſimo quarto, Regiminis decimo quinto. Altera mox die Equites Raymundum de Pueig Nobilem Majoricanum Comitem de Montanegro Hiſpanum elegerunt, eoquod ſi intra triduum a morte Magiſtri novum non eligerent, jus ad Papam devolveretur.

Inter Principes Eccleſiaſticos primus Menſe Januario victima mortis cecidit æternæ vitæ maturus Alexander Sigiſmundus Epiſcopus Auguſtanus e domo Neoburgica Comes Palatini Rheni,

ni, qui exornandis Diœceſis ſuæ Ec- Sæc. XVIII.
cleſiis plurimos ſumptus impendit, Di- A. C. 1737.
liganum P. P. Capucinorum Monaſterium conſtruxit, Henrici V. Præceſſoris ſui Epiſcopi decreta ſynodica confirmavit, & plurima prorſus egregia ad promovendum Dei cultum, & diſciplinam Eccleſiaſticam maxime proficua reliquit monumenta. Ne vero ullam ſuæ Diœceſis vel reparandæ vel extendendæ Eccleſiæ occaſionem prætermiſiſſe videretur, anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ſeptimo damna ſuis pagis anno hujus ſæculi tertio & quarto illata reparari, a S. R. Imperio efflagitavit, cumque ejus Frater Palatini Elector aſſiduis morborum acceſſionibus conficeretur, anno poſt Chriſtum natum milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo ſecundo ſuum primæ admiſſionis Miniſtrum Comitem de Polheim Düſſeldorpium allegavit, qui in eventum mortis a Juliacenſis ac Bergenſis ditionum Ordinibus homagium exciperet, & poſſeſſionem Epiſcopi nomine adiret. Verum provida hæc conſilia mors evertit; quippe Sigiſmundus jamjam die vigeſima quarta Januarii anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quinto, & Epiſcopatus quadrageſimo ſeptimo deceſſerat, non ſine maximo omnium mœrore præcipue pauperum & familiarium ſuo-

Sæc XVIII. A.C. 1737

rum, quorum fautor erat eximius. Succeſſorem habuit Joannem Franciſcum Baronem Schenk-Stauſenbergium, qui jam anno 1714. die undecima Julii in Alexandri Coadjutorem electus erat & anni ſequentis die trigeſima Decembris per Baronem de Ulm Canonicum & Dominum de Heunisch a Cæſare feudi conceſſionem obtinuerat. Ejusdem Menſis die decima quarta mortuus eſt Caraffa Nolanus Epiſcopus, cui ſuffectus eſt Carraciolus del Sole, & die undecima Februarii Materananus Epiſcopus nomine Maricon-da. Die autem decima nona Martii mortalitatem exuit Joannes Conradus Baro de Reynach Baſileenſis Epiſcopus, qui ſuæ Eccleſiæ jura & bona contra Bernenſium & Bielenſium attentata magnis ſumptibus ac faſtidiis tueri coactus, ſe fidelem Domini ſui diſpenſatorem exhibuit, ſuosque rebelles ſubditos, ipſo Imperiali Aulico-Cæſareo Conſilio ſententiam pronuntiante, compeſcuit. Succeſſorem habuit Jacobum Sigiſmundum Baronem de Reinach, die quarta Junii electum, poſtquam Joannes Baptiſta de Reinach hujus Eccleſiæ Præpoſitus electus, hanc dignitatem acceptare, conſtanter recuſaverat.

His

His adjungimus Claudium Visledou Episcopum Claudiopolitanum, natione Gallum Sinensis Provinciæ Kueycheu Vicarium Apostolicum & Provinciæ Huguang Administratorem. Hic anno Christi millesimo sexcentesimo octogesimo quinto die tertia Martii Brestiæ portu solvit, Sinensi genti Evangelium prædicaturus. Quamprimum post laboriosissimam novem Mensium navigationem, mille pericula & incommoda Macaoum advenerat, in id unice intentus erat, ut Sinicas literas addisceret, quas etiam adeo celeriter ac perfecte attigit, ut ipsimet Imperatoris Filio summæ admirationi ea esset facilitas, qua Claudius difficillimos etiam Sinensium Codices explicaret. Volupe erit legere præfati hujus Principis testimonium Orientalium more verbis sesquipedalibus desuper Visleduo datum ac sericæ telæ inscriptum: *Testamur*, ajebat Princeps, *quod hic homo Europæus in cognitione & scientia nostræ linguæ altior sit, quam nostris verticibus nubes, & in penetrandis nostrorum characterum potestatibus profundior sit, quam abyssus, super quas incedimus.* Hoc igitur idiomate probe instructus, sese expeditioni Apostolicæ totum dedit, alte tamen ingemuit, quod ex quorumdam Missionariorum pertinacia agrum Evange- Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. vangelicum adhuc Sinensis idololatriæ Zizaniis fœde devastatum cerneret; Eapropter omnes Zeli ac ingenii sui vires impendit, ut superstitionem ibi succrescentem & sub falsis prætextibus toleratam impugnaret, & sese eorum opponeret conatibus, qui Evangelii dogmata cum idololatricis prohibitisque Sinensium ritibus contra tot Pontificum decreta copulare haud dubitarunt. Horum auctoritas cum Claudii cæterorumque Sedi Apostolicæ obtemperantium conatibus superior esset, unica remedii spes reposita erat in prudentia Cardinalis Turnonii, quem summus Pontifex Vicarium Apostolicum hac de caussa Sinas ablegabat; cum hoc ergo Claudius operam suam junxit, tamque præclara suæ virtutis, ingenii, prudentiæ, charitatis & Zeli specimina dedit, ut Turnonius eum invitum licet ac diu reluctantem Episcopum Claudiopolitanum & Vicarium Apostolicum diceret, ac permitteret, ut is ab uno solo Episcopo, assistentibus duobus Presbyteris, sacraretur. Hæc tamen solemnis inauguratio, quominus intra unius anni decursum fieret, obstitere hostium suorum vexationes ac insidiæ, quas tandem eluctaturus velut per miraculum Gallica nave Macaoum, ubi Tournonius artibus illorum,

lorum, qui Confucii cultum pro aris & focis propugnabant, captus detinebatur contendit, ibidemque a præfato Vicario Apoſtolico noctu anno hujus ſæculi nono die ſecunda Februarii Epiſcopus inauguratus eſt. Poſtea ejusdem anni die vigeſima quarta Junii Ponticherium delatus, crebris literis a Clemente XI & Cardinale Sacripante S. Congregationis de Propaganda Præfecto animatus erat, ut Pontificia decreta contra Sinenſes ritus edita in Indiis executioni dari, omnibus viribus adlaboraret. Sponte currenti novum calcar addere ſuperfluum videbatur; quanto enim ſtudio, inſuperhabitis adverſantium convitiis atque injuriis quarum ope ipſum in Franciam revocari moliebantur, fidei puritatem a ſuperſtitionum fœce illibatam conſervare niteretur, elucet ex ejus literis ad Ludovicum XIV. Franciæ Regem Menſe Januario anno 1716. datis: *Die duodecima Januarii*, referebat ipſe, *decreta ad me juſſu ſummi Pontificis transmiſſa Pondicherii in Eccleſia PP. Capucinorum promulgavi; Prohibebantur per ea Malabariæ Chriſtianis quidam ſuperſtitioſi ritus, quos amplecti conſueverant; Hæc vero decreta auctoritate mihi a ſummo Pontifice data, ſub anathematis pœna publicari juſſi: Inſimulor, quod hac promulgatione libertates Eccleſiæ Galli-*

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Gallicanæ violaverim, nec deerant, qui has calumnias ſecundis auribus excipierent; auſim vero Sacræ ſuæ Majeſtati exponere, quod ſi Ea ſententiam, qua promulgationem a me factam annullari petunt, confirmatura ſit, Gallicæ Miſſiones ibi incipient, ubi Luſitanæ deſierunt, ſcilicet in diſſidiis & turbis. Inſuper contra ipſum adverſarii divulgabant in Indiis libellum calumniis turgidum, in quo inter alia eidem inſulſe objectabant, quod dives non eſſet, ad quod Apoſtolicus hic Vir reſpondit, *Potentiſſime Rex! fateor, me pauperem eſſe, & in hoc gloriabor in Domino, pauper natus ſum, in paupertatis brachiis vixi, & in paupertate contentus moriar. Non alios Epiſcopatus mei reditus habeo, quam contemptum, injurias & calumnias, quas tamen ditiſſimis Europæ Epiſcopatibus longe præfero.* Hæc Epiſcopi epiſtola, Rege Ludovico jamjam fatis functo, in Gallias delata fuit, paulopoſt tamen ad illam Philippus II. Aurelianenſis Dux Regni Adminiſtrator die decima quinta Februarii anno 1717. hæc repoſuit: *Regi quidem nuntiatum erat, quod vobis falſo injunctum fuerit, ut Bengalam vel aliorſum emigretis; ego autem concedo, ut Pondicherii remaneatis, ſi vobis ita viſum fuerit &c.* Hic ergo Epiſcopus tanquam generoſus miles in ſua ſtatione firmus ſubſtitit, ac prælia Domini

Domini intrepido animo commisit usque ad extremam vitæ suæ diem, quæ hujus anni undecima Novembris erat: attigit annum ætatis octogesimum primum, sepultus in Ecclesia Patrum Capucinorum. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Inter insignia ingenii sui monumenta, quæ posteris reliquit, celebriora sunt. I. Sinensis Imperii Historia ex Sinico idiomate in latinum versa notisque illustrata, Tom. VI. II. Chronologia Sinensis III. Dissertatio ex Sinico latine reddita unacum commentario in quoddam Religionis Christianæ monumentum anno Christi 1625. in Ginganfu Provinciæ Kensiensis ruderibus casu repertum. IV. Dissertatio in Religionem Tao - Su Bonziorum V. de perfecta imperturbabilitate liber Canonicus. VI. Succinctæ dissertationes in doctrinas Brachmanorum VII. Vita Confuccii. VIII. Succincta Historia Japoniæ. IX. Versio latina Sinensis ritualis. X. de ritibus & sacrificiis Sinensium. XI. Elogia septem Philosophorum Sinensium, XII. Chronologia Sinensium XIII. Continuatio hujus Chronologiæ, usque ad initium æræ Christianæ. XIV. Continuatio tertia usque ad præsens tempus. XV. De Religione Sinensi Brachmanica. XVI. Versio Gallica quorumdam Sinensium edictorum

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

rum unacum notis. XVII. De antiquitatibus Regni Sinensis, aliarumque Orbis partium. Cæterum idem Episcopus quam plurimas adhuc relationes ad S. Congregationem de Propaganda (ubi adhucdum asservantur) perferri curavit, ex quibus luculenter patet, quamplurimos Apostolicis Decretis, quibus Sinenses ritus proscribebantur, denuo his pertinaciter obstitisse. Insuper hoc anno die vigesima septima Novembris Siami in Indiis decessit Jacobus Tessier de Queralay patria Nannetensis, Episcopus Rosaliensis, & Siami Vicarius Apostolicus, qui per plures annos Siamense Seminarium omnesque Indiarum Missiones Apostolica prorsus vigilantia rexit, & in ultima persecutione circa annum 1732. pro Christi nomine plurima perpessus est, & certe violentam mortem non effugisset, nisi ejus hostes retinuisset reverentia erga Franciæ Regem, cujus vices in hac regione ille, qui Siami tanquam Vicarius Apostolicus residet, obire censetur.

Præter hunc pariter die undecima Septembris naturæ debitum solvit Ludovicus de la Tour Dupin-Mentallan Sorbonæ Doctor, & Tolonensis Episcopus, qui non modo Constitutionem *Unigenitus*, sed etiam quadraginta Episcoporum

porum Inſtructionem & concordiam prompto obſequio acceptavit, ſuoque exemplo obſtinatos Præſules, ſi non ad reſipiſcentiam, ſaltem ad confuſionem pertraxit. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Obiit etiam Ulyſſipone Menſe Aprili Sebaſtianus d' Andrade - Peſſanha Goanus Archipræſul, ac Indiæ Orientalis Pro - Rex; pariter Gaetanus Epiſcopus, dum luſtrandæ ſuæ Diœceſi operam daret, Menſe Majo repentina morte ſublatus eſt. Menſe autem Januario Cyprianus Gabriel Bernhardus de Rezay Engoliſmenſis Epiſcopus anno ætatis ſuæ octogeſimo ſexto deceſſit, qui ſemper appellantium factioni adhæſit. Succeſſorem habuit Abbatem Verdierum. Porro magna nominis ſui fama gregem ſuum nimis præmatura morte viduum reliquit Quiqueranus de Beauieu Mirapicenſis Epiſcopus non niſi triginta ſex annos natus, ac die ſecunda Auguſti mortuus. In ejus locum a Franciæ Rege nominatus eſt Abbas de Champflour Claramontani Epiſcopi Vicarius Generalis. Præter hos mortuus quoque eſt die quarta Februarii Carolus S. R. I. Princeps & Abbas Corbejenſis de Plittersdorff, cui competitore neglecto Barone de Fürſtenberg Monaſterienſi Canonico, ſuffe-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. ctus est die decima septima Martii Casparus de Böselage, qui anni sequentis die quarta Martii a Cæsare investituram accepit perorante Barone de Harg Trevirensi ad comitia Legato & Kerpfaio grates per luculentam orationem referente. Ejusdem anni die tertia Maij anno octavo sui regiminis vivere desiit Nicolaus Masin S. R. I. Princeps Abbas Stabulensis, post cujus obitum die secunda Augusti electus est Deodatus Drion. Insuper die tertia Novembris Hammelsburgi fatis functus est Adolphus S. R. I. Princeps Abbas Fuldensis e Baronibus de Dalberg per undecim sui regiminis annos suorum jurium contra Eisenacenses & Meinungenos Principes Vindex acerrimus, & novæ Universitatis Fundator liberalissimus: decessit anno ætatis quinquagesimo nono, ac Regimen suum transtulit in Amandum Baronem de Buseck antea Præpositum, qui die undecima Decembris unanimi suffragio electus fuit.

Ex Acatholicis Pseudo-Præsulibus die quarta Februarii annos natus septuaginta novem mortuus est Wilhelmus Wake Cantuariensis Archiepiscopus, relictis plusquam centies mille sterlingicorum libris. Pariter Carolus Cecil Bangeretanus Lumley Equitis unicæ Filiæ

Filiæ copulatus Episcopus die decima Junii in locum suum abiit. Sæc.XVIII. A.C. 1737.

§. XLIII.

Scriptorum Religione Catholicorum opera & obitus.

Præter hos adhuc plures ex scriptoribus Catholicis hoc anno calamum cum vita posuere: horum lucubrationes posteris relictas recensere haud abs re erit: & quidem primus occurrit Joannes Baptista Cassottus Historiæ sacræ & profanæ Professor Florentinus, qui edidit Historiam Parochiæ B. V. de Impruneta, vitam Benedicti Bonmatthacii, præfixa Syntagmati ejus de lingua Tuscanica. Historiam de constructione Regii Monasterii Neapolitani D. Francisci de Scarionibus, præfationes & annotationes in carmina & sermones utriusquc Bonacursii, Pratenses olim Præpositos nunc Episcopos, tractatum de origine progressu & præsenti statu Urbis Prati, piam Ascesin in D. Mariæ Magdalenæ Paciæ honorem, vitam Henrici Barillonii Præsulis Italice redditam, tractatum de diligendo Jesu, præter plura alia nondum edita. Obiit in sua Parochia octogenarius Mense Julio. II. Joannes Maria Ber-

Sæc. XVIII A. C. 1737

tolus Ord. Servorum B. V. patria Venetus, & Jurisprudentiæ Professor Vicentinus, e cujus calamo profluxit medula in summam Henrici, & Concilium Tridentinum seu Canones de Sacramentis dissertationibus scholasticis, dogmaticis, moralibus, polemicis &c. illustrati Tom. III. Decessit Vicentiæ quinquaginta novem annos natus Mense Novembri. III. Josephus Carolus Constantius Amici Bononiensis, qui scriptas vitas Sanctorum ad quemlibet anni diem, & institutionem pro celebrando festo S. Philippi Nerei prælo subjecit: mortuus est die vigesima sexta Februarii anno ætatis nonagesimo secundo. IV. Ludovicus de Targny Abbas & Sorbonæ Doctor, qui quadraginta Franciæ Præsulum Institutionem Pastoralem circa Constitutionem *Unigenitus* composuit, & jussu Cleri Gallicani omnia ejusdem Cleri decreta annotationibus illustravit Tom. VI. Insuper consilium ad conciliandam hanc controversiam utile elucubravit. V. Jacobus Giacometti Paduanus, qui edidit quatuor orationes latinas, quarum primam habuit occasione Seminarii prima vice a Cornaro Cardinale visitati, alteram in obitu Cardinalis Thomasii, tertiam inauguralem, & quartam in secundum Rhetorices librum Ari-

Aristotelis. Obiit Patavii die duodecima Maij anno ætatis septuagesimo secundo. VI. Joannes Claudius Sommier Cæsarienſis Archiepiscopus & Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Didacum Præpositus, qui elucubravit Orgia Alicapellana, Historiam dogmaticam Religionis, Historiam Ecclesiæ ad S. Didacum, Historiam dogmaticam Sacræ Sedis emendatam, epistolas Begonii Episcopi & Comitis Tullensis, Panegyrin in Carolum V. Lotharingiæ Ducem, elogium funebre Carolinæ Elisabethæ Lotharingiæ, Remerici Montis Abbatissæ, statuta Synodi ad S. Didacum an. 1731. celebratæ, & Apologiam Historiæ Ecclesiæ Tullensis. Vivere ac scribere desiit die quinta Octobris VII. Constantinus Roncaglia Clericus Congregationis Matris Dei, Theologus præstantissimus, ac meritis plenus, cujus opera recensere, & laudes non meo, sed dignius alieno recentioris cujusdam scriptoris calamo prosequi decet: En ipsius verba.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„Ortum habuit Constantinus Lucæ „e patritia Roncagliorum familia patre „Antonio, & Maria Lucida Diversia „parente, anno Christianæ salutis 1677. „Præstans a natura ingenium, opti„mamque sortitus indolem, utrumque

Suppl. ad Nat. Alex. Hist. p. XVI an. 1778.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „excoluit ; illud ſub egregiis in patria „magiſtris ; hanc vero in paterna do„mo vigili parentum religioſiſſimorum „diligentia. Ea in exercitatione pro„fecit pro expectatione : nam vix ex „ephebis egreſſus religioſum vitæ pro„poſitum arripuit , nomine ſuo dato „inter clericos Regulares Congregatio„nis Matris Dei, quorum religioſam „veſtem induit in Collegio Neapolitano „S. Mariæ in Porticu anno 1693. exa„ctoque dein biennio ſolemnium voto„rum nuncupatione religioſæ vitæ pro„feſſioni ſeſe tenacius devinxit. Nihil „ex tunc in viro non religioſum : mo„rum caſtimonia eximia , virtutum ex„ercitatio aſſidua ; in præfecturis, quas „in Lucenſi Collegio obivit ſæpe, dili„gens , & prudens ; in morbis toleran„dis patiens , & quod erat multis ad„mirationi , morbi obſtinati moleſtiis „vexatus ſemper , nunquam tamen ad „extremum uſque ſpiritum ab inſtituti „ſui muneribus obeundis exemit ſeſe; „ſacras fidelium exomologeſes excipie„bat , tantum non perpetuo , concio„nes habebat quam crebras , ac ferri„das ; pios doctosque libros ſcribebat, „quam ſpiſſos elaboratosque. Hæc viri „religio ; doctrinæ vero, felicis ingenii „cultura , meſſem copioſam collegit. „Demonſtrant id libri luci publicæ, & „utili-

Sæc.XVIII. A. C. 1737.

„utilitati donati, nequid dixerim de „consultationibus doctissimis, quas privatis scriptis dedit, quum de rebus „gravissimis frequenter interrogaretur. „Primo omnium juvenis adhuc, tacito auctoris nomine evulgavit libellum „quo plus nimio familiares virorum, „& mulierum consuetudines, quales „nunc obtinent alicubi, ad Theologiæ „Moralis momenta expendit: *Quædam „conversationes, & earum vindiciæ collatæ cum principiis Theologiæ opera cujusdam Religiosi Congreg. Matris Dei* Tom. „I. 8. *Luccæ per Dominicum Ciuffeti* 1710. „eundemque dein librum refingens, „novamque in imaginem effigiatum, „iterum produxit anno 1720. sub hac „inscriptione: *modernæ conversationes „obsequiosorum Matronarum Adoratorum „examinatæ a Constantino Roncaglia*; ac „denique tertio auctum paulo ante obi„tum suum recudit. Proxime sequuta „est *Christianæ familiæ institutio*, qua of„ficia tum conjugum inter se tum in fi„lios ac filiorum in parentes ex Mora„lis Theologiæ statutis definit. *Fami„lia Christiana instituta in suis officiis.* Per „Constantinum Roncaglin &c. *T. I.* 8. „*Luccæ apud* Pellegrinum Frediani 1711. „Utilem hunc, parvæ licet molis libel„lum, venetorum præla reproduxerunt „anno 1713. typis Natalis Feltrini. Ex-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. „cepit hos omnes libros *historia de variatione dogmatum fidei inter Protestantes*, „quam ex Bossueti insigni opere accepp„tam Italis dedit. Libri titulus hicce: „*Historia variationum in Ecclesiis Pro„testantium*, a Constantino Roncaglia „&c. *Tom. I. in* 8. Luccæ 1712. apud „Pellegrinum Frediani refictam tamen, „variatam & a Gallicana illa diverso „ordine digestam. Successit liber: *Effectus reformationis a Luthero & Calvino „factæ & de Jansenismo*, Tom. I. 8. Luccæ „1714. apud *Pellegrinum Frediani*. Horum librorum moles exigua; major „operis succedentis: *Quæsita dogmatica & moralia de S. Ecclesiæ Sacramentis* „Tom. I. fol. eodem in loco & officina „excusum anno 1715. Post hæc triennio „quas in Cathedrali Lucana Ecclesia de „S. Scriptura in frequenti Auditorum „consessu lectiones habuit, typis vulgavit, Antichristi facta ex Scripturarum „oraculo depromens; libri titulus: *Lectiones sacræ circa adventum Antichristi*. „Tom. I. in 8. prodiit *Lucæ* anno 1718. „typis Leonardi Venturini, quo pariter „anno ex eodem Venturiniana typographia exiit in lucem vita Leopoldi I. „Imperatoris a Roncaglia Italice scripta. Moliebatur interim majoris momenti opus vir doctissimus, quem „nempe pluribus annis in florentissimo „Col-

„Collegii sui Lycæo explicaverat, mo- Sæc.XVIII.
„ralem Theologiam universam geminis A. C. 1737.
„justæ molis voluminibus comprehen-
„dere, nec plus æquo diffusam, nec
„magis, quam par sit coarctatam, or-
„dine & methodo digestam, simul in-
„dicans in calce singulorum capitum,
„quæ sit practica doctrina ex rebus in
„capite illo discussis inferenda. Opus
„illud tandem absolvit, ediditque eis-
„dem Venturini typis anno 1730. tan-
„toque cum plausu exceptum est, ut
„brevi annorum undeviginti complexu
„voluminibus omnibus Lucensis editio-
„nis emptorum aviditate exhaustis, se-
„mel, iterum, & tertio Venetis typis
„recudendum fuerit. Editio prior Ve-
„neta cæpta est anno 1731. postrema
„absoluta anno 1738. apud Franciscum
„Pitteri Tom. 2. fol. Sed inter tot viri
„summi labores primas obtinent *adno-*
„*tationes in historiam ecclesiasticam* P. Na-
„talis Alexandri, tandem tot egregiis
„perfunctus laboribus, singulari, qua
„vixerat pietate obiit vir præclarus 27.
„Februarii anno 1737. Cl. Sartheschius
„in opere de Scriptoribus Congregatio-
„nis Matris Dei Art. XXXVIII. plu-
„ribus de illo agit".

VIII. Franciscus Josephus Bourgoin de Ville fore, qui posteris reliquit vi-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. tam S. Bernardi primi Claravallensium Abbatis, vitas SS. Patrum in eremis Orientalibus, vitam S. Theresiæ, & anecdota in Constitutionem *Unigenitus*, quod postremum tamen opus Petrus Lasiteau Sistaricensis Episcopus acriter impugnavit, tantumque effecit, ut Franciæ Regis jussu supprimeretur. Hic idem Auctor opera S. Augustini, Homilias & epistolas S. Hieronymi Gallice reddidit, pluresque edidit dissertationes. Tandem vero die secunda Decembris Parisiis vitæ suæ finem fecit. IX. Philippus Hecquet Carmelita Parisini Monasterii in suburbio S. Jacobi, antea Medicæ Facultatis Doctor Regens & Decanus, qui per triginta omnino annos nec carnibus vescebatur, nec vinum gustabat, mortuus *die duodecima* Aprilis annos natus septuaginta quinque. Scripsit tractatum de obligatione Matrum suas proles lactandi, & quam indecens sit, ut Viri obstetricandi officio fungantur: edidit quoque tractatam de dispensatione in jejunio quadragesimali, medicinam Theologicam, naturalismum convulsionum, convulsionum caussam finitam, & convulsionum ludibrium explosum, responsum ad Confessarium circa obligationem Medicorum & Chirurgorum quæ ad miracula & convulsiones, duas epistolas

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

ſtolas Pariſini Medici circa miraculum in fœmina ſuburbii S. Antonii patratum, præter pluriſa alia opuſcula Medica. X. Eliſæus Monſignani itidem Carmelita S. Theologiæ Magiſter edidit Bullarium Romanum complectens omnes Pontificum Conſtitutiones ad hunc Ordinem ſpectantes. Obiit Romæ Menſe Novembri. XI. Carolus Cornacciolus ejusdem Ordinis, qui publico prælo vulgavit decreta Synodalia Bobienſis Diœceſis, proluſiones de Scholaſtica Theologia, & varias epiſtolas, in quarum una ſuis ſubditis præcepit, ut Conſtitutionem *Unigenitus* per publicum actum *Simpliciter*, puro corde, nullis omnino conditionibus aut tergiverſationibus admixtis, cum omnibus & ſingulis in eo contentis integre acceptarent.

Porro ex Societate hoc anno obiere I. Claudius Buffier, qui Gallice edidit ſuccinctam hiſtoriam Principum, nova elementa Hiſtoriæ & Geographiæ, ludum Hiſtoriæ univerſalis, exercitium memoriæ artificialis pro addiſcenda chronologia, tractatum de primis veritatibus, examen popularium præjudiciorum, Aulam ſcientiarum, explicata argumenta ſolidiora veræ Religionis, & nonnulla alia II. Hadrianus Mins-

Sæc. XVIII. A. C. 1737. Minskowiki, qui edidit expeditam salutis viam, disputationes de Deo uno & trino, de incarnatione & excellentia B. V. tractatum de Angelis & fine ultimo. III. Stephanus Sczaniecki, qui scripsit profectionem puerorum in virtute & sapientia, responsionem Catholicam ad sophisticas dissidentium novellas, remonstrationem contra maledicam cujusdam Lutherani demonstrationem: quod Benedictus XIII. P. in multis articulis sit bonus Lutheranus &c. Protepticon ad Magistros, & appendicem libelli de famoso Dissidentes inter ac Catholicos negotio Thorunensi. IV. Franciscus Catroce, cujus editi libri sunt Historia generalis Regni Mogolitani, Historia Fanatismi Religionum Protestantium, Historia de Davidismo, Historia Quackerorum seu Tremulantium, Virgilius Gallice redditus cum notis & Historia Romana. Obiit die decima octava Novembris annos natus septuaginta octo V. Antonius Maria Lupius, qui vulgavit *dissertationem & animadversiones ad nuper inventum Sucræ Martyris epitaphium*, & Historiam S. Ignati Martyris, & de ejus reliquiarum inventione. Hoc item anno Pisis decessit Franciscus Orlandi Ord. FF. Prædicatorum Theologiæ Doctor, qui posteris reliquit binas lucubrationes qua-

quarum prima est, Duplex lavacrum in Cœna Domini de S. pedum lotione & de expiandis Altaribus. II. Orbis Sacer & profanus illustratus. Pariter die octava Aprilis Taurini fatis functus est Pantaleon Dolera Clericus Reg. Minist. Infirm. qui præter vitam S. Camilli de Lellis edidit præclarum quadragesimale. Ejusdem hujus anni die vigesima secunda Novembris, apoplexia tactus anno ætatis octogesimo quinto decessit Gerardus Capassius sub nomine Antonii Gatti Ord. Servorum B. V. qui libellum vulgavit, ob quem ingens Florentiæ & Romæ rumor est excitatus, cui titulus: *nugæ Laderchianæ*, ubi propugnabat, acta Passionis SS. Crescii & Sociorum MM. quæ Laderchius ex MSS. Codicibus ediderat, non levia falsitatis argumenta præseferre. Hanc tamen criminationem Laderchius ementito Petri Donati Polidori nomine a se amoliri nitebatur. Denique Mense Majo extremum obiit diem Maria Armellini Doctissimus Benedictinorum Assisiensium Abbas, qui præter alia conscripsit Bibliothecam Benedictino-Cassinensem, relationem de Episcopis Assisiensibus, Bibliothecam Synopticam Ord. S. Benedicti nondum editam, & vitam B. Margarithæ Conradi.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XLIV.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

§. XLIV.

Infausta Alberti Radicati Comitis de Passeran fata.

Ad quam abominandam malorum abyssum effrænata credendi libertas sensim incautos pertrahat, fatale ac stupendum documentum reliquit Albertus Radicati Comes de Passeran qui natione Italus a Catholicis Parentibus liberaliter ac pie educatus, & pro ingenii sui perspicacia haud vulgari omnibus Natalium splendori congruis disciplinis mirifice imbutus erat; quapropter a Victore Amadæo II. Sardiniæ Rege arcanis consiliis ac negotiis admotus, præclara suæ eruditionis specimina edidit. Accidit, ut sub idem tempus Rex cum Sacra sede circa prætensa quædam jura, ut meminimus, acriter collideretur; seligebatur ergo præ ceteris Passerani solertia, cujus scientia, calami licentia, & linguæ temeritas, quamvis certe ingloria, tum vero non omnino inutilis esse videbatur: Hic ergo ad tuenda Regis jura plures elucubravit libellos, in quibus Ecclesiæ, Pontificis, & curæ Romanæ prærogativas, actiones & jura indomitis furiis, sicut canes lunam, allatrabat: Illius temporis iniquitas hanc

hanc petulantiam aliquamdiu dissimulari suadebat, ne Pontifex, dum incendium extinquere crederetur, oleum in flammas affunderet: Postquam vero Religiosissimus Rex, qui causſæ inimicus, Pontificis tamen suæque Majestatis amicus semper erat, compositis dissidiis Sacræ Sedi plene reconciliabatur, tum vero dilatæ pœnæ locus esse cœperat; nilque propius esse videbatur, quam ut Comes, assentiente ipsomet Rege, ad S. Inquisitionis Tribunal raptaretur. Ipse vero a suis Amicis de periculo tempestive admonitus, clam aufugit, ac citatis equis in Angliam, tutum fanatismi asylum, secessit. Nec tamen propterea inulta remansit ejus protervia; instructis enim judicii actis, ac mature discussis ejus scriptis, omnibus suis bonis exutus, absens licet, ad rogum condemnatus est. Hæc tamen infamia ejus nomini inusta adeo non ipsius cor penetraverat, ut potius obtenta liberius sentiendi aura, luxurianti ingenio suo frœna laxaret, ac anno hujus sæculi trigesimo tertio plures libellos & præcipue Londini *Philosophicam dissertationem de morte* ederet, in qua præter alia quamplurima errorum monstra ac deliramenta propugnabat, hominis naturam esse æternam, omniscíam, omnipotentem, & Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

& ex innumeris Atomis conflatam, eam vero in morte per naturalem horum separationem penitus dissolvi, vitia ac virtutes nil nisi mera esse phantasiæ figmenta, nullum inter utrumque esse discrimen, nulla crimina ne ipsa quidem, quæ etiam Ethnicis erant abominanda, esse fugienda &c. Tanta tamen hæc impietas non diu impunis remansit, Magistratus enim jussu Comes, unacum Josepho Morgano Typographo & infamium horum scriptorum interprete in carceres conjectus est, a quibus nihilominus per suos Patronos, quales Religionis Illusoribus ubique præsto sunt, persoluto lytro paulopost liberatus est: Diutius tamen in Anglia subsistere minime ausus, clam Parisios contendit; cum autem nec ibi sacrilego ac blasphemo suo calamo imperare posset, sed plura scripta Christianæ Religioni summopere injuriosa divulgaret, ut gladium jamjam ad vindictam evaginatum declinaret, toto Regno excedere cogebatur. Quodnam ergo aliud impietatis perfugium scelerato huic Deistæ supererat, quam Hollandia: igitur Amstellodamum delatus, sese impii Tindali sectatorem ac discipulum publice professus est divinas revelationes palam impugnavit & dignas suo Magistro rapsodias edidit ac de-

demum anno Christi supra millesimum septingentesimo trigesimo sexto Batavis literis excudi curavit diversorum libellorum collectionem, seu verius omnium spurcitiarum, & errorum cloacam, in quam ipse, sibique similes Deistæ suum virus in Papam statumque Ecclesiasticum necnon suas blasphemias in Religionem Christianam pleno alveo infuderant: Tales erant hi libelli ibidem in unum volumen collecti sub his titulis: 1. Duodecim sermones morales, historici & Politici. 2. Historia Professionis Sacerdotalis, veteris & modernæ. 3. Nazaræus & Lycurgus invicem comparati. 4. Relatio sincera & comica Religionis Cannibalum hujus ævi. 5. Consilium, quo innumeri pauperes infantes Nationi nunc noxii, tunc utiles fieri queunt. 6. Sermo cujusdam Quackeri, & parallelum inter Religionem Mahometanam & illam Indorum ex Mogolis Imperio. 7. Principes Malabaricæ &c. Præter hæc typis edita post ipsius mortem adhuc scripta reperiebantur hæc opuscula: Dissertatio de miraculis Salvatoris nostri, & alia de regimine Ecclesiastico & Politico. Hi nempe abominandi sunt fructus naturalis seu verius nullius Religionis. Fertur tamen quod hic Comes adhuc ante obi-

Sæc.XVIII. A.C.1737.

Sæc. XVIII A. C. 1737.

tum ſuum, qui Menſe Novembri Amſtellodami contigit, cuncta adverſus Chriſtianæ Religionis veritatem ſcripta retractarit.

§. XLV.

Scriptorum Acatholicorum ſcripta & deceſſus.

His inſuper ſubjungimus quosdam ex Acatholicis Scriptoribus, qui ſuis lucubrationibus celebre ſibi nomen compararunt. Ex his primus eſt Chriſtianus Worm Sælandiæ Pſeudo-Epiſcopus, qui ſcripſit de corruptis antiquitatum Ebræarum veſtigiis, Hiſtoriam Sabellianam, commentationem de calumniis Ethnicorum contra Chriſtianos, & de neceſſitate Baptiſmi parvulorum. II. Jacob Chriſtophorus Iſelin Calviniſta, qui poſteritati reliquit Sebaſtiani Caſtellionis dialogos, tractatum de Canone N. T. contra Pontificios, cogitata Theologica de inſufficientia Religionis naturalis, & depulſionem calumniarum in Diario Gallico, cui titulus: *Bibliotheque raiſonée.* III. Joannes Alphonſus Turretinitidem Calviniſta & Genevenſis Præco, inter cujus ingenii monumenta a ſuis celebratur Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ compendium

dium a Chriſto nato uſque ad annum 1700. nubes teſtium pro moderato de rebus Theologicis judicio, ſermones de charitate & jubilæo Tigurinæ reformationis, & de lege libertatis, præter diſſertationes de legibus naturalibus, aliasque orationes Academicas. Inter poſthuma ejus opera recenſentur commentarium Theologico-Practicum in binas Epiſtolas ad Theſſalonicenſes, & Criticæ, Theologicæ ac concionatoriæ prælectiones in cap. XI. ep. ad Rom. IV. Hieronymus Burkardt Baſileenſis, cujus præcipuum opus eſt oratio de Eccleſiæ imprimis novi Teſtamenti perennitate novaque Dei circa illam cura V. Joannes Rudolphus Cramer, qui prelo ſubjecit demonſtrationes Theologicas de præcipuis veræ Religionis rebus, meditationem ſacram in verba D. Pauli II. ad Cor. c. 5. v. 1. præter decadem Theſium Theologicarum. VI. Georgius Richter Lutheranus, qui edidit diſſertationes de piorum nocumentis, ipſorum emolumentis, & de correctione fraterna. VII. Chriſtophorus Dondorff, qui typis vulgavit diſſertationes de aucupio famæ, de confeſſione tormentis extorta, de jurisdictione Eccleſiaſtica quatenus Magiſtratui municipali competit, de revocatione confeſſionis per tormenta extortæ & alia non-

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

nulla VIII. Joannes Weſtenberg, qui ſcripſit de jurisprudentia D. Pauli Apoſtoli, de jure Rhadamanti, diſſertationes de uſuris &c.

§. XLVI.

Decreta Synodi Namurcenſis.

Præterea Thomas Joannes Franciſcus de Strickland de Sizergh natione Anglus, Namurcenſis Epiſcopus hujus anni Menſe Aprili feria quarta majoris hebdomadæ in ſuo Palatio Epiſcopali Congregationem ſeu Synodum habuit, in qua acriter invectus in eos ſuæ Diœceſis Parochos, qui raro verbum Dei vel Concionibus ad plebem vel Catechiſmis ad parvulos per ſemetipſos annuntiant: contra hos igitur ſequens edidit decretum: „diſtricte & in virtute cano„nicæ, quam nobis in ſua ordinatione „polliciti ſunt, obedientiæ injungimus „& mandamus, ut Dominicis & Feſti„vis diebus ſive conciones, ſive Cate„chiſmos ad gregis ſui captum accom„modatos, qua par eſt, diligentia & „ſedulitate habeant: & ne quis eorum „ſuo impoſterum deſit officio, manda„mus Decanis Chriſtianitatis, ut eos „qui per tres ſeptimanas hac in parte „defuerunt, nobis ſine mora denuntient:

„tient: & Promotoribus noſtris, ut „eos pariter ſine mora citari curent, „pro negligentiæ gravitate puniendos: „Officialibus denique noſtris, ut in eos„dem, prout in Domino viſum fuerit „expedire animadvertant, & maxime „ſuſpenſione a Divinis. Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Inſuper eosdem etiam Paſtores, ita proſequebatur Epiſcopus, monitos volumus, alios tum Sacerdotes in eo„rum Parochias a nobis eſſe mitten„dos, qui eorum ſumptibus tamdiu „vices eorum impleant, quamdiu ad „imbuendam doctrina Chriſtiana ple„bem neceſſe videbitur.

„Etſi vero tempus meſſis hoc noſtro „Decreto maxime comprehenſum eſſe „velimus, hortamur nihilominus & „obſecramus in Domino Paſtores, ne „etiam hac anni parte, qua maxime „pluribus eſt periculis & corruptelis „locus, commiſſum ſibi populum ſine „ulla omnino inſtructione dimittant, „ſed brevi ſaltem eum, prout res & „tempus tulerit, exhortatione reficiant „& conſolentur.

Pariter idem Epiſcopus, ut a Clero ſuo omnem malæ converſationis ſuſpicionem amoveret, ſequentia ſtatuta condidit. „Prohibemus, ne quis„quam ſacris initiatus Ordinibus po„pinas, ſeu tabernas, ſeu domos

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

„quaslibet, ubi quibusvis passim tam „Laicis, quam Clericis, vinum, ce„revisiam, aquam vitæ, seu liquores, „qui vulgo The, Caffe, & Chocolat „nuncupantur, emendi & ibidem com„potandi potestas est, vel adire, vel „in iisdem sive compotationis, sive „lusus causa commorari audeat sub pœ„na reservatæ nobis suspensionis ipso „facto incurrendæ.

„Si vero Confessarios regulares po„pinas hujusmodi compotationis pari„ter aut lusus causa ingredi, vel in iis„dem commorari contigerit; sciant „conceſſam a nobis confessiones exci„piendi, vel verbum Dei prædicandi „facultatem ipso facto sibi abrogatam „esse, qua de re monebuntur a Pasto„ribus Terminarii, cum primum ex „aliis Diœcesibus in nostram, subsidia„riam impensuri operam, advenient.

„Fratres similiter laicos, vel alios „ruri quæstum instituentes, monitos „volumus, curaturos statim nos, ut a „Superioribus suis pro delicti gravitate „puniantur, si in popinis extra neces„sitatis casum deprehensi fuerint.

„Præterea declarandum duximus „& hisce declaramus, nos omnem „omnino jurisdictionem seu confessio„nes excipiendi facultatem ipso facto „adimere Confessariis omnibus sive sæ„cula-

„cularibus, sive Regularibus, qui cu- Sæc. XVIII.
„jusvis confessionem exceperint extra A. C. 1737.
„ambitum Ecclesiæ, nisi pœnitens gra-
„vi adeo morbo vel infirmitate laboret,
„ut Ecclesiam adire nequeat, vel tali
„ac tanta surditate, ut in eadem con-
„fiteri non posset, quin a circumstanti-
„bus audiretur.

„Eidem facultatem revocationis
„pœnæ ipso facto incurrendæ subjace-
„bunt, qui extra supra memoratos in-
„firmitatis vel surditatis casus mulie-
„rum confessiones exceperint alibi,
„quam in sede vel quasi sede confessio-
„nali, quæ in conspicuo Ecclesiæ loco
„collocata, & assere perforato vel cra-
„te interposita sit instructa.

„Cum autem nobis significatum
„fuerit, sedes hujusmodi confessiona-
„les in aliquibus deesse Ecclesiis, ad
„earum constructionem menses duos,
„a die datæ præsentium numerandos,
„duximus esse concedendos, quibus
„elapsis Decretum hoc nostrum in iis
„etiam Ecclesiis locum obtinebit, quæ
„modo non sunt ejusmodi confessiona-
„libus instructæ.

§. XLVII.

Würtenbergense pactum circa Religionem.

Sæc. XVIII. A. C. 1737. Jam anno hujus sæculi duodecimo die vigesima octava Octobris Carolus Alexander Würtenbergæ Dux, Heros suo ævo longe celebratissimus ejuratis Lutheri commentis ad fidem Catholicam revertebatur, nihilominus, ut jam supra retulimus, ad tuendam conservandamque sectam in suis ditionibus a statibus adigebatur: Postquam vero Dux hoc anno repentina morte sublatus fuerat, prima cura eo abibat, ut testamenti tabulæ, quas Dux eodem hoc anno die septima adhuc firmaverat, promulgarentur. Eo fine igitur Carolus Rudolphus Neostättensis Lutheranus lineæ Wirtembergæ Dux die decima quarta ejusdem Mensis Stutgardiam contendit, ubi publicato testamento compertum est, ditionum Administrationem, & *Tutellam*, cum defuncti Filius natu maximus vix decimum ætatis annum ingressus, ob ætatem Regimini impar esset, Matri esse delatam addito in consortium Episcopo Bambergensi: Augustum vero Poloniæ Regem testamenti Executorem fuisse nominatum. Inde vero circa relictos Ducis Pupillos eorumque tutellam necnon ditionum administrationem inter præfatum Carolum & relictam viduam Mariam Augustam quæ Anselmi Francisci Principis de Thurn

&

& Taxis Filia Caroli Eugenii, Ludovici Eugenii Joannis, & Friderici Eugenii Filiorum Mater erat, lis exorta fuit. Ipse enim Carolus Rudolphus utpote proximus Agnatus ægre ferre videbatur, quod delata Ducatus administratio sibi vel negata vel saltem arctioribus nonnihil limitibus restricta fuisset, & Bambergensis ac Herbipolensis Episcopi Co-Administratores nominati forent: Quocirca impugnato testamento Remchingium Belliducem aliosque Aulæ Ministros custodiæ dari jussit, eoquod ipsi hujus testamenti dispositionem procurasse, nimisque fervide propugnasse arguerentur, postea tutellam & administrationem sibi soli vendicavit, & recepto a statibus homagio possessionem adiit. Tandem vero hæc lis opera & consilio Caroli VI. Imperatoris composita est, ea lege, ut Maria Augusta Dux Vidua sit & nominetur sola ac suprema Tutrix, & Carolus Rudolphus supremus Administrator salutaretur &c. Ut autem pupillorum indemnitati, & commodo necnon status tranquillitati magis prospectum esset, circa statum Ecclesiasticum & Politicum, necnon administrationem & tutellam inter præfatum Ducem & sereniſſimam Viduam quædam pacta solemniter fuere conventa & die undecima

Sæc. XVIII. A. C. 1737.

Sæc. XVIII. A. C. 1737

Januarii anni ſequentis publica fide firmata. Porro duntaxat ea, quæ Religionem concernunt, referre, noſtri inſtituti ratio poſtulat.

Articulus I. Cum Pupilli Principes in Catholica fide probe inſtituendi ſint, hinc eorum educatio præfatæ Mariæ Auguſtæ Matri plene & ſine ullo impedimento aut limitatione ita relinquatur, ut ea illos in præfata Religione Catholica probe ac perfecte inſtituere, in omnibus virtutibus ac ſcientiis Principe dignis imbuere poſſit, ſedulo tamen caveat, ne illis ulla principia patriæ Religioni, ac Imperii ſtatutis, moribus aut antiquis legibus contraria inſtillentur.

II. Eo fine Sereniſſimæ Matri integrum ſit, tot Sacerdotes ac Informatores, quot ad privatum ſuum Dei cultum & filiorum educationem neceſſarii ſunt tenere, dummodo eorum numerus non nimium excreſcat, & eorum nomina Sereniſſimo Adminiſtratori, & deſignato Collegio Curatorio pro notitia communicentur, nec circa eos mutatio fiat, niſi gravis ratio urgeat. Quantum vero ad ſupremum Aulæ Præfectum, ceterosque tam ſuperioris quam inferioris gradus famulos attinet, hi Sereniſſimo Adminiſtratori, præſatoque Collegio præſententur, ut habita deſu-

desuper prævia consultatione eorum receptio stabiliri possit. Sicut & cetera omnia ad horum Pupillorum educationem spectantia pari quoque cum consilio ac maxima sollicitudine decernantur, ita tamen, ut quantum fieri possit, sumptibus parcatur.

III. Insuper eadem Sereniſſima Mater ac Tutrix libere prospiciat de iis omnibus, quæ ad instituendum Divinum Religionis Catholicæ cultum totius suæ Familiæ necessaria fore & ad id aliunde requiri censebit, juxta modum & normam ab ipso Carolo Alexandro Duce adhuc vivente constitutam & Regni ac ditionis legibus, pactisque initis conformem.

IV. Administratio soli Carolo Rudolpho Duci tanquam proximo Agnato relinquatur, ea tamen lege, ut Sereniſſima Duciſſa Maria Augusta juxta pacta inter præfatum Ducem & tutorium Collegium erecta de omnibus majoris momenti causſis (exceptis causſis Religionis, Ecclesiasticis & criminalibus vel ad eas pertinentibus) etsi forent publica, civilia, territorialia, & Oeconomica, liberam suo nomine quempiam ad ea decernendi facultatem habet, item & gratialia, nominatim majoris momenti honoraria vel pensiones ad civilia & militaria officia nominationes,

Sæc. XVIII, A. C. 1737.

nes, & quidem a ſupremo Aulæ Præfecto uſque ad Camerarium & a Præſide omnium Collegiorum (excepto Conſiſtorio, & Conſilio Eccleſiaſtico) uſque ad Senatores in Collegiis inclusive per duos Conſiliarios intimos referre, deſuper ſuam ſententiam proponere poſſit & demum in Curatorio Senatu ſecundum majora Collegii decidatur ſuffragia.

V. Cuncta, quæ vel Religionem, vel profana, vel politica ſpectant negotia in ſtatu, quo hucuſque erant, & juxta pacta, datamque fidem relinquantur, nec minimum circa Lutheranam Religionem immutetur. Viciſſim vero Religionis Catholicæ exercitium in eodem ſtatu & libertate vigeat, prout ſupra articulo III. ſtabilitum eſt. Adverſus tamen hæc pacta, utpote conſcientiæ libertati, & imperii legibus adverſa Ickſtädtius Herbipolenſis Conſiliarius anno 1738. librum edidit, cui titulus: *Würtembergenſiſche Grundſätze*, cui tamen Würtenbergenſes Ordines Provinciales aliud ſcriptum oppoſuerunt.

INDEX

INDEX
RERUM ET NOMINUM.
TOMI LXXV.
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ.

A.

Achmetes III. Turcarum Imperator, ejus fata & obitus. 405.

Æmiliani Hieronymi de ejus beatificatione agitur. 489.

Agilolfi S. Corpus solemniter elevatur. 511.

Albanius Alexander Cardinalis Sardiniæ Regem Sedi Apostolicæ conciliare nititur. 479. Vetera numismata colligit. 529.

Albanius Cardinalis Hannibal a Gallis vexatur. 336.

Albinus Carolus Cameracensis Archiepiscopus, ejus instructio a Parlamento proscribitur. 22. Desuper apud Regem queritur. 26. a Rege protegitur. 27. a Parlamento acerbius vexatur. 31. suum gregem contra calumnias præmunit. 31. a Rege vindicatur. 32.

Aldro-

Aldrobandinus Pompejus Cardinalis jus in Parmam & Placentiam asserere, a Papa jubetur. 338.

Alexander Carolus Wirtenbergæ Dux moritur. 732. ejus dispositio circa filiorum suorum tutellam & Religionem. 774.

Alexander Sigismundus Augustanus Episcopus decedit, ejus elogium. 742. Succedit Joannes Franciscus Schenck Baro de Stauffenberg. 744.

Almeida Thomas a Clemente XII. Papa Purpuratorum Collegio accensetur. 573. Vid. *Ulyssiponensis*.

Amici Josephus Carolus, ejus obitus & libri. 754.

Andrade Pessanha Sebastianus Archipræsul Goanus moritur. 751.

Angli, de aucto Catholicorum numero queruntur. 302.

Angliæ Rex, vid. *Georgius II.*

Anna Russiæ Imperatrix vid. *Russi.*

Aquaviva Trajanus Cardinalis dissidium Segoviæ exortum componere jubetur. 126. Cistas suas a Telonario Pontificio lustrari non permittit. 127. Cæsaris insignia aufferri, frustra petit. 128. Ob milites violenter conductos a Transtyberinis infestatur. 310. sese defendit. 311. violenter conductos clam abduci jubet. 316. culpam a se amoliri nititur. 318. frustra sibi satisfieri petit. 322. dolo utitur.

tur. 324. Regis jussu Roma excedit. 325. concordiam reddere conatur. 327. 465. Montem Regalem Archiepiscopatum obtinet. 469. pro conciliando Neapolis Rege conditiones proponit. 471.

Arcellius e Polonia ob concitatos motus excedere jubetur. 121.

Armellinius Maria Benedict. ejus opera & decessus. 763.

Arras Bernardus, ejus liber Jansenistarum dolis damnatus. 279.

Asemannus Josephus ad Maronitas cum pecuniarum subsidio a Papa decernitur. 138. in Syriam Legatus mittitur. 362. Nationali Maronitarum Synodo præest. 378. 392.

Augustana Curia ejus sententia in controversia de decimis. 612.

Augustus III. Saxoniæ Elector in Poloniæ Regem a Clemente Papa agnoscitur. 107. Rex proclamatur. 108. suam electionum Pontifici significat. 111. motas controversias cum sede Apostolica componi satagit. 112. duos Regulares ob concitatos motus exulare jubet. 120. concordiam cum Papa restituere nititur. 575. Wertheimensem Bibliorum versionem proscribit. 660. Herrenhutanorum conventicula prohibet. 689.

Avila Joannes de ejus Canonisatione agitur. 488.

Austriaci Emigrantes. Vid. *Emigrantes.*

B.

Baptiſmus, Lutherani infantibus ex integro non natis eum conferre recuſant. 364. refelluntur. 366.

Barberinus Cardinalis Franciſcus Veliterni Epiſcopus cives ab inſultu in Hiſpanos abſtrahere fruſtra molitur. 317.

Belgium Fœderatum, ibi Ordines Calviniani Catholicos Sacerdotes contra Janſeniſtas defendunt. 82.

Belluga Cardinalis pro conciliando Neapolis Rege conditiones proponit. 471.

Benedictini ex Congregatione S. Mauri a Rege ad tollenda diſſidia admonentur. 270. Pontificiis decretis ſeſe ſubiiciunt. 274.

Benedictus XIV. Pontifex Maronitanum Synodi decreta confirmat. 379.

Bentivolius Cardinalis Imperialem Cardinalem a Pontificatus ſpe deiicit. 545.

Bertholdus Joan. Maria Servita, ejus mors & lucubrationes. 753.

Biblia, nova eorum verſio. 628. controverſia inde oritur. 629.

Bibliothecæ publicæ. 524.

Biſſyus Henricus Cardinalis, præclara ejus geſta, & mors. 553.

Blumberg Chriſtianus, ejus libri & deceſſus. 228.

Bonnetus Joannes Congregationis Miſſionariorum Præpoſitus Generalis S. Vincentium

tium a Paulo, ſuamque Congregationem ab impacta Janſeniſmi culpa liberat. 484.
Bonykai Georgius Calvinianus Præco contra Prædicantes gratiam univerſalem defendentes declamat. 325.
Boſſuet Trecenſis Epiſcopus Vid. *Trecenſis.*
Bourgoin Joſephus, ejus opera & deceſſus. 759.
Brachmanus Ultrajectenſis Pſeudo-Archiepiſcopus Sacerdotes Catholicos vexat. 81. eidem obſiſtunt ipſi Calviniſtæ. 82.
Breviarium ab Archiepiſcopo Pariſienſi & Rothomagenſi emendatur. 253. tumultus inde oritur. 257.
Brunquell Joannes moritur, ejus libri. 229.
Buffier Claudius decedit, ejus opera poſteris relicta. 761.
Bullionius a Turre Henricus a Clemente XII. Papa Romana Purpura decoratur. 573.
Burchardt Hieronimus moritur, quænam ſcripſerit. 769.

C.

Calviniſtæ Tranſylvani a ſua ſecta deficiunt. 232. aliorum querelæ deſuper. 233.
Cameracenſis Archiepiſcopus, Vid. *Albinus.*
Capaſius Gerardus, ejus opera & deceſſus. 763.
Capuccini ſunt veri Filii S. Franciſci. 199.

Carmelitæ, lis circa jurisdictionem Romani Provincialis. 201. invitis Episcopis oratoria erigere possunt. 494. Hiberniæ Conventus restaurant. 499.

Carolus Albertus Bavariæ Elector Lutherana Biblia & libros invehi prohibet. 662.

Carolus VI. Imp. famosos libellos prohibet. 80. Tributum pro Neapolis Regno pendere vult. 130. Catholicis Wetzlariensibus suffragatur. 158. litem cum Capitulo Trevirensi componit. 160. Ryswicensem clausulam abrogari non permittit. 297. Religionis Catholicæ periculo ob auctum Protestantium numerum obviat. 300. cuidam suo Tribuno injuriam illatam reparari petit. 330. Clerum Palatinum decimis onerari prohibet. 339. gratulatorias literas ob filiæ suæ nuptias a Papa recipit. 344. bellum Turcis infert. 418. pacem Turcis offert. 421. Vezirii querelas refutat. 422. belli causas Imperio exponit. 450. auxilia Principum petit. 451. copias in aciem educit. 452. Papam rogat pro indicenda Cruciata. 456. litem cum Papa & Venetis dirimit. 478. frivolis emigrantium querelis molestatur. 576. Collonitsii Archiepiscopi querelas contra Protestantes excipit. 579. Wertheimensem Bibliorum versionem proscribit. 657. novam Smalcaldicorum arti-

articulorum editionem ſupprimi jubet. 690. litem circa tutellam & adminiſtrationem Ducatus Wirtenbergici componit. 775.

Carolus Borbonius Hiſpani Regis Filius pro Neapolitano Regno inveſtituram poſtulat. 128. a Pontifice repulſam fert. 129. cum Papa colliditur. 130. omnia regni beneficia concedendi facultatem petit. 305. Neapolitanos Roma excedere jubet. 326. duras præſcribit conditiones. 337. rurſus de reddenda concordia agitur. 470.

Carolus Elector Palatinus, decimas a ſuo Clero exigere permittitur, 137. Eccleſiarum bona Lutheranis relinqui a Papa obtinet, 204. a Cæſare præpeditur decimas exigere, 339.

Carolus Neuſtättenſis Wirtenbergæ Dux Ducatus Adminiſtrationem prætendit, 774.

Carolus Philippus Moguntinus Archiepiſcopus clauſulam Rysvicenſem eſſe abrogandam cenſet, 295. Wertheimenſem Bibliorum verſionem damnat, 658.

Caſſatus Joannes Baptiſta ejus libri & deceſſus, 753.

Catalaunenſis Epiſcopus Conſtitutionem fortiter propugnat, 42.

Catecheſes Parochi ſub pœna ſuſpenſionis per ſe habere tenentur, 770.

Cathedraticum, quando ſit ſolvendum, 201.

Catroca Franciſcus moritur, ejus opera, 762.
Cellarius Chriſtophorus, ejus libri proſcribuntur, 417.
Ciceronius Abbas ob ſua ſcelera plectitur, 481.
Cienfuegos Cardinalis pro Cæſare inveſtituram in Neapolis Regnum a Papa petit, 131. Montem Regalenſem Archiepiſcopatum dimittit, 469.
Clara de Montefalco, de ejus Beatificatione agitur, 489.
Clemens Colonienſis Elector corpus S. Agilolfi ſolemniter elevat, 511.
Clemens XII. Parlamenti Pariſini decreta injurioſa proſcribit, 30. oppreſſum Epiſcopum Laudanenſem fovet, 65. Parlamenti decreta aliosque noxios libros damnat, 79. Catholicos Belgas in obſequio firmat, 83. Pſeudo-Archiepiſcopum excommunicat, 84. prohibitorum rituum Sinenſium propugnatores reprimit, 88. in Poloni Regis electione nulli parti adhæret, 109. pacem promovere nititur, 110. Auguſtum III. pro Rege agnoſcit, 111. ad eum mittit Legatum Apoſtolicum, 110. 112. immunitatis Eccleſiaſticæ violatores excommunicat, 124. variæ moleſtiæ Pontifici irrogantur, 125. Neapolitani Regni inveſtituram concedere, ab Hiſpanis urgetur, 128. duriſſimæ ei offeruntur

runtur conditiones, 129. rem Cardinalibus proponit, 131. Maroccani Principis librum perbenigne recipit, 133. eum urbe excedere jubet, 134. cum Venetis colliditur, 135. decimas a Clero exigi, Palatino Electori indulget, 136. lis propterea exoritur, 137. cum Hildesheimensi Episcopo litem habet, 137. Missionarios in Indias mittit, 138. Maronitis opem fert, 139. Romanam Urbem exornat, 139. paludes exsiccari jubet, 140. populos ab alluvionum calamitate sublevat, 141. varias edit Constitutiones, 197. contra homicidas. 197. Ferrariensem Ecclesiam ad Archiepiscopatum erigit, 200. concessis bonis Ecclesiasticis Palatinos ad fidem Catholicam revocare nititur, 204. Cardinales creat, 208. ejus judicium circa Breviarium Parisiis emendatum, 263. constitutioni refractarios excommunicat. 268. Monachos ex Congregatione S. Mauri ad obedientiam hortatur, 269. quædam eis hoc fine indulget, 270. Principes Catholicos hortatur, ut abrogationi clausulæ Risvicensis sese opponant, 292. contrarium responsum a Moguntino Archiepiscopo recipit, 295. Varias molestias ab Hispanis patitur, 305, ob concitatum motum graviter molestatur, 313. tumultum sedat, 322. concordiam cum Hispano & Neapolitano Regi-

bus reſtaurare nititur, 321. duriſſimas conditiones reſpuit, 328. populi calamitates ſublevat, 329. nova moleſtia afficitur, 331. Joannem V. Luſitanum Regem placare ſtudet, 333. Gallorum offenſionem incurrit, 335. duris Neapolitani Regis conditionibus ſeſe opponit, 337. Sedis Apoſtolicæ feuda ſibi eripi dolet, 338. Electori Palatino decimas exigere permittit, 339. Cæſar ſeſe opponit, 339. in impedimento diſpenſat cum Maria Thereſia Auſtriaca Archiduciſſa, 342. ejus Parenti gratulatur, 343. Courayeri verſionem damnat, 351. varias promulgat Conſtitutiones, 354. Legatum ad Maronitas mittit. 378. Principes Catholicos ad ferenda ſubſidia contra Turcas hortatur, 453. bellum ſacrum indicere a Papa rogatur, 456. annuere recuſat, 457. Polonos ad armorum ſocietatem ſollicitat, 457. ipſe & Cardinales pecuniarum ſubſidia ſubmittunt, 458. Regnum abdicandi propoſitum Hiſpano Regi diſſuadet, 465. cum eodem reconciliatur, 465. reconciliationis conditiones, 467. duras concordiæ leges a Neapolitano Rege præſcriptas reiicit, 471. novo eventu concordia præpeditur, 473. cum Luſitano Rege reconciliatur, 475. diſſidium cum Magno Etruriæ Duce tollit, 476. diſſidia cum Venetis componit, 478.

478. facinoroſos plectit, 480. quosdam Sanctorum Albo inſerit, 482. Conſtitutionem contra homicidas in Hiſpaniæ Regna extendit, 490. varias edit Conſtitutiones, 493. Bibliothecam Vaticanam auget, 529. Bononienſem dotat, 430. Lateranenſem Baſilicam, aliaque Urbis Romanæ ædificia reparat atque exornat, 531. Carolum III. in Hiſpaniæ Regem agnoſcit, 569. novos Cardinales creat, 572. cum Polono Rege reconciliatur, 575.

Clerc le Laurentius celebris Franciæ Scriptor moritur, quænam ſcripſerit? 405.

Clericus Joannes de Socinianiſmo ſuſpectus varia ſcripſit, 414. moritur, 415.

Colbert Carolus Joachimus Montpeſſulanus Epiſcopus ob ſuam pertinaciam carpitur, 63.

Coler Joannes, ejus opera & deceſſus. 414.

Collonitz Sigismundus Archiepiſcopus Viennenſis, apud Cæſarem queritur de aucto Proteſtantium numero, & inde orto ſeductionis periculo, 298. naves bellicas ſolemni ritu ſacrat, 452. frivolas emigrantium querelas diſcutere jubetur, 577. a Proteſtantibus graviſſimum Religioni Catholicæ damnum inferri queritur, 579. remedium opponi rogat, 608.

Concilium Tridentinum a P. Courayero Gallice redditur, 348.

Confessio, ad eam necessaria est jurisdictio 1. propositiones contrariæ damnantur, 3. extra Ecclesiam Confessiones excipere, vel extra Confessionale prohibitum, 772.
Congregatio Indicis, varios libros proscribit, 415.
Constitutio Unigenitus, vid. *Jansenistæ*.
Convulsionistæ vid. *Jansenistæ*.
Cornacciolus Carolus Carmelita, ejus obitus & opera, 761.
Corsica, contra Genuenses seditionem incolæ prosequuntur, 180. oblatam pacem respuunt, 181. Senatum erigunt, 183. reconciliationis leges præscribunt, 185. Theodorum in Regem suum eligunt, 186. capitulationis articuli, 187. Theodori mores, prout a Genuensibus delineantur, 189. Genuenses sæpius fundunt, 193. a Theodoro decipiuntur, 195.
Covetus Abbas a Jansenista trucidatur, 242. & quare, 243.
Courayerus Petrus novam Concilii Tridentini editionem adornat, 348. impugnatur, 350. se defendit, 351. a Papa proscribitur, 351.
Crescentius Cramıner Joannes, ejus opera & obitus, 769. Marchio Transtyberinorum tumultus sedare nititur, 313. 316.
Croon de Theodorus Ultrajectensis Pseudo-Archiepiscopus a Papa reiicitur, 81. excommunicatur, 84.

D.

D.

Dalberg Baro Adolphus S. R. I. Princeps & Abbas Fuldenſis, ejus obitus & elogium, 752.
Davoleus a Quesneliſtis pro Sancto habetur, 523.
Delcius Reynerius in Galliis Papæ Nuntius Laudanenſis intemperiem carpit, 516. ad Romanam Purpuram evehitur, 573.
Decimæ Palatino Clero imponuntur, 339. controverſia de illis, 612.
Dolera Pantaleon ejus obitus & lucubrationes, 763.
Dondorff Chriſtophorus, quænam ſcripſerit, moritur, 769.
Doppert Joannes, ejus opera & deceſſus, 227.
Drieſſenius Antonius Præco de Calviniſtis gratiam univerſalem propugnantibus graviter queritur, 233.

E.

Emigrantes Auſtriaci, Cæſareo mandato obluctantur, 161. eorum aliqui puniuntur, 161. apud Proteſtantes Legatos queruntur, 162. apud Cæſarem frivolas querelas exponunt, 163. ſe benigne fuiſſe habitos fatentur, 164. id negant apud Proteſtantes, 164. falſitatis convincuntur, 165. eorum calumniæ & mendacia refelluntur, 177.

Eugenius Franciſcus Sabaudiæ Princeps, immortalis nominis Heros, ejus geſta & deceſſus, 397.
Evora Luſitani Regis Orator pacem cum Papa conciliat, 475.
Ezardi Sebaſtianus, ejus fata, opera & deceſſus, 411.

F.

Falconeria Juliana, eidem Sanctarum honores a Clemente XII. decernuntur, 487.
Ferdinandus Curlandiæ Dux, ipſo vivente de ejus ſucceſſione diſponitur, 737. adoleſcentulam ſibi deſpondet, 738. ejus fata & obitus, 738. Erneſtus Biron ſuccedit, 738.
Farro Stephanus Laudanenſis Epiſcopus contra Papulienſis Epiſcopi apoſtaſiam declamat, 48. ſuam orthodoxiam undique rationem ſtrenue vindicat, 54. ad generalia Cleri comitia cauſſam ſuam devolvit, 56. ſuam doctrinam exponit, 59. Quesnelliſtarum errores detegit, 60. ejus epiſtola ſupprimitur, 64. rurſus fidei depoſitum & Epiſcoporum auctoritatem vindicari petit, 64. ad Papam recurrit, 65. opem obtinet & ex exilio revocatur, 66. refractarios Epiſcopos excommunicat, 67. ejus decretum ſupprimitur, 68. 69. depreſſam Epiſcoporum auctoritatem deplorat, 515. inſtructionem

ctionem Paſtoralem contra Quesnelliſtas edit, 516. ſupprimitur, 517.
Fevre Le Janſeniſta Couvetum Abbatem trucidat, 242. & quare, 243. ejus ſupplicium, 245.
Ferrarienſis Eccleſia ad Archiepiſcopalem evehitur, 200.
Fieſchia Adornia Catharina Sanctorum Albo inſcribitur, 486.
Firmian Leopoldus Salisburgenſis Archiepiſcopus Collegium pro Nobilibus erigit, 528.
Fleuyrius Cardinalis acriores Epiſcoporum inſtructiones & ſcripta ſupprimi curat, 53. Laudanenſem Epiſcopum promiſſis placare nititur, 66. Gallicanæ Eccleſiæ diſſidia tollendi media proponit, 267. ejus merita præmiantur, 346. officium ſuum dimittere prohibetur, 347. literas promovere nititur, 524.
Fontanini Juſtus Amyranus Archiepiſcopus moritur, ejus opera & elogium, 393.
Franciſcus Ludovicus Moguntinus Elector & Archiepiſcopus abolitioni clauſulæ Ryſvicenſis obſiſtere, a Papa rogatur, 291. ejus ad Papam reſponſum, 295.
Franciſcus Stephanus Magnus Lotharingiæ Dux Mariam Thereſiam Auſtriæ Archiduciſſam ducit, 340.
Fremiot Franciſca, de ejus Beatificatione agitur, 489.

Fri-

Fridericus II. Sueciæ Rex Rysvicenſem clauſulam abrogari petit, 286. 290.
Fridericus Wilhelmus Boruſſiæ Rex Rysvicenſem clauſulam abrogari petit, 287. Wertheimenſem Bibliorum verſionem proſcribit, 656.
Fröreiſen Argentinenſis Præco Wertheimenſem Bibliorum verſionem commendat, 667. id ſibi ignominiæ ducunt Argentinenſes, 668. vindicant illum, 669.

G.

Gallianus Cæleſtinus Præſul conciliationem cum Papa & Neapolis Rege promovet, 471.
Garzoni Petrus Venetus Hiſtoriographus, ejus libri, mors & inſcriptio ſepulcralis, 222.
Graſto Joannes Magnus Etruriæ *Dux* in Pontificis gratiam redit, 476. viventi ſibi ſucceſſorem deſignari ægerrime fert, 733. moritur, 734. ejus elogium, 734.
Genaſius Abbas ob ſua ſcelera plectitur, 481.
Genuenſis Respublica Corſos fruſtra ad obſequium reducere conatur, 183. oblatas conditiones reſpuit, 185. Theodori adventu terretur, 186. in ejus vitam inquirit, 189. in ejus vitam pretium ſanguinis conſtituit, 193. vid. *Corſica*.
Georgius II. Angliæ Rex Rysvicenſem clauſulam abrogari petit, 281. Wertheimenſem

menſem Bibliorum verſionem proſcribit, 660.
Gerder Philippus, ejus opera & deceſſus, 413.
Giaccomius Joannes Abbas ob ſparſos famoſos libellos plectitur, 486.
Giacometti Jacobus, ejus opera & deceſſus, 754.
Godeau Michael, ejus opera & mors, 411.
Goes de Comes Cæſareus Carinthiæ Præfectus in frivolas Emigrantium Auſtriacorum querelas inquirit, 166.
Gotti Vincentius Cardinalis in vitam & ſanctitatem Clementinæ Sobieſckiæ inquirere jubetur, 215. Canoniſationem B. Michelinæ promovet, 497.
Græci pro iis novum erigitur Seminarium, 357. pro Terra ſancta eleemoſynas petere prohibentur, 358.
Guadagnius Antonius Cardinalis Clementinæ Angliæ Reginæ moribundæ aſſiſtit, 214. inimicis ſuis beneficus eſt, 480. in quoddam miraculum inquirere jubetur, 496.
Guarinius ob editam conſultationem Theologicam capitur, 120. relaxatur, 121.
Guarnaccius Marius Imperialem Cardinalem deprædicat, 538.

H.

Haame Thomas ejus mors & ſcripta, 230.

Harach Cæſaræus Orator læſam immunitatem vindicat, 478.
Hecquet Philippus Carmelita, ejus opera & deceſſus, 760.
Heerenhutana ſecta, ejus origo & progreſſus, 685.
Hiſpani Papam varie divexant, 305. ob militum delectum Romæ magnum tumultum concitant. 306. a Romanis infeſtantur, 307. ſæpius propelluntur, 308. in Veliternos ſæviunt, 319.
Hoffmann Chriſtianus, ejus mors, & quænam poſteris ſcripta reliquerit, 230.
Homicidæ, contra eos Clementis P. Conſtitutio in Hiſpaniæ Regna extenditur, 490.
Hoſius Stanislaus Posnanienſis Epiſcopus juramentum a Polonis præſtitum per electionem Auguſti III. non fuiſſe violatum declarat, 113. Romanorum Theologorum conſultatio deſuper edita, 116. 394.
Hottingerus Joannes, ejus opera & deceſſus, 228.

I.

Jacobus Angliæ Rex Canoniſationem B. Michelinæ urget, 498.
Janſeniſtæ, Pariſii ſectatores cuſtodiæ dantur, 72. Pariſii miracula propugnant, 74. a Parlamento & Archiepiſcopo Pariſienſi damnantur, 75. Couvetum trucidant, 242. convulſioniſtæ comprehendun-

henduntur, 246. a Sanitienſi Epiſcopo proteguntur, 247. ad Calviniſmum declinant, 248. libros perniciosos divulgant, 249. Sacræ & profanæ poteſtati obluctantur, 251. eorum libelli proſcribuntur, 265. 416. probroſam edunt Hiſtoriam juris, 514. excommunicantur, 516. falſa Paridis miracula ſpargunt, 517. falſitatis convincuntur, 518. aliqui cuſtodiæ dantur, 520. Pariſii Fratrem miracula patrare fingunt, 521. conventicula habentes capiuntur, 522.

Jennichen Gottlob, ejus lucubrationes & deceſſus, 230.

Imperialis Joſephus Renatus Cardinalis, præclara ejus geſta & obitus, 533. Carolum III. legitimum eſſe Hiſpaniarum hæredem judicat, 541. propterea Hiſpanorum odium in ſe concitat, 542.

Joannes V. Luſitaniæ Rex cum Papa in gratiam redit, 334. Nuntio agendi libertatem reddit, 335. reconciliationis pacta init, 475. & quænam? 476. Ulyſſiponenſem Eccleſiam privilegiis locupletari obtinet, 507.

Joannis Georgius ejus ſcripta & deceſſus, 230.

Iſelin Jacob Chriſtophorus moritur, quænam ſcripta poſteris reliquerit, 768.

Jurisdictio ad Confeſſiones excipiendas requiritur, 2.

K.

Kevenhüllerus Andreas Comes Cæſareus Bellidux infauſto prælio dimicat, 461. a Seckendorffio derelictus, 461.

Kien-lung novus Sinenſium Imperator, 97. ejus indoles, 98. a Mandarinis contra Catholicos incitatur, 99.

Königseckius Comes Bellici ſenatus Præſes Cæſareus Vezirii objectos belli prætextus diluit, 421. ad Vezirii cavillationes reſpondet, 436. ab eodem literas excuſatorias recipit, 440. oblatas pacis leges reſpuit, 443. Vezirium de Cæſareis ſuppetiis Moſco ſubmittendis certiorem reddit. 445.

L.

Lachenmacher Joannes, ejus opera & deceſſus, 413.

Ladvocat Ludovicus moritur, ejus lucubrationes, 226.

Lafiteau Petrus Siſtaricenſis Epiſcopus ſe a comitiis Cleri excludi queritur, 53. ejus Hiſtoria Conſtitutionis ſupprimitur, 514.

Lamberg Joannes Dominicus a Clemente XII. P. Purpuratorum Collegio adſcribitur, 573.

Laudanenſis Epiſcopus, vid. *Farre.*

Legiopontius Oliverius Benedictinus Bibliothecam publicam Moguntiæ aperire cogitat, 527.

Leoniſſa de Joſephus Capuccinus Beatorum Martyrum numero accenſetur, 488.
Libelli famoſi proſcribuntur, 180. 265.
Lizardius Julianus Miſſionarius ab Indis trucidatur, 95.
Longueval Jacobus, ejus ſcripta & obitus, 226.
Lövenſteinii Comites Wertheimenſem Bibliorum corruptorem fovent 629. 659.
Lövenſteinius Princeps Catholicus Wertheimenſem verſorem capi jubet. 659.
Ludovicus XV. Galliarum Rex, querelas Cameracenſis Archiepiſcopi excipit, 26. Parlamenti audaciam reprimit, 27. ut ſcandalum a Papulienſi Epiſcopo datum repararet, alium Epiſcopum Conſtitutioni addictum ad hanc Eccleſiam nominat, 47. ejus epiſtolam ſupprimit, 48. ſcripta contra & pro hoc Epiſcopo edita pacis ſtudio ſupprimi jubet, 51. Parlamenti uſurpationem jurisdictionis Eccleſiaſticæ reprimit, 52. fanaticos Pariſii Sectatores caſtigari præcipit, 73. Stanislaum Lescinskyum fortiter juvat, 111. Gallicanæ Eccleſiæ diſſidia tollendi medium adoptat, 267. Monachos Congregationis S. Mauri ad obedientiam hortatur, 270. Rysvicenſem clauſulam abrogare renuit, 287. Fleurium Cardinalem beneficiis cumulat, 346. Regis Religio erga S. Reliquias 511. literas promovere nititur, 524.

Ludovicus Antonius Hiſpani Regis Filius octennis Purpuratorum Collegio adſcribitur. 209. Toletanæ ejus Eccleſiæ adminiſtratio alteri committitur, 209.
Lupius Antonius, ejus mors & opera, 762.
Lutherani pura Biblia non habent, 632. nullum omnino monumentum de antiquitate ſuæ ſectæ afferre poſſunt, 690.
Lutherus Biblia depravavit, 633.
Lypsky Joannes Cracovienſis Epiſcopus nomine Auguſti Regis a Polonis homagium excipit, 108. Romana Purpura a Clemente XII. Papa honoratur, 573.

M.

Mahomet V. Turcarum Imperator, vid. *Turcæ*.
Maria Auguſta Wirtenbergici Ducis Vidua denominatur Adminiſtratrix & Filiorum tutrix, 774. lis inde oritur, 775. ſuos Filios in Religione Catholica educari permittitur, & ſub quibus conditionibus. 776.
Maronitæ a Papa ſubſidia recipiunt, 138. ad eos Papæ Legatus mittitur, 363. Nationalem Synodum celebrant, 373. ejus ſtatuta, 378. confirmantur a Papa, 379.
Martialis a S. Joanne Bapt. Carmelita Excalceatus, ejus opera & obitus, 407.
Martinus Jacobus Bened. Congr. S. Mauri teſtatur, Janſenianam labem a ſuis Monachis longe remotam eſſe, 273.

Maſin Nicolaus S. R. I. Princeps & Abbas Stabulenſis moritur, 752.
Maurepaſius Comes Monachos Benedictinos Regis nomine ad obedientiam hortatur, 276.
Maximilianus Emanuel ex Wartenbergica linea Bavariæ Dux moritur, 402.
Mehmet Baſſa Vezirius, vid. *Turcæ.*
Metenſe Parlamentum, ejus contentio cum Epiſcopo, 76.
Michelina B. proceſſus de ejus Canoniſatione approbatur, 497.
Minskowiki Hadrianus, ejus opera & obitus, 761.
Miſſionarii in variis Regnis ob fidem vexantur, 94. 96. lis circa eorum ſepulturam, 199. in Japonia Catholicis inſerviunt, 372. diſſidium ibidem oritur, 373.
Molina Caſpar a Papa Cardinalium Collegio adſcribitur, 573.
Montſignoni Eliſæus Carmelita, ejus lucubrationes, moritur, 761.
Monteiro Petrus Ord. Præd. ejus mors & ſcripta, 223.
Montpeſſulanus Epiſcopus, vid. *Colbert.*
Muley Abdala Marroci Imperator Chriſtianos e captivitate dimittit, 231.
Muley Achmet Maroccanus Princeps, de ſua proſapia librum componit, eumque Pontifici offert, 133. vitam diſſolutam agit, 134. in quemdam Cardinalem invehi-

vehitur, 134. propterea Urbe excedere jubetur, 134.
Munckius Ruſſorum Bellidux Turcis Urbes eripit, 420. Vid. *Ruſſi.*
Munden Chriſtianus Præco Francofordienſis novam Smalcaldicorum articulorum editionem adornat, 693. propterea a Catholicis carpitur, 696. apud Cæſarem denuntiatur, 695. a Magiſtratu defenditur, 696. 729. apud Imperatorem accuſatur, 701. comparere a Cæſare jubetur, 706. Francofordienſis Magiſtratus pro eo deprecatur, 708. ipſemet ſe apud Cæſarem purgare conatur, 725. hæc lis extinquitur, 731.
Muratorius Ludovicus defunctum Mutinæ Ducem encomiis celebrat, 739.

N.

Namurcenſis Synodus, ejus decreta, 700.
Neapolitanum Regnum, diſſidium ob ejus inveſtituram, 128.

O.

Origius Curtius Cardinalis, præclara ejus geſta & obitus, 547.
Orlandi Franciſcus Ord. FF. Præd. moritur, ejus lucubrationes, 762.

P.

Palm Carolus Baro directorialis Cæſareus Orator Emigrantes Auſtriacos falſa detuliſſe edocetur, 166. *Pari-*

Paridis Sectatores, vid. *Janseniſtæ*. Hieronymus ejus Frater miracula patrare fingitur, 521.

Pariſienſis Facultas Theologica, libellum contra jurisdictionem Confeſſariis neceſſariam proſcribit, 1. ejus propoſitiones damnat, 3. 11.

Parlamentum Pariſienſe, Cameracenſis Archiepiſcopi decretum ſupprimit, 21. ejus ſententia a Galliarum Rege irritatur, 27. Regio edicto ſeſe opponit, 28. Parlamenti decreta Romæ affiguntur, 30. præſatum Archiepiſcopum dirius vexat, 31. publicas preces indicit, 77. propterea reprehenditur, 77. noxium librum proſcribit, 78.

Parma & Placentia, hos Ducatus Pontifex velut Eccleſiæ feuda repetit, 337. pro iis Neapolis Rex tributum pendere vult, 473.

Parochi Conciones & Catecheſes per ſe habere tenentur, 770. popinas frequentare prohibentur, 771.

Paulutius in Polonia Legatus Pontificius, Auguſtum Regem ſalutare jubetur, 110. 112. litem dirimit Polonos inter & ſedem Apoſtolicam. 112.

Peckinenſis Epiſcopus, vid. *Sinenſes*.

Perſecutio Chriſtianorum in Indiis, 94. in China, 96.

Pezzius Bernardus celeberrimus Benedict. Scriptor, ejus libri, mors & fata, 223.

Philippus V. Hiſpaniarum Rex diſſidium Segoviæ exortum componi jubet, 126. Pontifici ab Hiſpanis offenſo ſatisfacere parat, 322. Hiſpanos Roma excedere jubet, 325. duras Pontifici conditiones præſcribit, 327. faciliorem ſe erga Papam exhibet, 464. Regnum dimittere vult, 464. impeditur, 465. Pontifici reconciliatur, 466.

Philippus Haſſo-Darmſtadianus Landgravius victoriis clarus decedit, 401.

Piſanius Aloyſius eligitur Venetorum Dux, 216.

Plitterstorff Carolus S. R. J. Princeps & Abbas Corbeienſis moritur, 751.

Potokyus Joſephus Poloniæ Primas in gratiam Auguſti Regis redire nititur. 108.

Prie du Vicarius Generalis Monachos Congregationis S. Mauri ad obedientiam Papæ præſtandam hortatur, 270. 272.

Q.

Queſneliſtæ, vid. *Janſeniſtæ*.

Quiqueranus Beauiere Mirapicenſis Epiſcopus moritur, 751.

R.

Radicati Albertus Comes de Paſſeran Libertinus, triſtia ejus fata & obitus, 764. impia ejusdem ſcripta, 767. ſuos errores revocat, 768.

Rambach Joannes, ejus mors & lucubrationes poſteris relictæ. 229.

Ray-

Raynaldus Mutinæ Dux, ejus elogium & obitus, 739.
Recanati Joannes Bapt. ejus ſcripta & obitus, 222.
Regis Franciſcus Sanctorum albo a Clemente XII inſeritur, 485.
Reinach Joannes Conradus Baſileenſis Epiſcopus moritur, ſuccedit Sigismundus Baro de Reinach, 744.
Rezvii Cyprianus Engolismenſis Epiſcopus obit, 751.
Rezzonicus Carolus Romana Purpura a Clemente XII. decoratur, 574.
Richter Georgius moritur, quænam ſcripta poſteris reliquerit, 769.
Ritta de Caſſia de ejus beatificatione agitur, 489.
Roma, ibidem cruentus concitatur tumultus ob violentam militum conſcriptionem, 308.
Romignius Sorbonæ Syndicus pernicioſum libellum denuntiat, 1.
Roncaglia Conſtantinus moritur, præclara ejus opera, ac vitæ elogium, 755.
Roſſius Theatinus invito Papa Epiſcopus nominatur, 305.
Rothſcholz Fridericus, ejus opera & deceſſus, 414.
Ruſſi a Turcis bello impetuntur, 418. 419. a Cæſare ſuppetias petunt, 419. 421. belli cauſſas exponunt, 419. de infidelitate

tate a Turca insimulantur, 420. Turcis Urbes eripiunt, 420.

Ruzzini Carolus Venetæ Reipublicæ Dux moritur, 216. ejus Successor Pisanius, 216.

Ryswicensis clausula, 279. Protestantes eam abrogari petunt, 280. paci Viennensi ejus abrogationem inseri a Principibus postulant, 281. Angliæ & Sueciæ Regum aliorumque patrocinium implorant, 286. hos sibi faventes habent, 288.

S.

Salarotius ob concitatos motus e Polonia exulare jubetur, 121.

Salmonius Franciscus Scriptor Benedictinus injurius moritur, 407. varios libros posteris relinquit, 408.

Sancta Crucius Publicola Princeps Cæsaris Orator tributum nomine Cæsaris offerre nititur, 130. contra repulsam protestatur, 132.

San-Simonius Metensis Episcopus immodicus ejus fervor reprimitur, 76.

Sczaniecki Stephanus, ejus mors & libri, 762.

Schenck de Castell Franciscus Eistadiensis Episcopus moritur, ejus laudes, 394. Succedit Joannes Baro de Freyberg, 394.

Schmid Joannes Biblia Germanice reddit, 629. a Protestantibus impugnatur, 631. ab aliis laudatur, 645. 651. sese purgat, 649. 651. a variis Principibus hæc versio

sio proscribitur, 656. versor comprehendi jubetur, 658. sese defendit, 663. contra eum declamant Argentinenses, 668. aufugit, 684.

Segovienſis Episcopus violatam immunitatem Ecclesiasticam vindicat, 124.

Sekendorffius Fridericus Comes Cæsarei exercitus in Hungaria Imperator, 452. exercitum in plura dividit agmina, 459. querelæ adversus eum, 461. 462. captus abducitur, 462. accusationes contra ipsum, 463.

Segur Joannes Carolus Papulienſis Episcopus ejus mores, & qua arte ad Episcopatum pervenerit, 32. Jansenistis se aggregat, 34. publice submissionem Constitutioni præstitam revocat, 35. propudiosa ejus confessio, 36. suum Episcopatum dimittit, 38. 46. hujus exempli pravitatem Episcopi reparare satagunt, 48. ejus Epistolam Rex supprimit, 47. contra eum Episcopi insurgunt, 48. Quosdam Episcopos sibi adhærentes habet, 48.

Sinenſium ritus Pontifex a Peckinensi Episcopo permissos reprobrat, 88. Imperator moritur, 97. ejus Successor, 98. pro iis novum erigitur Seminarium, 357.

Smalcaldici articuli, nova eorum editio Francofordiæ adornatur, 690. vid. *Munden.*

Soanen Joannes Sanitienſis Episcopus Convulsionarios vindicat, 247.

Sobieſckia Maria Clementina Anglici Prætendentis Conjux in fama ſanctitatis moritur, 212. ejus vita deſcribitur, 215. de ejus Beatificatione agitur, 489.
Sorbona, vid. *Pariſienſis*.
Sommier Joannes Claudius; ejus opera & deceſſus, 755.
Spinellius Joſephus a Pontifice Romana Purpura decoratur, 208.
Spinula Nicolaus Cardinalis moritur, ejus geſta, 209.
Stanislaus Leſcinskius Dantiſco clam aufugit, 107. ab eo plures Magnates deficiunt, 108. alios adhuc ſibi adhærentes habet, 109. Franciæ Rex eidem patrocinatur, 111. Quid Stanislao fuerit adjudicatum? 111.
Stauffenberg Baro de Schenck Auguſtanæ Eccleſiæ Coadjutor & Epiſcopus, 744.
Strickland de Sizergh Thomas Namurcenſis Epiſcopus Diœceſanam celebrat Synodum, 770. ejus decreta, 771.

T.

Targny Ludovicus Abbas, ejus lucubrationes & obitus, 755.
Sellez de Sylva Comes de Alegrette ejus opera & deceſſus, 411.
Tencin de Petrus Embrodunenſis Archiepiſcopus adverſus Courayerum Concilii Tridentini verſorem acriter declamat, 350.

Theodorus de Neuhof in Corſicam venit, 186. perbenigne excipitur, 187. in Regem proclamatur, 187. ejus capitulatio, 187. Regia jura ſibi arrogat, 188. a Genuenſibus male depingitur, 189. in ejus caput pretium ſanguinis conſtituitur, 193. Genuenſibus Urbes & naves eripit, 193. eorum copias fundit, 194. cum Corſis colliditur, 194. ob ſeveritatem redarguitur, 149. aufugit, 195.

Thereſia Maria Auſtriæ Archiduciſſa Etruriæ Magno Duci nubit, 340. Papa in impedimento diſpenſat, 341.

Thuillierus Antonius Bened. Congr. S. Mauri ejus opera & obitus, 407.

Transtyberini Hiſpanos ob violentum civium delectum ad militiam factum inſectantur, 308. de concordiæ pactis agunt, 316.

Tranſylvani Calviniſtæ, quidam a ſua ſecta deficiunt, 232. aliorum querelæ deſuper, 233.

Trecenſis Epiſcopus de Janſenianis erroribus accuſatur, 62. novum Breviarium edit 264. reiicitur tanquam Janſenianis erroribus infectum, 264.

Trinitarii Patres, Chriſtianos a captivitate liberant, 231.

Trivellius Comes Religionis irriſor capite plectitur peracta pœnitentia. 480.

Turcæ Moſcoviam infeſtare moliuntur, 418. Tartaros ad hoſtiles eruptiones incitant, 419. eorum Vezirius Moſcos fractæ pacis

cis incusat, 420. varios belli prætextus afferunt, 421. refelluntur, 436. duras pacis conditiones offerunt, 440. 443. eis bellum denuntiatur, 444. profligantur, & quasdam Urbes amittunt, 460.

Turretinus Joannes Alphonsus Calvinista, moritur, quænam scripserit? 768.

U.

Veliterni Hispanos hostiliter invadunt, 319. ab Hispanis male mulctantur, 320.

Venema Hermanus a Calvini secta deficit, 233. propterea vexatur, 234.

Veneti ob erectum propugnaculum cum Papa colliduntur, 134. hoc dissidium tollitur, 136. eorum Dux moritur, 216. propter alveum cum Papa dimicant, sed reconciliantur, 476.

Vertotus Ord. Præmonstratensium, ejus scripta & fata, 220.

Vignolius Joannes, ejus opera & decessus, 227.

Vincentius a Paulo Missionariorum Fundator Sanctorum Albo inseritur, 482. frivolæ quorumdam oppositiones, 484.

Vintimillia de Luc Purisienses Archiepiscopus falsa Parisii miracula damnat, 75. a Parlamento Parisiensi vexatur, 77. a Rege protegitur, 78. Breviarium emendari curat, 253. a Clero illud recipi jubet, 254. quorumdam oppositiones, 237. eorum

eorum ſcripta ſupprimuntur, 262. Jeſuitæ de hac oppoſitione falſo accuſantur 263. in variis tamen Diæceſibus recipitur, 264.

Visledou Claudius, Epiſcopus Claudiopolitanus, ejus merita, & obitus, 745. ejus libri, 749.

Vitus Stephanus, moritur, quænam ediderit, 414.

Ulyſſiponenſis Patriarchatus annexam perpetuo jure Purpuram habet, 475. 476. edita Papæ Conſtitutione firmatur, 504. hæc Eccleſia multis prærogativis augetur, 507. 509.

Voiſin Gilbertus Regius Parlamenti Advocatus contra Cameracenſis Archiepiſcopi inſtructionem declamat, 26. pro emendato Breviario perorat, 257.

W.

Wake Joannes Wilhelmus Cantuarienſis Pſeudo-Archiepiſcopus ridiculam Zinſendorfii inaugurationem in Epiſcopum approbat, 688. moritur, 752.

Wallius Comes Franciſcus Cæſarei exercitus in Hungaria Imperator, 453.

Weiſe Chriſtianus, ejus ſcripta & obitus,

Wilhelmina Carolina Angliæ Regina Concilium Tridentinum Gallice reddi petit, 348. moritur, 741.

Werthei-

Wertheimium, ibidem nova Bibliorum editio adornatur, 629. lis inde exoritur, 620.

Weſel Auguſtinus Cameniacenſis Epiſcopus ejus opera & deceſſus, 226.

Weſtenberg Joannes moritur, quænam ſcripſit? 770.

Wetzlarienſes Calviniſtæ cum Canonicis circa electionem Prædicantium contendunt 142.

Weveldia Baroniſſa ob retentas decimas excommunicatur, 612. ab anathemate innocens abſolvitur, 624.

Wirtenberga, lis circa Ducatus Adminiſtrationem & pupillorum tutellam, 774. ſtatus Religionis poſt obitum Ducis, 775. relicti Filii in Religione Catholica educandi, 776.

Wormatienſes Lutherani, de diruta Eccleſia cum Catholicis contendunt, 101. eam Jeſuitis cedere a Gallis jubentur, 103. reclamant, 104. rurſus eam occupant, 105.

Wormius Chriſtianus Seelandiæ Pſeudo-Epiſcopus, moritur, quænam ſcripſerit, 768.

Y.

Yon Techin Sinarum Imperator moritur, 97. ejus indoles, 98. 220.

Z.

Zinzendorff novæ sectæ Caput 685. in Episcopum consecrari vult, 686. ejus errores, 687. gratulatorias literas a Cantuariensi Pseudo-Archiepiscopo recipit, 688.

Zondedarius Antonius Felix Cardinalis, ejus præclara gesta & decessus, 565.



ERRATA sic corrige:

Pag.	22	ſemper	ferme
	46	noaverit	notaverit
	105	cive	cives
	177	coemptas	coemptos
	186	coccinam	coccineam
	226	publicis	publici
	307	ultra	ultro
	355	quinquageſima	quinquageſimo
	400	effigiem	effigie
	401	ævi	æri
	451	Ordinis	Ordines
	467	convenarent	convenerant
	474	invaſas	invaſæ
	566	Agnetam	Agnetem
	538	confirmaret	confirmari
	575	locu	locus
	650	poſſe	poſſent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th 75
5178